MONUMENTA

HISTORICO-JURIDICA

SLAVORUM MERIDIONALIUM.

LIBER STATUTORUM CIVITATIS RAGUSII

COMPOSITUS ANNO 1272.

SUMPTIBUS ACADEMIAE SCIENTIARUM ET ARTIUM
SLAVORUM MERIDIONALIUM.

VOLUMEN IX.

ZAGRABIAE 1904.

EX OFFICINA SOCIETATIS TYPOGRAPHICAE.

U knjižari Jugoslavenske akademije (knjižari Dioničke tiskare — Gjuro Trpinac) u Zagrebu

dobivaju se knjige, koje su svojina Jugoslavenske akademije znanosti i umjetnosti, i to:

I. Zbornici, koje izdaje Akademija.

1. **Rad Jugoslavenske akademije znanosti i umjetnosti.** (Knj. 1—156):
   Knjige 1—59 zajedničke su za sva tri razreda; od njih nema više u zalihi knj. 4—10 i 14, ostale pak stoje:
   knj. 1—19 po 2 K. 50 fil.
   „ 20—59 „ 3 K.
   Počevši od knj. 60:
   Posebne knjige razredâ historičko-filologičkoga i filosofičko-juridičkoga: svaka knj. po 3 K.,
   samo knj. 129 4 K., a 142 knj. 3 K. 50 fil.
   Posebne knjige razreda matematičko-prirodoslovnoga:
   knj. 137, 139, 141 i 149 po 2 K., ostale knj. po 3 K.,
   samo knj. 120 po 4 K., 122 po 5 K., a 123 po 1 K. 50 f.
   U slavu petdesetgodišnjice prieporoda hrv. knjige g. 1885. knj. 80. 4 K.
   Boškovićeva stogodišnjica: knj. 87, 88 i 90 stoji 9 K.
2. **Stari pisci hrvatski.** (Knj. 1—21.)
   Knj. I. Pjesme M. Marulića. U Zagrebu 1869. Cijena 4 K.
   „ II. Pjesme Šiška Menčetića Vlahovića i Gjora Držića 1870. Cijena 4 K.
   „ III. i IV. Pjesme Mavra Vetranića Čavčića. 1871. i 1872. Cijena III. knj. 4 K., knj. IV. 5 K.
   „ V. Pjesme Nikole Dimitrovića i Nikole Nalješkovića. 1873. Cijena 4 K.
   „ VI. Pjesme Petra Hektorovića i Hanibala Lucića. 1874. Cijena 4 K.
   „ VII. Djela Marina Držića. 1875. Cijena 6 K.
   „ VIII. Pjesme Nik. Nalješkovića, A. Čubranovića, M. Pelegrinovića i S. Mišetića Bobaljevića i Jegjupka neznana pjesnika. 1876. Cijena 3 K. 40 fil.
   „ IX. Djela Ivana Fr. Gundulića. 1877. Cijena 10 K.
   „ X. Djela Frana Lukarevića Burine. 1878. Cijena 5 K.
   „ XI. Pjesme Miha Bunića Babulinova, Maroja i Oracija Mažibradića i Marina Burešića. 1880. Cijena 3 K. 60 fil.
   „ XII., XIII. i XIV. Djela Gjona Gjora Palmotića. 1882., 1883. i 1884. Cijena knj. XII. 6 K., XIII. 7 K., XIV. 4 K.
   „ XV. Djela Antuna Gleđevića. 1886. Cijena 4 K.
   „ XVI. Djela Petra Zoranića, Antuna Sasina i Savka Gučetića Bendevišević. 1888. Cijena 5 K.
   „ XVII. Djela Jurja Barakovića. 1889. Cijena 6 K.
   „ XVIII. Pjesni razlike Dinka Rańine. 1891. Cijena 5 K.
   „ XIX. Djela Gjona Gjora Palmotića. (Dodatak.)1892. Cijena 1 K.
   „ XX. Crkvena prikazańa starohrvatska XVI. i XVII. vijeka. 1893. Cijena 5 K.
   „ XXI. Djela Dominka Zlatarića. 1899. Cijena 5 K.
3. **Starine.** Knj. 1—30. 1869—1902. Cijena I. knjizi 2 K. 50 fil., knj. VII., X., XXI., XXII., XXIII., XXIV., XXV., XXVI., XXIX. i XXX. po 4 K., ostalim po 3 K.
4. **Monumenta spectantia historiam Slavorum meridionalium.** (Knj. 1—30):
   Knj. I—V., IX., XII., XVII., XXI., XXII. 1868. 1870. 1872. 1874. 1875. 1878. 1882. 1886. 1890. 1891. Listine o odnošajih izmedju južnoga Slavenstva i mletačke republike. Cijena I., II., III. i IX. po 6 K., IV., XXI., XXII. po 8 K., V. i XII. po 5 K., XVII. knj. 4 K.
   Knj. VI., VIII., XI., 1876. 1877. 1880. Commissiones et relationes Venetae. Tom. I. II. III. Cijena VI. i XI. knj. 4 K., VIII. knj. 5 K.
   Knj. VII. 1877. Documenta historiae chroaticae periodum antiquam illustrantia. Cijena 12 K.
   Knj. X., XIII. Monumenta Ragusina. T. I. 1879 et II. 1882. Cijena X. knj. 5 K., knj. XIII. 6 K.
   Knj. XIV. Scriptores. Vol. I. Annales Ragusini Anonymi, item Nicolai de Ragnina. 1883. Cijena 6 K.
   Knj. XV Spomenici hrvatske krajine. Vol. I. 1884. Cijena 6 K.
   Knj. XVI. Spomenici hrvatske krajine. Vol. II. 1885. Cijena 6 K.
   Knj. XVIII. Acta Bulgariae ecclesiastica. 1887. Cijena 6 K.
   Knj. XIX. Acta coniurationem Petri a Zrinio et Francisci de Frankopan, nec non Francisci Nadasdy illustrantia. Cijena 5 K. 60 fil.
   Knj. XX. Spomenici hrvatske krajine. Vol. III. 1889. Cijena 8 K.

MONUMENTA
HISTORICO-JURIDICA
SLAVORUM MERIDIONALIUM.

LIBER STATUTORUM CIVITATIS RAGUSII
COMPOSITUS ANNO 1272.

SUMPTIBUS ACADEMIAE SCIENTIARUM ET ARTIUM
SLAVORUM MERIDIONALIUM.

VOLUMEN IX.

ZAGRABIAE 1904.
EX OFFICINA SOCIETATIS TYPOGRAPHICAE.

LIBER

STATUTORUM CIVITATIS RAGUSII

COMPOSITUS ANNO 1272.

CUM LEGIBUS AETATE POSTERIORE INSERTIS ATQUE CUM SUMMARIIS, ADNOTATIONIBUS ET SCHOLIIS A VETERIBUS JURIS CONSULTIS RAGUSINIS ADDITIS,

NUNC PRIMUM IN LUCEM PROTULERUNT, PRAEFATIONE ET APPARATU CRITICO INSTRUXERUNT, INDICES ADJECERUNT

V. BOGIŠIĆ ET **C. JIREČEK.**

SUMPTIBUS ACADEMIAE SCIENTIARUM ET ARTIUM SLAVORUM MERIDIONALIUM.

ZAGRABIAE MCMIV.

TYPIS EXPRESSIT SOCIETAS TYPOGRAPHICA.

Prolegomena.

I.

Ex magno numero librorum, quibus comprehenduntur leges communis sive reipublicae Ragusinae, hoc volumine publici juris facturi sumus solum Librum Statutorum, compositum anno 1272. Per omnia enim illa tempora, annos plus mille, quibus commune Ragusii florebat, hic liber unicus fere est, quo leges in codicis formam redactae contineantur aut, ut verbo recentioris aetatis utamur, opus „codificationis" repraesentetur.

Ut ad exponendam hujus editionis rationem atque consilium pergamus, in prolegomenis originem hujus legum codicis patefacere, argumenti ejus summam, dispositionem, fontes, indolem explicare, deinde quas saeculorum decursu mutationes subierit docere, postremo librorum manu scriptorum, quibus in hac editione paranda usi sumus et qua ratione, uberiorem notitiam dare debemus. Sed in primo hujus praefationis capite ad proposito nostro non alienum esse putavimus seriem legum, quotquot apu Ragusinos promulgatae erant, brevi conspectu perlustrare. Hoc modo enim occasio cognoscendi dabitur, quo loco hic Liber Statutorum inter legum Ragusii volumina omnino collocandus sit, atque demonstrandi, qualis sit indoles hujus uberrimae, sed hucusque ineditae copiae legum. Utinam observationes nostrae auxilium ferre possint nobis et illis quibus nobiscum in votis est, ut hi legum libri, in codicum manu scriptorum tenebris tam diu latentes, nostris temporibus ex caligine bibliothecarum et tabulariorum eruantur et in lucem ante juris studiosorum oculos proponantur.

Hi legum libri quin fructus non mediocres ferre possint, juris historiae studiosis dubium non est, praesertim illis qui studiis comparativis, ut ita dicamus, operam navare assueverunt. In his enim legibus jus nobis praesto est, quale in parva republica ad orientale litus maris Adriatici sub aridis Dalmatiae montibus sita per multa saecula sua sponte vigebat atque crescebat, quo loco Romanorum, Graecorum, Slavorum cultus, mores, ingenia concurrebant, in civitate, cujus prosperitas navigatione et mercatura et coloniis quas mercatores in regnis exteris condiderant, nitebatur. Praeterea de singularum constitutionum origine per annos plus quingentos usque ad hanc aetatem notitiae tam certae servatae sunt, ut causae rationesque legum

Alii hujusmodi libelli manu scripti, cum excerptis ex tota hac legum mole collectis, apud cives Ragusinos servabantur non pauci, quos tamen, quamquam nonnulli nobis innotuerunt, hic enumerare supervacaneum duximus.

Post legum volumina et epitomas speciales dicendum est de legibus, quae sunt de singulari materia juris. Quarum has cognovimus:

a) Capitulare parvae curiae compositum ante annum 1272, laudatum libro VIII cap. 3, nunc deperditum.

b) „Liber statutorum doane, compilatus tempore nobilis et egregii viri, domini Marci Justiniani, comitis honorabilis Ragusii, cum voluntate majoris et minoris consilii et cum laudo (sic) populi, in publica concione adunati per sonum campanarum, ut moris est, anno domini MCCLXXVII, indictione quinta, die penultimo septembris" (in tegumenti fronte inscribitur: „Ordene de la douana"). Codex membranaceus tabularii Ragusini, in operculis ligneis, foliorum 36, formae minoris, scriptus in duobus laterculis. Continet 39 capitula anni 1277; in margine et in foliis vacuis adscripta sunt additamenta inde ab anno 1283 usque ad 1386. Hunc codicem edidit Eitelberger, primum in: „Jahrbuch der k. k. Central-Commission zur Erforschung der Baudenkmale" V (1861) p. 290—308, iterum in: Gesammelte kunsthistorische Schriften, IV Band, Die mittelalterlichen Kunstdenkmale Dalmatiens (Wien 1884) p. 355—385. Cum codicem ipsum, tum adnotationes marginales slavice scriptas saeculo XIV—XV denuo descripsit Jireček, Archiv für slavische Philologie XIX (1897) p. 57—62.

c) „Capitolare della dogana grande", compilatum anno 1413 ex lege quam supra commemoravimus et aliis fontibus, et continuatum usque ad annum 1674. Est codex bibliothecae fratrum minorum Ragusii. Eum descripsit Makušev, Изслѣдованія объ историческихъ памятникахъ Дубровника (Petropoli 1867) p. 169—177. Multa inde extulit comes C. Vojnović, Carinarski sustav dubrovačke republike, Rad jugoslavenske akamije, knjiga 129 (1896); cf. praesertim p. 145—148.

d) Regolamenti della repubblica di Ragusa, per la navigazione nazionale. Ragusa 1794, 2. editio ibidem 1805 (v. Bogišić op. cit. p. 115). Denuo edidit Jos. Gelcich, Delle istituzioni marittime e sanitarie della Repubblica di Ragusa (Trieste 1882) p. 117—138.

Accedunt leges insularum, quae intra reipublicae fines juribus suis fruebantur:

a) „Libro delli ordinamenti e de le usançe dell' universitade et dello comun de la ysola di Lagusta", compositus anno 1310, cum additamentis posterioribus, quem ediderunt partim Wenzel in: Archiv für Kunde oesterreichischer Geschichtsquellen, zweiter Jahrgang (1849), zweiter Band, p. 35—76 (sola cap. 1—61), totum vero Radić in „Monumentis historico-

juridicis Slavorum meridionalium", vol. VIII (1901). Cf. Makušev op. cit. p. 179—184.

b) „Libro delle ordinationi ed usanze dell' università di Meleda", compilatus anno 1345, cum additamentis recentioribus; edidit Wenzel ib. p. 1—35. Hic liber saeculo XVIII versus est in linguam slavicam: „Statut oli zakoni od universitati otoka od Mljeta u naški prepisani na način, kako je običaj na dan današnji govoriti". quem edidit M. Ban in collectione (almanach) „Dubrovnik" vol. III (1851) p. 193—218. Cf. Makušev op. cit. p. 177—179.

Jus Ragusinum praeterea luculenter illustratur libris consiliorum civitatis: consilii parvi sive minoris, consilii rogatorum, et consilii magni sive majoris, in quibus omnia horum consiliorum acta sive gesta conscribebantur. Ex iis perspici possunt occasiones et rationes singularum legum latarum, propositiones et consulta de earum necessitate ac etiam causae, cur aliquid in legibus abrogetur vel mutetur. „Libri de consiliis et reformationibus", hodie in tabulario Ragusino servati, incipiunt ab anno 1301 et finiuntur exitu reipublicae anno 1806. Plus igitur annos quingentos comprehendunt voluminibus circiter 430, praeter „libros commissionum" de legationibus (Lettere e Commissioni. 1358 sqq.) et alios hujusmodi generis. Libros consiliorum annorum 1301—1379, quotquot supersunt, edidit Academia scientiarum et artium Slavorum meridionalium in „Monumentis Ragusinis", vol. I—V.

Denique nobis in commentatione non est praetermittendum jus consuetudinis, quod Ragusii semper magnae erat auctoritatis, etiam post promulgationem Libri Statutorum et ceterorum legum librorum, post eum editorum.

Praejudicia, sententias in similibus causis prolatas, in usu forensi a judicibus magni aestimata esse elucet ex eorum collectionibus. Nobis casu notae sunt tres hujus modi collectiones, forensis prudentiae Ragusinorum reliquiae:

a) „Annotationes sententiarum interlocutoriarum dominorum consulum, ex ipsis fontibus haustae ac in compendium redactae". Sententiae ipsae in hoc volumine redactae sunt in brevem proverbii formam, cujus rei haec sint exempla: „Responsio non congrua petitioni, non admittatur. Mob. ex jul. (1609) fol. 219". „Famula potest petere mercedem, etiam sine tutoribus. Mob. ord. 12 febr. (1609) fol. 5". Omnia disposita sunt ordine temporis, ab anno 1580 usque ad annum 1625. Codex saeculi XVII chartaceus, 75 foliorum in folio.

b) „Index sententiarum definitivarum d. d. consulum". Collectio ejusdem naturae atque prior, sed fontes diversi jam in inscriptionibus earum sunt notati. Sententiarum, numero et anno instructarum,

continet plus 4000, et quod majoris momenti est, plerumque etiam sententias saeculi posterioris offert, ubi priora judicia partim recipiebantur, partim in locum eorum alia substituebantur. Sententiae ipsae, quoad tempus, incipiunt saeculi XV exordio et desinunt initio saeculi XVIII. Materia digesta est secundum litteras: initio subjungitur index alphabeticus. Codex est chartaceus, scriptus initio saeculi XIX (1804), in 610 paginis in folio.

c) „Index libri Consilii Rogatorum". Index alphabeticus consultorum saeculi XV et XVI plus 1500, anno et die notatorum, quae ad reipublicae administrationem et ad sententias ferendas majoris momenti erant. Fertur opus esse Francisci de Gondola, de quo nobis infra agendum est. Codex chartaceus saeculi XVII vel XVIII, foliorum 374 in quarto.

Tres hi codices asservantur in bibliotheca V. Bogišić.

Multis in causis sententia ferebatur per analogiam, sicut in ipso Libri Statutorum prooemio dicitur: „Et quia non possunt omnes casus in juris articulis comprehendi, cum plura sint negocia quam statuta, volumus ut, si quando aliquis inopinatus casus emerserit qui precise presentibus non determinetur statutis, ad ea que sunt illi similia recurratur, et sic de similibus ad similia procedatur" (p. 2 hujus editionis).

Compilationes juris privatae, quae ad instar publicarum habebantur, quales in Europa media aetate ubicunque inveniuntur, Ragusii quoque non desunt. Libri hujus generis, quamquam originem traxerunt extra forum legis latorum, tamen postea pro libris publicis habebantur, cum inopiae talium enchiridiorum sive manualium juris succurrerent. Qui Ragusii circumferebantur, solum ad modum procedendi spectant, sed de hac una materia complures sunt. Nobis hi innotuerunt:

a) Franciscus de Gondola, juris consultus saeculi XVI prudens et diligens, de causis forensibus composuit opusculum, 21 titulis digestum, quod inseruit in indice ad statuta anni 1272, sub voce: Praxis judiciaria.

Aliud opusculum hujus generis, de competentia et modo procedendi in causis civilibus, praecipue in quaestionibus de bonis immobilibus ecclesiae et clericorum, digestum in titulos 24, Gondola inseruit scholiis suis ad finem Libri Crocei, in indice sub voce: Consules.

De horum opusculorum aetate ambigi potest, quoniam quo anno publicata essent, indicatum non est. Sed cum colligi possit posteriorem eorum circa annum 1584 compilatum esse, priorem annis decem aut fortasse viginti ante posteriorem esse compositum pro comperto haberi potest.

b) Simon Matthaei de Benessa, item nobilis Ragusinus, auctor est libri: „Praxis curiae ad formam legum et consuetudinum reipublicae Ragusinae, in qua exacte agitur de modis, tum in curia consulis, quam in appellationibus servandis. Auctore Simeone Matthei Benessae filio et

patritio Ragusino, facta A. D. 1581. Accessit etiam practica diversarum rerum ad dictam curiam pertinentium, nec non ad alios magistratus. Cum indice materiarum". Codex chartaceus saeculi XVII, foliorum 111, formae parvae, in bibliotheca V. Bogišić.

c) Nicolaus Joannis de Bona: „Praxis judiciaria juxta stylum curiae Ragusinae, perutilis consulibus, advocatis et cancellariis: juxta legum dispositionem et morem curiae, ordinata per D. Nicolaum Joannis de Bona, patricium Ragusinum". Venetiis 1671. Secunda editio: Rhacusii 1784, ex typographia Caroli Antonii Occhi, 71 pp. in 12°.

d) Marinus Tudisi: „Praxis juridico-civilis fori Ragusini", composita ante annum 1770, teste P. J. Šafařík, Geschichte der südslavischen Litteratur II, 76. Codicem hujus opusculi videre nobis hucusque non contigit.

Praeterea, juris consulti docti Ragusii erant inter multos cives eximios, de quibus lectorem liceat referre ad librum illum Appendinii: „Notizie istorico-critiche sulle antichità, storia e letteratura de' Ragusei" (Ragusa 1802—1803), qui uno capite tractat „alcuni Ragusei insigni nel diritto canonico e civile", altero vero „Ragusei chiari per politica" (vol. II, p. 92—124). Hi viri ut fierent juris periti, operam dabant in regnis exteris, praecipue in universitatibus vicinae Italiae. Ragusii enim schola juridica non fuit. Sed in „schola communis" tractabantur saeculo XV et XVI non solum litterae latinae et graecae, sed etiam jus canonicum, jus civile, jus Ragusinum.[1]

Ragusini qui in operibus suis de jure scribebant, opuscula sua in terris exteris typis edere consueverant, velut Nicolaus Viti de Gozze librum: „Lo stato delle repubbliche secondo la mente di Aristotele, con esempj moderni" Venetiis 1591 publicavit.

Opera igitur ad leges interpretandas vel illustrandas temporibus reipublicae Ragusinae non multa fuerunt composita, si numerum eorum comparamus cum numero doctorum juris peritorum hujus civitatis. Sed

[1] Dompuus Nicolaus Gioncich, sacerdos Ragusinus, rector scholae communis 1462—1464, confirmatus fuit 28 maii 1462 in hoc officio a consilio majore: „cum hoc etiam, quod quando exegerit libros suos, teneatur diebus festivis legere unam lectionem in jure canonico, et etiam teneatur legere in statuta audire volentibus, quod opus habeat multum (sic) illuminare intellectum eorum qui presunt regimini reipublice, et ad interpretationem ordinum et statutorum" (Archiv für slav. Philologie XIX, 78). Consilium Rogatorum die 3 julii 1522 ad doctoratus lauream assequendam 30 ducatos donavit presbytero Antonio de Luca, Ragusino, qui jam quatuor annos studio juris deditus in Italia erat, cum promisisset se reversum Ragusii lecturum de jure: „fare tre anni continui due lectioni ogni di, zoe una in jure civili et l'altra in jure canonico, dove parera et piacera alle S. Vre, senza altro pagamento, per inanimar la juventù alle vertude, le quali illustrano le cittade" (ib. XXI, 418).

quae prodierunt, laude sunt digna, quod maxime valet de tribus viris quos supra laudavimus, F. de Gondola, S. de Benessa, N. de Bona. Scriptorum praestantia et copia reliquos facile superat Gondola, qui summariis et scholiis instruxit omnes leges latas per annos trecentos, a Libro Statutorum a. 1272 usque ad edicta, quae saeculo XVI usque ad annum alterum vel tertium ante mortem ejus promulgata sunt. Sed de Gondolae operibus infra copiosius est agendum.

Mirum est, quod republica Ragusina florente omnes legum libri hujus civitatis inediti manserunt, cum aliarum civitatum Dalmatiae, quae sub Venetorum dicione erant, statutorum libri omnes fere typis vulgarentur. Omnia: Liber Statutorum, Liber Reformationum, Liber Viridis, Liber Croceus, solis exemplaribus manu scriptis circumferebantur.[1] Ultimis annis ante reipublicae interitum edita est, ut demonstravimus, una ex legibus novissimis, lex navalis (1794, 1805), bis typis expressa Ragusii, ubi saeculo demum XVIII prima officina typographica instituta erat. Ex compilationibus privatis in lucem prodiit sola „Praxis judiciaria" Bonae, item repetita, 1671 Venetiis, 1784 Ragusii.

Hanc rem, sane miram, nemo sanus adscribere potest facultatum inopiae vel parsimoniae vel similibus rationibus. Colligi potius possumus Ragusinos consulto leges suas in libris manu scriptis, quos lectores perpauci tantum adire potuerunt, absconditas tenuisse. Ratio hujus consilii plus in rebus exteris, quam in civitate ipsa est quaerenda, sed haec quaestio digna est quae commentatione speciali investigetur.

Quoniam abhinc annis fere centum respublica Ragusii interiit, editiones et interpretationes legum ejus parum jam possunt valere ad causas agendas. Sed ad scientiarum studia haec juris monumenta hodie quoque summi sunt momenti. Nihilo minus opuscula de jure Ragusino usque ad hunc diem non multa in lucem prolata esse apparebit ex conspectu librorum, qui sequitur, neglectis tamen historiis, in quibus quaedam ex his libris legum sunt laudata aut generaliter tractata.

---

[1] Perpauca ex iis in libris eruditorum illius temporis afferruntur. Joannes Lucius quidem patricius Tragurinus, in suis „Memorie istoriche di Tragurio, ora detto Trau" (Venetiis 1673) cum lectoribus suis communicavit: ex Libro Statutorum lib. I, cap. 14 (p. 523), lib. VIII, cap. 50 et 51 (p. 525), 58 et 59 (p. 514—515), ex Libro Viridi cap. 162: ordines de servis non vendendis (p. 526), datos anno 1416, quos iam antea in libro „De regno Dalmatiae et Croatiae" (lib. VI, cap. 4) ediderat (denuo ediderunt Degl' Ivellio in libro infra laudando p. 97—98 et Ljubić, Listine VII, 215). Praeterea ex Libro Statutorum (p. 524—525) enumerat titulos omnium capitum de Almissanis et de servis.

De lege statuente, ut rectores reipublicae post annum 1358 rectoratu solo mense fungi debeant, et de causis cur lata fuerit, disserit Montesquieu, L'ésprit des lois II chap. 3.

A) Textuum editiones:

α) Ex legibus latis ante statuta: ordo de dotibus a. 1235 apud Makušev, Изслѣдованія объ историческихъ памятникахъ и бытописателяхъ Дубровника (Petropoli 1867) p. 66—69.

β) Ex Libro Statutorum: apud comitem Medo Pucić, Споменици србски II (Belgradi 1862) p. 139—165 capitula 16 ex diversis libris; apud Makušev op. cit. p. 151—164 alia capita 15; apud Antonio degl' Ivellio, Saggio d' uno studio storico-critico sulla colonia etc. (Ragusa 1873) p. 87—96 alia 15; apud Gelcich, Delle istituzioni marittime e sanitarie della Repubblica di Ragusa (Trieste 1882) p. 67—160 capita 74 (ex libris I, VI—VIII); apud Bogišić, Le statut de Raguse (Paris 1893). Appendice, item capita 27.

γ) Ex tribus voluminibus post Librum Statutorum: apud Pucić op. cit. ex Libro Reformationum capita 20, ex Libro Viridi 15, ex Libro Croceo sola „charta" 139; apud Ivellio (p. 39—57, 97—98) ex Libro Viridi capita 3, ex Libro Croceo 1; apud Gelcich op. cit. ex Libro Reformationum capita 12, ex Libro Viridi 8, ex Libro Croceo 13.

δ) Ex legibus, quibus tractatur singularis materia juris: „Liber statutorum doane", ed. Eitelberger in: Jahrbuch der k. k. Central-Commission zur Erforschung und Erhaltung der Baudenkmale, V Band (Wien 1861) p. 290—308. iterum in: Gesammelte kunsthistorische Schriften IV (Wien 1884) p. 355—385; ex „Capitolare della dogana grande" edidit Makušev op. cit. p. 172—176, cap. 10, 11, 38 et 58.

ε) Ex legibus singularum insularum: 1) Statuta Lagostae ed. Wenzel, Archiv für Kunde oesterreichischer Geschichtsquellen II, 2 — III (Wien 1849) p 35—76 (non omnia) et Radić in Monumentis hist.-jur. Slavorum meridionalium vol. VIII (Zagrabiae 1901). 2) Statuta Meledae ed. Wenzel ib. 1—35.

ζ) Ex libris de consiliis et reformationibus libri annorum 1301—1379 editi sunt in „Monumentis Ragusinis", vol. I—V (Zagrabiae 1879—1897) = Monumenta spectantia historiam Slavorum meridionalium, vol. X, XIII, XXVII, XXVIII, XXIX.

B) Dissertationes et collectiones de diversis quaestionibus juris:

Bogišić V. Glavnije crte obiteljskoga pisanoga prava u starom Dubrovniku. Rad jugoslavenske akademije, knjiga V (Zagreb 1868) p. 123—149.

Bogišić V. Pisani zakoni na slovenskom jugu. Bibliografski nacrt. Zagreb 1872, 8⁰. (Leges Ragusii p. 90—115).

Bogišić V. Станак по дубровачкоме законику од 1272 године, Glasnik vol. 44 (Belgradi 1877) p. 197—231; eadem reddita lingua germanica: Stanak — Stanicum — nach dem Rechtsstatute der Republik Ragusa vom Jahre 1272, Archiv für slavische Philologie, vol. II (1877) p. 570—593.

Bogišić V. Le statut de Raguse. Codification inédite du XIII siècle. Paris 1894, 44 pp. in 8⁰. (Extrait de la Nouvelle Revue historique de droit français et étranger, Juillet—Octobre 1893.)

Gelcich, Giuseppe. Delle istituzioni marittime e sanitarie della repubblica di Ragusa, Trieste 1882. (Diritti ed obblighi degli armatori, p. 67—160.)

Gelcich et Thallóczy. Diplomatarium relationum reipublicae Ragusanae cum regno Hungariae. Budapest (Academia) 1887 (documenta 1358—1527 et excerpta ex libris consiliorum).

Illyrici sacri tomus VI. Ecclesia Ragusina cum suffraganeis. Auctore Daniele Farlato et Jacobo Coleto. Venetiis 1800 fol. (continet multa documenta ad ecclesiae Ragusinae historiam).

Ivellio, Antonio degl'. Saggio d' uno studio storico-critico sulla colonia e sul contadinaggio nel territorio di Ragusa. Ragusa 1873, VIII et 312 pp. in 8⁰.

Jireček C. Die Handelsstrassen und Bergwerke von Serbien und Bosnien während des Mittelalters. Historisch-geographische Studien. Prag 1879, 92 pp. in 4⁰, ex: Abhandlungen der königl. böhm. Gesellschaft der Wissenschaften, VI. Folge, 10. Band (praecipue de mercatura Ragusinorum, ex documentis tabularii Ragusini).

Jireček C. Badńak im XIII. Jahrhundert. In: Archiv für slavische Philologie XV (1893) p. 456—457 (ad Librum Stat. I, 7 10).

Jireček C. Der ragusanische Dichter Š. Menčetić, Archiv für slavische Philologie XIX (1897) p. 22—89, et: Beiträge zur ragusanischer Literaturgeschichte, ib. XXI (1899) p. 399—542 (praebet multa excerpta et textus ex libris consiliorum, criminalibus, testamentis).

Jireček C. Die Bedeutung von Ragusa in der Handelsgeschichte des Mittelalters. Vortrag, gehalten in der feierlichen Sitzung der kaiserlichen Akademie der Wissenschaften am 31 Mai 1899. Wien 1899, 88 pp. in forma minore octava = Die feierliche Sitzung der kais. Akademie der Wissenschaften am 31 Mai 1899. Wien 1899 p. 125—212 = Almanach der kais. Akademie der Wissenschaften. XIX. 1899 p. 365—452.

Ljubić S. Ob odnošajih dubrovačke sa mletačkom republikom, in: Rad jugoslavenske akademije, vol. V (1868), XVII (1871), LIII (1880), LIV (1880). In ejusdem: Listine, vol. I—X (in Monumentis spectantibus historiam Slavorum meridionalium, I sqq.) edita sunt multa documenta de juribus et de mercatura Ragusinorum.

Makušev V. Изслѣдованія объ историческихъ памятникахъ и бытописателяхъ Дубровника. Petropoli 1867 (Приложенія къ XI-му тому Записокъ Имп. Академіи Наукъ Nro 5).

Matković P. Prilozi k trgovačko-političkoj historiji republike dubrovačke, in: Rad jugoslav. akademije VII (1869), XV (1871) cum documentis editis in: Starine vol. I (1869).

Pisani Paulus, presbyter Parisiensis. Num Ragusini ab omni iure Veneto a saec. X usque ad XIV immunes fuerint. Lutetiae Parisiorum 1893.

Pucić, knez Medo (comes Orsatus de Pozza). Споменици србски. Belgradi, I 1858, II 1862.

Vojnović, comes C. Sudbeno ustrojstvo republike dubrovačke, in: Rad jugoslavenske akademije CV (1891), CXIV (1893), CXV (1893).

Vojnović, comes C. Crkva i država u dubrovačkoj republici, ibidem CXIX (1894), CXXI (1895).

Vojnović, comes C. Državni rizničari republike dubrovačke, ibidem CXXVII (1896) p. 1—101.

Vojnović, comes C. Carinarski sustav dubrovačke republike, ibidem CXXIX (1896), p. 90—171.

Vojnović, comes C. Statuta confraternitatum et corporationum Ragusinarum (ab aevo XIII—XVIII). Bratovštine i obrtne korporacije u republici dubrovačkoj od XIII do konca XVIII vijeka. Monumenta histor. juridica Slavorum meridionalium, vol. VII, 1 (1899), XXXIII et 190 pp., et vol. VII, 2 (1900), LV et 135 pp.

II.

Liber Statutorum civitatis Ragusii non est codex juris neque criminalis neque navalis, neque cujuscunque singularis materiae juris. Qui quoniam continet omnes Ragusinas constitutiones saeculo XIII vel antea promulgatas, quascumque legis latoribus anni 1272 in hoc volumen recipere placuit, codex est quodam modo generalis, vel quod idem est, praebet veterum Ragusinorum jus civile, ut hoc termino eadem, qua Romani, sententia utamur.

Inscriptione voluminis docemur Librum Statutorum promulgatum esse „per egregium virum, dominum Marcum Justinianum de Venetiis, honorabilem comitem Ragusii“. Idem in prooemio libri repetitur. De tempore autem in inscriptione duo insunt indicia. Primum indicatur librum „compositum“ esse „anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo secundo, indicione quinta decima, mense madii“. In indictionum cyclo, quo anni quindeni comprehenduntur, indictionem XV re vera ad annum 1272 pertinere constat. Deinde eadem inscriptione asseritur librum „confirmatum“ esse „per populum Ragusinum, more solito congregatum, die dominico, vigesimo nono eiusdem mensis“.

De die quidem promulgationis, quae populo „in platea communis“ sonitu campanarum ad contionem publicam congregato legem „laudante“ facta est, dubitandum non est. Sed de eo quod priore loco de compositionis tempore dicitur, ambigi potest. Nam totum volumen uno mense compositum esse non est verisimile. Opus potius illo mense majo ad finem perductum est. Fortasse hoc pertinet ad aliam rem, ad consilia civitatis. In prooemio quippe legitur librum esse „confirmatum et corroboratum tam per parvum, quam per magnum consilium“, quod eodem mense factum esse suspicamur, sed diversis diebus, certe antequam confirmatio proposita est in „concione“ sive „arengo“ populi.

Inscriptionem et prooemium sequuntur statuta, digesta in octo libros, quamquam totum volumen in inscriptione etiam liber in singulari nominatur.

Libro primo tractantur magistratus reipublicae eorumque officia et jura; constituuntur etiam quaedam de juribus ecclesiae, archiepiscopi, clericorum, monachorum.

Libro secundo continentur „sacramenta“, formae juris jurandi omnium officialium, a comite usque ad infimos, et ipsius populi „fidelitatem“ comiti et duci jurantis.

Libro tertio exponitur ordo judiciorum et ratio causas agendi. Notatu dignae sunt constitutiones de iis „qui se jactant in terram“ et de „aptagi“. In fine libri inserta sunt statuta de „stanico“ sive „parlamento“.

Libro quarto comprehenduntur statuta domestica, de patria potestate, de divisione et successione bonorum; maxima vero pars ordinum hujus libri spectat cum ad nuptias tum ad dotes.

Libro quinto tractantur bona immobilia in civitate et in agro, servitutes publicae, rationes inter dominos praediorum et agricolas, et aliae quaestiones hujus modi.

Libro sexto continetur jus criminale. Agitur eo etiam de „contrabandis", de servis, de piratis, non neglectis veneficis.

Liber septimus praebet jus navale.

Liber octavus et ultimus major est quam ceteri; capita enim exhibet 99, cum priorum librorum maximus numerum 80 capitum non excedat, minimus autem non habeat plus 33. Eo tractantur quaestiones diversi generis, quae supplementum sunt quasi omnium priorum librorum. Solummodo prior pars libri octavi redacta est in „systematicam" codicis legum formam. In parte posteriore, usque ad finem, capita subjuncta sunt solo temporis ordine observato, usque ad annum 1358, quo ultimus comes Venetus Ragusio excessit. „Tabula" hujus libri in antiquissima recensione, quae nobis innotuit (B), praebet „rubricas" solorum capitum 1—20 (vide appendices p. 243), quo argumento probatur etiam primam partem libri octavi non semel, sed bis in justum codicis legum ordinem redactam esse, primum usque ad cap. 20, deinde ad cap. 51.

Materiam colligentes et disponentes, auctores libri non sunt imitati ordinem neque Institutionum neque Pandectarum, sed suam indolem secuti. omnia digesserunt in „libros" et „capitula" inscriptionibus insignita. Numeros capitum qui nunc exstant, non esse adscriptos ab auctoribus anni 1272, sed postea, docemur libri III capite 33, quod non additamenti formam habet, sed capitibus insertum est; quo continetur lex lata a Marino Baduario, qui inter annos 1292 et 1305 ter officio comitis functus est. Praeterea in „tabula libri sexti" (vide appendices p. 239) in codice B. inscriptio est capitis 2, postea uti videtur abrogati, sed textus ejus ne in hoc quidem codice superest, sed ut in ceteris desideratur; quare numeri cap. 3—64 libri VI in codice B. uno plures sunt, quam in omnibus codicibus recentioribus. Subdivisio singulorum capitum in „paragraphos" sive „numeros" tribus saeculis recentior est, opus Francisci de Gondola. In codicibus vetustioribus talis subdivisionis vestigia apparent solummodo in quibusdam capitibus longioribus, ubi singulae capitis partes indicatae sunt littera initiali miniata. Ordo receptus non servatur in capitibus quibusdam loco inepto positis, ut l. I cap. 15 de hominibus Lastae, qualiter se et insulam suam dederint communi Ragusii, vel additamentum l. VIII cap. 57, prohibens quasdam consuetudines usque ad id tempus in nuptiarum festivitate observatas, appositum in fine capitis de divisione viarum burgi.

Sermo latinus Libri Statutorum non differt ab eo, quo illo tempore in Dalmatia et Italia conscribebantur documenta et leges. Sed facile distingui possunt duo genera dicendi. Antiquior et rudior est latinitas notariorum, qui saeculo XI—XIII omnes erant clerici indigenae; hi formas et verba multa scribebant, recepta ex lingua latina vulgari, qualis eo tempore, una cum lingua slavica, per curias et plateas civitatum Dalmatiae resonabat. Recentior et melior est latinitas notariorum juris peritorum, praecipue universitatis Bononiensis alumnorum, qui post medium saeculum XIII ex Italia in civitates Dalmatiae evocati latinitatem bonae aetatis pro viribus sequi in animo habebant.[1]

In Libro Statutorum occurrunt multae novae dictiones mediae aetatis aut verba latina, sententia mutata latinitati posteriorum temporum adaptata: placitum (causa), parlamentum, signoria, bannum, franchigia, riparius (praeco), pitantarius (magister navalium), foresterius, merginum (margo in terminis vinearum), gayfum, alia. Neque desunt voces graecae mediae aetatis: entega (ἐνθήκη), aptagi (ἐκταγιατικά), pivati (ἐπιβάται), paraspodia, perchivium, naulum, yperperum, alia. Adsunt etiam vocabula slavica: meja, vražda, babica, lidinia, stanicum, alia. Quorum verborum quaedam saeculo XVI ita erant obsoleta, ut Franciscus de Gondola, quamquam Ragusii erat genitus, sententiam eorum definire non potuerit.

Aliis vero locis vestigia studii litterarum latinarum apparent, praecipue in prooemio, quod ab Adamo ex paradiso pulso initium facit. Ibi Vergilii „auri sacra fames“ (Aeneis 3, 57) omnium malorum mater esse dicitur, et Ulpiani illa definitio, quid sit justitia, ex Institutionum Justiniani exordio repetitur. In additamento anni 1279 libro VIII cap. 27 „usura vorax“ verbis Lucani (I, 181) illustratur.

Capitula ipsa magna ex parte sunt verbosa et prolixa, quo vis eorum facilius intellegatur. Copia dicendi pluribus causis explicatur. Initio capitum saepe occasiones et rationes legis exponuntur, quod longum, sed juris historiae studiosis pergratum est. Eadem verba repetuntur aut aliis verbis explicantur: „pater decedens, id est moriens“; „si mulierem quis, contra voluntatem ipsius, forçaverit“. Sunt quaedam capita (III, 46 et 51), quae in hac editione 2 aut $2^1/_2$ paginas replent; paucissima vero sunt quae una vel altera linea absolvuntur (IV, 58, 64; V, 5, 6, 7, 11, 18, 20, 21).

Capita iisdem verbis incohare auctores noluerunt. „Item“, quod initio legum mediae aetatis tam frequenter occurrit, in Libro Statutorum rarum est. Quibusdam locis leges 3. persona sing. vel plur. impersonaliter proferuntur, ut mos est in legibus nostri temporis. Alibi legis lator jubet personaliter, scilicet directe, quae sint facienda vel vitanda, et leges saepe

[1] Cf. Jireček, Die mittelalterliche Kanzlei der Ragusaner, in: Archiv für slavische Philologie, vol. XXV et XXVI (1903—1904).

statuuntur plurali majestatico, verborum varietate adhibita: affirmamus, firmamus, statuimus, ordinamus, volumus, sancimus, decernimus.

Comitem qui statuta promulgavit, non suo Marte hunc librum composuisse certum est, cum comites a duce Venetiarum Ragusium missi hoc officio per solos duos annos fungerentur. Sed qui civitatis judices aut „sapientes", juris Ragusini periti, in hoc volumine componendo operam praestiterint, ad hanc memoriam non pervenit.

Marcus Justinianus, ut de ejus vita quaedam proferamus, genitus erat ex notissima patriciorum Venetorum gente (venet. Zustinian), quae, si quis genealogiarum scriptoribus credere vult, eandem originem habuit quam Justiniani Januenses, Neapolitani, Corsicani. Utrum Stephani an Jacobi Justiniani filius fuerit, non constat. Cognomen habebat Ursi.[1] De vita ejus quaedam in annalibus Venetis Martini de Canale et Andreae Dandoli leguntur; alia Litta operi suo (Famiglie illustri d'Italia) inseruit. Tempore belli a Januensibus cum Venetis gesti, quod anno 1255 exortum est, in coloniis eorum in ora Syriae sitis, Marcus Justinianus, qui anno 1257 fuit „bajulus" Venetorum Accone (Acre Gallorum), contra Januenses qui alteram hujus civitatis maritimae partem possidebant, regem Cypri, patriarcham Hierosolymitanum, Templarios, alios socios ascivit. Deinde Laurentius Teupulus, classis Venetorum praefectus, catena qua Januenses portum Acconis clauserant, rupta munimentum Januensium in colle apud ecclesiam Sancti Sabbae situm expugnavit. Postridie Marcus Justinianus, cum Venetis Acconensibus ei auxilium ferens, Januenses intra muros civitatis aggressus, omnes post victoriam navalem a Venetis ante portum Acconis 1258 reportatam Accone pepulit. Tribus annis post, anno 1261, quo Graeci Latinos Constantinopoli ejecerunt, imperator Balduinus II fugiens venit in Italiam. Cujus precibus innuens dux Venetorum anno 1262 Michaelem de Auro et Marcum Justinianum legatos ad papam misit, qui ejus auxilium ad recuperandum imperium Romaniae peterent. De Auro Venetias rediit, Justinianus vero cum Balduino ad regem Franciae et regem Castiliae profectus est.[2] Postea Marcus anno 1266 „potestas" Clugiae (Chioggia)

[1] „Mesire Marc Iustiniens, que de sornom l'apellent les Veneciens li Ours", Martino da Canale, Archivio storico italiano, tomo VIII (Firenze 1845) p. 462. „Mesire Marin Iustiniens, li frere de Mesire Marc Iustiniens", postea bajulus Venetorum Constantinopoli (ib. p. 603), cognomen habebat „li Oursat" (ib. p. 462). Cicogna in notis (ib. p. 730) Marcum filium Stephani, Marinum filium Jacobi fuisse affirmat, contra Littam qui eos fratres fuisse dicit, quod annalibus Martini de Canale l. c. confirmatur.

[2] Litta Marcum Justinianum eodem tempore, a. 1260, de legationibus ejus in Italia, Gallia, Hispania tacens, bajulum Nigropontis fuisse dicit, sed 1259—1261 bajulus Venetorum ibidem erat non Marcus, sed Thomas Justinianus. Cf. Hopf, Geschichte Griechenlands im Mittelalter, Ersch-Grubers Encyclopädie Bd. 85, p. 280, 303. Series bajulorum Nigropontis apud Hopf, Chroniques grécoromanes p. 371.

fuisse fertur. Officio comitis Ragusii functus est bis, 1270—1272 et 1276—1278. Tempore primi comitatus Librum Statutorum componi jussit, tempore vero secundi comitatus 1278 ei adjecit additamenta l. VIII, cap. 25, et 26, et anno 1277 „Librum statutorum doane" compilandum curavit.[1] Quid postquam iterum Ragusio excessit egerit et quando mortuus sit, ignoratur.

Ante Marcum, comites Ragusii erant ex Justinianorum gente: Stephanus (1240—1242) et Joannes (1250—1252); post eum quatuor: Nicolaus (1294—1296), Ugolinus (1318—1320), Marcus alter (1332—1334, qui in documentis a S. Ljubić editis frequenter commemoratur, comes Jaderae, item Sibinici, procurator S. Marci), Petrus (1348—1350).

III.

Liber Statutorum civitatis Ragusii, ut demonstravimus, maxima ex parte simul ita compositus est, ut leges ad id tempus promulgatae, certo ordine digererentur. Jam a rebus exterioribus pergamus ad interiores.

Consilium ac ratio legis latorum Ragusinorum anni 1272 plane ab aliis differt, exempli gratia ab illis qui hodiernis temporibus jus civile in codicem redigunt. Legis latoribus nostri temporis in optatis erat omnes casus juris praevidere; hoc effici posse rati, omnes regulas juris, quotquot exstant praeter volumen legum latarum, supervacaneas, immo damnosas esse censebant.

Aliter Ragusini. Materia Libri Statutorum circumscripta erat illis legibus, quae Ragusii antea latae aut receptae erant. Marcus Justinianus quidem in prooemio haec dicit: „Considerantes meditatione frequenti quod statuta (i. e. leges) Ragusii, per diversos comites hactenus diversis temporibus edita, in pluribus libellis dispersa erant, inter se in aliquibus discrepantia, in quibusdam superflua, in nonnullis non modicum defectiva, obscura etiam et confusa". Deinde addit de opere perfecto: „predicta statuta sic dispersa (var. disposita) in presens volumen collegimus, ipsorum discrepantiam concordavimus, resecantes superflua, supplentes defectus, dilucidantes obscura quelibet et confusa, ut in eis de cetero nihil superfluum, obscurum, minus aut captiosum valeat reperiri".

[1] Prooemium „Libri statutorum doane" anni 1277 quaedam iisdem fere verbis exponit, atque Liber Statutorum, qui quinque annis ante scriptus est: „. . . . ordinamenta doane que plurium comitum, predecessorum nostrorum, variis temporibus edita, in multis adeo confusa erant, ut plerisque contraria, discrepancia in nonnullis, et in pluribus defectiva, quod plerumque tam inter judices, quam inter doanerios contentiones oriebantur et ipsorum voluntates et opiniones discrepabant in plurimis, in unum libellum, annuente Deo, singulariter distinctum decrevimus colligenda" etc. Eitelberger, Gesammelte kunsthistorische Schriften IV, p. 357.

*

Quare opus Ragusinorum est simile illi, quod Britanni vocant consolidation et quod nonnulli juris periti mediae Europae dicere voluerunt incorporation, nam codex juris Ragusini, cum omnes casus juris praevidere nolit, non omnes alios fontes juris spernit, nec respuit regulas juris in solita legum forma nondum constitutas.

In prooemio, ut supra diximus, proferuntur dictiones quaedam et ex scriptoribus latinis et ex fontibus juris Romani depromptae, sed cum sit opus rhetoricum et litteratum, nihil fere commune habet cum libris statutorum. Marcus Justinianus autem, praeter jus Ragusinum, alios fontes non nominat. Neque ideo dubitandum est quin certa praecepta juris Ragusini sint originis peregrinae. Sed haec elementa a Ragusinis maxima ex parte ante annum 1272 recepta, jam cum legibus Libro Statutorum vetustioribus coaluerant.

Jus Romanum praecipuus fons erat juris mediae aetatis apud Graecorum, Latinorum aliorumque progeniem. Ragusina civitas, Italiae vicina, quae Epidauro, Romanorum in Illyrico coloniae, succedebat, sita quidem erat inter regiones, ubi jus Romanum per omnia tempora colebatur. Attamen in Libro Statutorum perpauca sunt exscripta ex libris legum Romanorum, a Justiniano imperatore editis. Ea vero quae recepta fuerunt, mutata sunt vel abbreviata. Libri IV caput 23, „ex quibus causis pater filium exheredare potest“, depromptum est ex Justiniani novella 136, cap. 3 in editione Zachariae a Lingenthal vol. II p. 185 (vulgo nro 115, Authentici nro. 111), sed ex 14 causis hujus novellae receptae sunt solae 4. Libri V caput 14: „de defensoribus rerum venditarum“ tractat evictionem juris Romani, ipso evictionis nomine fere in oblivionem adducto (v. V, 37). Ejusdem libri caput 16 in mentem venire facit Romanorum „cautionem de damno infecto“.

Ecclesia Romana ubique cum jus Romanum, tum jus canonicum divulgare studebat. In Libro autem Statutorum de rebus ecclesiae quaedam praecipiuntur, sed in iis saepe privilegiis et studiis potentiae clericorum repugnatur. Etsi in ordine litium instituendarum quaedam sine dubio accepta sunt ex jure canonico, tamen legem quandam ex hoc fonte in Librum Statutorum ad literam translatam non animadvertimus.

Docti juris consulti Ragusini qui media et nova aetate in universitatibus Italiae jura didicerant, omnes „utriusque juris“, Romani et canonici, erant periti. Historiae Ragusinae scriptores libenter affirmant legis latores reipublicae Ragusinae neque juri Romano (Justiniani imperatoris) neque constitutionibus rotae Romanae auctoritatem quandam attribuisse, ne pro auxiliario quidem juris fonte.

Quamquam comites Ragusini inter annos 1205 et 1358 a duce Venetorum nominabantur, qui etiam in legibus ferendis semper vigilabant,

ne quid Venetis esset incommodum vel noxium, jus Venetiis vigens Ragusinis fontem juris parum suppeditavit. Statuta enim Veneta anni 1243 et argumento et dispositionis ratione plane differunt a statutis Ragusii anni 1272. Namque Liber Statutorum Ragusii digestus est in libros octo, Statuta Veneta vero in quinque; sextus autem postea Andrea Dandolo duce additus est. Remota sunt ex Venetorum statuto quaedam, quae in Libro Statutorum civitatis Ragusii insunt: jus criminale, pars actionum civilium, jus navale, quae omnia exposita sunt singularibus Venetorum legibus (liber promissionis maleficii; statutum judicum petitionum; capitulare nauticum).

Inprimis quispiam dixerit Ragusinos in libro septimo Libri Statutorum, qui est de jure navali, multa recepisse ex legibus Venetorum. Sed re vera haec excerpta sunt exigua.[1] E contrario multa praecepta hujus libri fluxerunt ex Byzantinorum lege navali (νόμος ναυτικός), quae composita est saeculo VIII. Ibi primum occurrit illa in Libro Statutorum frequenter commemorata societas nautarum et mercatorum, quae pro rata parte inter omnes dividit lucrum et damnum navigationis.[2]

Cum Libro Statutorum comparandae sunt partes quaedam statutorum civitatum Dalmatiae, vicinarum potissimum, Catari et Curzolae. Cujus rei haec sint exempla. In statuto Catari 5—6 constitutiones de jure familiari et successionis quoniam ad verbum fere congruunt cum Libro Statutorum l. IV, cap. 13, 32, 55, 71, 73, 79, sine dubio inde sunt exscriptae. In statuto Curzolae prima 5—6 capita libri non multum differunt a primis capitibus libri VI Libri Statutorum, in quo agitur de jure criminali. Quia statuta Curzolae, confirmata a Marsilio Georgio comite anno 1254, Libro Statutorum civitatis Ragusii vetustiora sunt,[3] facile fieri potuit, ut auctores statutorum Curzolae et Libri Statutorum haurirent ex uno fonte, ex „sta-

[1] „Statuta et ordinamenta super navibus et lignis aliis“, promulgata die 6 augusti 1255, ediderunt Canciani, Barbarorum leges antiquae (Venetiis 1792), vol. V, Pardessus, Collection des lois maritimes antérieures au XVIIIe siècle, vol. I (1839), Tafel et Thomas, Urkunden zur älteren Handels- und Staatsgeschichte der Republik Venedig, III (= Fontes rerum austriacarum XIV, 1857) p. 403—448. Libri Statutorum Ragusii l. VII caput 1 confer cum Statutorum navalium Venetorum cap. 1, 2, 25; item l. VII cap. 3 cum cap. 8—19; l. VIII cap. 78, 79 cum cap. 35, 37—40. Ad l. VII cap. 2 et 67 de scribanis navium cf. Veneta cap. 52, 53.

[2] Legem navalem Graecorum edidit Zachariae a Lingenthal, Jus Graeco-romanum IV (1865), p. 162—170. Vetustissimam formam ex codice Ambrosiano rescripto eruerunt Ferrini et Mercati, Basilicorum libri LX, vol. VII (Lipsiae 1897). Cf. Zachariae von Lingenthal, Geschichte des griechisch-römischen Rechtes, 3. Auflage, Berlin 1892, § 72, p. 313—319, et commentationem, quam scripsit William Fischer de editione Ferrini et Mercati in annalibus Byzantinische Zeitschrift VIII (1899), p. 163—190.

[3] Monumenta historico-juridica Slavorum meridionalium, vol. I (Zagrabiae 1877) p. 5 sqq.

tutis de malefactis et maledictis“, quae a Johanne Teupulo, comite Ragusii 1237—1238, promulgata sunt. Cum primo capite libri VI statutorum Ragusinorum comparandum est etiam primum caput statutorum insularum reipublicae Ragusinae, Lagustae videlicet (1310) et Meledae (1345). Statuta Curzolae, Lagustae, Meledae incipiunt a jure criminali, sicuti „leges barbarorum“ apud Germanos mediae aetatis. Etiam „Liber Statutorum communitatis Pharae“ (Lesinae), compositus anno 1331,[1] multa habet deprompta ex Libro Statutorum Ragusii, jam in prooemio, quod compares cum prooemio Marci Justiniani, deinde plurima in libro quinto de jure navali.

Quod attinet ad alium Libri Statutorum fontem, consuetudines juris solo usu servatas, multis ex locis colligi potest auctores Libri Statutorum consuetudines hujus modi in opus suum recepisse. Namque:

a) Initio capitum quorundam, expressis verbis affirmatur praeceptum esse antiquam consuetudinem, quam legis latores aut totam aut ex parte sanciunt, definiunt, corrigunt vel abrogant: „Erat hactenus antiqua consuetudo, quod dos... sine carta dabatur..... quam consuetudinem... corrigentes, statuimus“ (IV, 4). „Statuimus... sicut hactenus antiquam consuetudinem obtinuit“ (IV, 6). „Erat antiqua consuetudo quod mortua uxore..... quam consuetudinem ratam habentes, in perpetuum confirmamus, addicientes etiam....“ (IV, 9). „Dicebat antiqua consuetudo: quod filius..... quam presenti statuto firmamus, addentes....“ (IV, 44). „Antiqua consuetudo est, quod nullum laborerium lignaminis habeat possessionem vel terminum stabilem“ (V, 11). „Dicebatur quod antiqua consuetudo erat quod comites, qui erant in insulis..... quam consuetudinem revocantes ex toto, statuimus....“ (VIII, 34). „De pena vrasde. Antiqua consuetudo fuit per omnes reges et homines Sclavonie et totius regnaminis, cum omnibus comitibus et homines Ragusii quod.....“ (VIII, 58, 59). „Antiqua consuetudo vrasde“ (haec verba in textu sexies posita sunt), postquam multum de ea actum est, et cum Serbiae rege Stephano Urossio II Milutino, et cum Venetorum duce Petro Gradonico, denique anno 1308 recepta est inter leges Libri Statutorum.

b) Ad finem tertii libri novem capitibus agitur de stanico (slav. stanak, conventus) inter Ragusinos et vicinas civitates et regna agendo, Jaderam, Sibinicum, Spaletum et ceteras civitates Dalmatiae, terram Chelmi, Bosnam, Serbiam, Zetam, et alias. Constitutiones de hoc conventu cum vicinis agendo in Librum Statutorum receptae Ragusinis pro lege erant, sed in omnibus inscriptionibus singulorum capitum consuetudines dicuntur:

[1] Ibidem, vol. III, p. 169 sq.

„De consuetudinibus inter homines Jadre et Ragusii" (III, 49), „De consuetudinibus inter Raguseos et homines comitatus Chelmi" (III, 51) et alia.

Alia quaestio est, utrum legis latores Ragusini praeter leges Libri Statutorum admiserint etiam regulas consuetudinis juris quae non scriptae extra statuta in usu manebant, necne. Quomodo haec res se habuerit, patet ex locis quos indicaturi sumus.

In prooemii fine, ubi Marcus Justinianus judicibus consilium dat, ut per analogiam „de similibus ad similia" recurrant, nihil dicitur de consuetudinibus juris. Sed in prooemio statuti Veneti anni 1243 expressis verbis etiam consuetudines commemorantur: „si occurrenti extranae quaestioni in his aliquid simile reperitur, de similibus procedendum, vel secundum consuetudinem approbatam". Quare dubium non est quin Marcus Justinianus patriae suae leges bene noverit. Etiam multis consiliariis Ragusinis statuta Veneta certe non erant ignota. Quod consuetudo in prooemio non commemoratur, non ideo factum est, quod in futurum vetitum erat aliquem ad eam recurrere. Hoc plane apparet ex ipso textu statutorum:

a) Multi sunt loci, ubi in statutis datur solum praeceptum generale, et de singulis rebus minoris momenti dicitur procedendum esse „secundum antiquam consuetudinem": I, 9, 10, 30; III, 33, 45, 46, 47, 48, 58; V, 22; VI, 46 et alibi.

b) Sunt loci, ubi lex et consuetudo juxta se ponuntur aequa vi: „Comes .... jurabit .... conservare et custodire antiquas consuetudines et statuta civitatis Ragusii et judicare secundum ea" (I, 1, num. 1). „Solvat penam .... aliquo statuto seu consuetudine observatis hactenus in contrarium non obstante" (III, 59). „Contra eum secundum formam statutorum et consuetudines Ragusii mediante justitia procedatur" (VIII, 38). „Possit de suis bonis ordinare ..... secundum civitatis Ragusii consuetudines et statuta" (VIII, 43). „Possit testari ..... secundum antiquum statutum et consuetudinem" (VIII, 95).

c) Sunt loci, ubi commemoratur usus, sed ex iis perspici potest legis latorem hac voce non solum usum, sed etiam legem scriptam designasse: „Juro ego comes Ragusii .... salvare et regere ipsam civitatem ad usum et consuetudinem ejusdem ..." (II, 1). „Ego advocator Ragusii juro .... advocare et placitare secundum usum nostre civitatis" (II, 6). „Judicabo secundum usum civitatis Ragusii, salva forma inferius denotata" (VIII, 2).

d) Alibi lex nova nominatur consuetudo nova: „Et si idem dominus comes cum consilio judicum et bonorum hominum et cum laudacione populi, invenerit novam consuetudinem, vel invente consuetudini aliquid adjunxerit vel minuerit, vel veterem mutaverit, omnino judicabo

secundum illam consuetudinem . . . . . .“ (II, 4, num. 9; cf. ib. cap. 5, num. 5 et cap. 6, num. 5).

e) Addendum est postremo, quod in Libro Statutorum voce consuetudinis frequenter nominantur jura seu beneficia quaedam singulorum, praecipue illorum qui in jure agunt. Pater et filii, litigantes in curia comitis, „habent inter se omnem consuetudinem Ragusii, tam in induciis quam in jactando se in terram . . . .“ (III, 6). „Quod illas consuetudines (id est: jura, beneficia) quas prius habuit, non habeat iterum“ (III, 14). „Inducium seu consuetudinem aliquam habere non possit“, (III, 44). „Uxor ejus, salva consuetudine patris et matris sue, bene se poterit iterum maritare“ (IV, 70).

Libro Statutorum continentur praeterea etiam aliae res, forma et materia legum singulares, sed hae quaestiones, una cum illis quarum hactenus mentionem fecimus, dignae sunt quae commentatione speciali investigentur.

IV.

Colligentibus nobis additamenta et mutationes in Librum Statutorum ab iis penes quos auctoritas erat legum ferendarum introductas, mutationes incohatas esse in promptu est jam tertio anno post Libri Statutorum promulgationem, die 8 junii 1275 (VIII, 22) tempore comitis Petri Teupuli, easque continuari usque ad diem 6 junii 1408 (VI, 17). Hic solas mutationes insertas in textum Libri Statutorum intelligimus; earum quae in jus Ragusinum postea aliis voluminibus legum introductae sunt, hoc loco rationem non habemus.

Temporis ordine additamenta et mutationes collegimus in tabula chronologica subjuncta fini hujus editionis. Hic vero eas quo ordine in libris statutorum insequuntur enumerabimus.

Quorum supplementorum series bipertita est: a) mutationes factae tempore comitum Venetorum, usque ad annum 1358; b) mutationes introductae tempore rectorum Ragusinorum, postquam anno 1358 ultimus comes Venetus Ragusio excessit.

A.

Post Marcum Justinianum de legibus Ragusinis comitum Venetorum maxime meriti sunt Marinus Baduarius (apud Venetos Badoer), qui officio comitis ter functus, annis 1292—1294, 1297—1299, 1303—1305, additamenta adjecit 13, et Andreas Dauro. comes 1299—1301, iterum 1307—1309, qui statutis supplementa addidit 11.

Libri I—VII exhibent additamenta praecipue annorum 1287—1310, post annum vero 1310 sola quatuor.

Liber I. Cap. 3: mense martii 1293; comes Marinus Baduarius.
Cap. 17: 14 martii 1292; comes Andreas Dandulus.
Cap. 21: sine die et anno; comes Marcus Dandulus (1301—1303).
Cap. 23: 1) 6 januarii 1309; comes Andreas Dauro.
„ „ 2) sine die et anno; comes Marinus Baduarius.
„ „ 3) 29 octobris 1293; comes Marinus Baduarius.
„ „ 4) 7 octobris 1308; comes Andreas Dauro.
Liber II. Cap. 7: 22 februarii 1310; comes Bartholomaeus Gradonicus.
Cap. 12: 6 januarii 1309; comes Andreas Dauro.
Cap. 13: 1) 10 novembris 1291; comes Andreas Dandulus.
„ „ 2) 10 februarii 1309; comes Andreas Dauro.
Cap. 24 num. 9: 17 aprilis 1287; comes Nicolaus Quirinus.
Liber III. Cap. 2: 1) 15 junii 1314; comes Petrus Geno.
„ „ 2) 18 junii 1293; comes Marinus Baduarius.
„ „ 3) 2 augusti 1354 (comes Nicolaus Vulpe, non nominatur).
Cap. 33: totum caput additum tempore comitis Marini Baduarii.
Cap. 40: mense januarii 1332 (comes Lodoycus Maurocenus, non nominatur).
Liber IV. Cap. 4: mense martii 1293; comes Marinus Baduarius.
Liber V. Cap. 35: 1) sine die et anno; comes Marinus Maurocenus (1296—1298).
„ „ 2) sine die et anno; comes Marinus Baduarius
Liber VI. Cap. 3: mense martii 1293; comes Marinus Baduarius.
Cap. 4: 20 decembris 1299; comes Andreas Dauro.
Cap. 17: 6 augusti 1309; comes Andreas Dauro.
Cap. 18: sine die et anno; comes Marinus Baduarius.
Cap. 29: 1) et 2) mense martii 1293; comes Marinus Baduarius.
Cap. 35: 14 februarii 1320; comes Ugolinus Justinianus.
Liber VII nullas habet mutationes sive additamenta.

Liber VIII, ut diximus (p. XVI), capita nunc habet 99, sed anno 1272 non habebat plus 20, deinde completus exhibuit 51.

In hujus libri parte anteriore (cap. 1—51) leges quaedam servaverunt diem, annum, comitis nomen, quamquam totum caput replent: aliae vero redactae sunt in formam additamentorum, sicuti fit in libris primis I—VI. Capita, in quibus dies, annus et comitis nomen conservantur, sunt haec: 21, 22, 25, 26, 27, 29, 36, 39, 44. Additamenta ad ipsa capita apposita in hac parte libri non inveniuntur praeter quatuor: ad cap. 14, 16 decembris 1305, tempore comitis Belletti Fallerii: ad cap. 24, 10 februarii 1300, tempore comitis Andreae Dauro: ad cap. 35, 29 septembris ejusdem anni, eodem comite; ad cap. 42, 28 maji 1334, tempore comitis Marci Justiniani junioris.

In hujus libri parte posteriore (cap. 52—99), ubi capita subjuncta sunt solo temporis ordine observato, omnes leges, praeter caput ultimum (99), latae sunt tempore comitum Venetorum, pleraeque insignitae die, anno, comitis nomine. Inter quas sunt duo „ducalia“ ducum Venetorum (cap. 59, 98). Additamenta in hac quoque parte capitibus subjuncta non

exstant praeter quatuor: ad cap. 57, 20 aprilis 1304 tempore comitis Marini Badoarii (sed supplementum non pertinet ad hoc caput, vide supra p. XVI): ad cap. 84, 27 maji 1394; ad cap. 91, 11 martii 1365; ad cap. 94, 20 novembris 1365.

Ultima lex data tempore Venetorum inserta est Marco Superancio (apud Venetos Soranzo) comite anno 1358, die 25 januarii, inclusa in paenultimo capite totius libri (VIII, 98). Quo continetur „privilegium Venetiarum ad Raguseos", datum a Johanne Delphino duce, quo cives Ragusini significantur „non extranei, immo tamquam nos ipsi", eo modo, „quod omnes Ragusei, nati in Ragusio et ex eis de cetero nascituri, sint cives nostri Venetiarum et possint mercari tamquam cives Veneti". Infra enunciatur: „Unde civitas Ragusii et omnes cives ipsius a modo notabile membrum et pars Venetiarum possunt clarissime reputari".

Paucis diebus post hoc manifestum signum amoris et gratiae Venetorum erga Ragusinos, mense februario ejusdem anni 1358 Marcus Superancius, ultimus comes Venetus, Ragusio excessit. Mutationis rerum vestigia apparent etiam in Libro Statutorum. Nam caput sequens et ultimum (99) exhibet legem jam uno mense post illud privilegium, die 5 martii 1358, latam a tribus rectoribus Ragusii, civibus Ragusinis, voluntate et consensu consiliorum et populi: ne quis Ragusinus audeat impetrare aliquam gratiam, officium vel dominium a quocunque domino extra civitatem, „sub poena vitae et amittendi totum suum".

B.

In pace, quae Jaderae in monasterio S. Francisci, in sacristia ecclesiae, die 18 februarii 1358 firmata est inter rempublicam Venetiarum et Ludovicum, Hungariae regem, Veneti „renunciaverunt . . . . toti Dalmacie, a medietate scilicet Quarnarii usque ad confines Duracii".[1] Prima lex Ragusinorum post discessum ultimi comitis, missi a duce Venetiarum, lata est 28 februarii 1358: „quod fieri debeant tres rectores civitatis hujus" qui „regere debeant duo menses", comitis loco (Mon. Rag. II, 208, Liber Viridis cap. 1), sed in Librum Statutorum haec constitutio non est recepta.

A dominatione Venetorum liberati et sui juris, Ragusini eodem anno consulebant de statutis corrigendis, ejiciendisque omnibus rebus quae pertinebant ad dominationem Venetorum et fidem his antea juratam. In majore consilio, praesentibus 66 consiliariis, die 19 junii 1358 statutum est eligere „quinque sapientes ad corrigendum statuta" usque ad festum S. Michaelis, qui omnia quae in statutis emendanda invenissent, iterum praesentarent majori consilio. Hi sapientes electi sunt: Petrus de

[1] Vide documenta apud Ljubić, Listine (Mon. hist. Slav. merid.) I, p. 368 sq.

Poça, Nicola de Çavernigo, Jacobus de Mençe, Marinus de Mençe, Junius Marci de Grede sive Gradi (Mon. Rag. II, 228).

Post festum S. Michaelis, majus consilium, consiliariis 63 praesentibus, die 16 octobris denuo statuit: „quod fieri debeant tres super facto statutorum, et quicquid ipsi invenerint, debeant reducere ad majus consilium, et in majori consilio debeat determinari et cognosci, si partes per eos reducte sint acceptande". Electio horum trium mandata est consilio minori, quod elegit duos ex quinque illis sapientibus: Ser Nicolam de Çavernigo et Ser Marinum de Mençe, et tertium Ser Marinum de Bona, qui inter primos rectores fuerat, electos post discessum ultimi comitis Veneti (ib. II, 245). Tum in majore consilio die 22 octobris firmatum est hoc: „quod illi tres qui sunt ad corrigendum statuta, quod possint adducere de novo illud quod eis videbitur bonum et utile pro communi et specialibus personis; et quod ducent ad majus consilium, debeat determinari" (ib. II, 246). Deinde 26 octobris in majore consilio a 75 consiliariis ex 79, qui praesentes erant, firmatum est: „quod omnes libri statutorum qui sunt in terra Ragusii in manibus omnium personarum, debeant presentari dominationi infra dies quinque. Et qui non presentaret: si esset nobilis homo qui non presentaret, sit privatus de officio et beneficio toto tempore vite sue; et si esset de populo qui non presentaret librum statutorum, stare debeat annis quinque in carceribus completis. Et commune teneatur facere refici omnes libros statutorum illis qui ipsos presentabunt, ad expensas communis. Et hoc fit propter cessare multa scandala, que accidere possent, si aliquis liber statutorum non presentatus remaneret". — „Item in eodem majori consilio captum fuit et firmatum per LXXIX ipsorum consiliariorum: quod, cum in multis capitulis statutorum contineatur ad honorem domini ducis et communis Veneciarum, quod cassetur istud et ponatur ad honorem et augmentum communis Ragusii" (ib. II. 247—248). Postea 27 et 28 die octobris praesentati sunt „statuti sive libri statutorum" tredecim, codices scripti aut „in cartis edinis" aut „in cartis bombacis".

Sed mutationes anno 1358 et temporibus sequentibus in Librum Statutorum introductae numero sunt exiguae, quia ab anno 1358 incohatum est novum volumen legum, „Liber Viridis":

Liber I. Cap. 3, num. 1—15: 20—24 septembris 1358, Mon. Rag. II, 238—239.
Cap. 3, num. 16: 22 decembris 1391.

Liber II. Cap. 26, num. 7: 24 aprilis 1388.

Liber III. Cap. 1, num. 6—9: 13 maji 1387 (rector Johannes de Grede).
Cap. 39, num. 2: 29 julii 1378.
Cap. 59: 23 maji 1369.

Cap. 60: 17 augusti 1372.
Cap. 61: 15 decembris 1377.
Liber IV. Cap. 80: sine die et anno (20 novembris 1358, Mon. Rag. II, 252).
Liber V. Cap. 35, num. 9—11: 23 septembris 1372 (rector Johannes de Grede).
Liber VI. Cap. 1: sine die et anno (20 novembris 1358, Mon. Rag. II, 251—252).
Cap. 17: 6 junii 1408 (rector Alovisius de Gocis).
Cap. 33: 27 augusti 1366 (rector Petragna de Bonda, Mon. Rag. IV, 53).
Cap. 65 et 66: 24 octobris 1358 } = Mon. Rag. II, 247—248.
Cap. 67: sine die et anno }
Cap. 68: sine die et anno (rector Johannes de Grade, septembris 1372?).
Liber VII nulla exhibet supplementa.
Liber VIII. Cap. 84: 27 maji 1394 (rector Clemens Marini de Gotiis).
Cap. 91: 11 martii 1365.
Cap. 94: 20 novembris 1365.
Cap. 99: 5 martii 1358 (Mon. Rag. II, 211).

V.

Indices et scholia ad Librum Statutorum illustrandum opera erant non publica, sed privata. Prima vestigia eorum, satis parva, apparent jam in codicibus vetustioribus. Ibi inscriptiones singulorum capitum collectae sunt in indicibus, qui „tabulae“ sive „rubricae“ vocantur, singulisque libris praemittuntur (v. p. 232—248). Adnotationes paucorum verborum margini, uti videtur, a judicibus vel cancellariis adscriptae, quibus lectores ad alia capita Libri Statutorum vel aliorum voluminum legum revocantur aut leges mutatae vel abrogatae indicantur, in recensione B. non sunt plures 23, in C. 24, in D. 17 (v. p. 249—251).

Recensio novissima (E.), saeculo XVI digesta, apparatum multo pleniorem et meliorem, consilio atque ratione institutum praebet, qui illis commentariorum primordiis multum praestat. Nam juris consultus prudens, eruditus, laboriosus, utriusque juris et melioris latinitatis cognitione imbutus, summaria et scholia amplissima scripsit et indices adjecit locupletissimos (v. p. 251—421). Praeterea textum libri recensuit et capita in paragraphos divisit. Idem non solum in Libro Statutorum, sed etiam in omnibus voluminibus legum, quae usque ad saeculum XVI promulgatae erant, fecit.

Hic juris consultus, de patriae legibus interpretandis optime meritus, fuit Franciscus de Gondola, nobilis Ragusinus. In titulo codicum meliorum vocatur: „D. Franciscus de Gondola, patricius Racusinus“, patris nomine non indicato, item in epistula Libro Viridi adjecta: „Franciscus Gondola“. Sed codices quidam recentissimi, scripti post annum 1770, non solum Libri Statutorum (Jadrensis a. 1774, apud Bogišić, Pisani zakoni p. 105; tabularii Ragusini a. 1777), sed etiam Libri Viridis (a. 1793, ib. p. 111) et Libri Crocei (a. 1778, ib. p. 113), eum Franciscum, Marini filium,

appellant. Eorundem codicum librarii se hos libros „ex ejus autographo“ descripsisse asserunt.

Hunc Franciscum, Marini filium, legationibus pro republica saeculo XVI in Italia peractis clarum, auctorem hujus apparatus ad leges Ragusinas adjecti esse biographi Ragusini, monachi saeculi XVIII,[1] confirmant: Seraphinus de Cerva (* 1686, † 1759) in „Bibliotheca Ragusina“ (scripta c. a. 1740, MS.) et in „Sacra Metropoli Ragusina“ (MS.). Sebastianus Dolci (* 1690, † 1777) in „Fastis litterariis Ragusinis“ (Venetiis 1767), Franciscus Appendini (* 1768, † 1837) in libro: „Notizie istorico-critiche sulle antichità, storia e letterattura de' Ragusei“, vol. II (Ragusa 1803) p. 101.[2]

At Franciscum nostrum non Marini, sed Francisci filium fuisse nuper comprobavit Alfredus Jensen, in libro quem de poeta slavico Joanne de Gondola sive Gundulić scripsit.[3] Biographi enim saeculi XVIII optima quaedam ex bibliothecis et schedis nobilium, raro ex tabulario reipublicae collegerunt, alia autem negligenter compilaverunt imperfecta, confusis interdum nominibus et annis. Fontes fide digni sunt: a) libri officiorum tabularii Ragusini, quos quondam „Specula“ dixerunt, nunc vero „Specchio del Maggior Consiglio“ nominant, inprimis volumen annorum 1500—1600; b) stemma gentis Gondolarum, quod in tabulario eorum servatum, saeculo XVI conscriptum et usque ad annum 1693 continuatum est.[4]

Gens nobilis, quae Gondola sive Gundula, slavice Gundulić dicitur, una ex principibus civitatis Ragusinae, divisa erat in multas familias vel

---

[1] Primus eorum, Ignatius de Georgiis (* 1675, † 1737), de Francisco de Gondola nihil habet.

[2] Quae ratio intercedat inter narrationes horum biographorum et libros tabularii Ragusini, vide in commentationibus, quas C. Jireček de historia litterarum, slavicarum et latinarum, Ragusinarum saeculi XV et XVI scripsit in annalibus: Archiv für slavische Philologie, vol. XIX. et XXI. De libris biographorum agit Paulus Popović, Дубровачка биографија, Годишњица Н. Чупића, vol. 22 (1903) p. 147—230.

[3] Gundulić und sein Osman. Eine südslavische Litteraturstudie von Alfred Jensen. Göteborg 1900 (als Manuskript in 101 Exx. gedruckt) p. 78—81.

[4] „Rector et consiliarii reipublicae Ragusinae universis et singulis etc. . . . . attestamur: qualiter suprascripta arbor seu descriptio gentis et familiae de Gundula fideliter fuit extracta ex tabella veteri, ab antiquitate conservata domi unius ex nostris nobilibus, et facta collatione pariter compertum fuit concordare cum publicis libris qui inscribuntur Specula, in quibus scribuntur nomina nobilium Ragusinorum, incipiendo ab a. 1400 usque ad hanc diem. Si vero in aliquibus suprascriptis lineis seu circulis desint nomina, provenit ex originali, in quo, cum sit vetus caracter et edacitate temporis consumptus, non potuerunt legi. In quorum fidem etc. Datum Ragusii ex nostro palatio, die 20 mensis aprilis 1693. Michael Allegrettus secretarius“. Apographum nobiscum communicavit M. Medini. Cf. Jensen, op. cit. pag. 73.

lineas. Avus hujus Francisci erat Nicola sive Nicolinus Joannis Nicolini de Gondola, qui, una cum fratribus Marino et Hieronymo (proavo poetae slavici Joannis Francisci de Gondola, † 1638), commemoratur in testamento quarti fratris, Francisci Joannis Nicolini de Gondola, in tabulario publico inscripto die 26 aprilis 1505 (Liber Testamentorum 1503 f. 109 v.). Hujus Nicolai filius erat: Franciscus Nicolai de Gondola, 1517 comes Stagni, 1555 consiliarius in consilio rogatorum, qui obiit 1556. Francisci autem nomen in gente Gondolarum frequens erat post saeculum XV.[1] Hic Franciscus Nicolai reliquit tres filios: Franciscum, de quo agimus, Nicolinum, Joannem. In libro „Specchio“ legitur quando in consilium majus, in quo adunati erant omnes nobiles adulti, receptus sit: „Ser Franciscus Fran(cisci) de Gondula. annorum XX, XXV octobris 1559“; in margine adnotatur: „obiit 1589“.[2] Ergo natus erat mense octobri anni 1539, quod biographi saeculi XVIII bene noverunt. Eodem die eidem consilio adscriptus est frater ejus Ser Nicolinus Francisci de Gondola († 1614). Tertius autem frater, Joannes Francisci, in consilium majus receptus est post annos tres, item annos 20 natus, die 25 februarii 1562 († 1575). In libris publicis Franciscus Francisci plerumque scribitur sine patris nomine, quia mos erat repetitionem ejusdem nominis evitare.[3] At aequalis senior Francisci nostri, Franciscus Hieronymi de Gondola (Hieronymi quem antea memoravimus filius) omnibus locis occurrit patris nomine addito, natus 1522, rector mensibus junio 1571, septembri 1577, majo 1583; obiit autem 1584.[4]

De studiis Francisci de Gondola nihil constat, sed eum, postquam scholam Ragusinam frequentavit, Italiae universitates adiisse pro certo habemus, ibique jus Romanum et canonicum didicisse. Operibus ejus probatur eum litteras latinas bene cognovisse, in jure praeter codicem Justi-

---

[1] Franciscus Marini † 1348. Franciscus Johannis Nicolai † 1505. Franciscus Junii † 1506 (caecus, neque legendi neque scribendi peritus, natus annos 30 receptus die 12 octobris 1498 in consilium majus, Specchio). Franciscus Nicolai Marini † 1525. Franciscus Nicolini (Nicolai) † 1556. Franciscus Hieronymi, * 1522, † 1584. Franciscus Francisci (noster), * 1539, † 1589. Franciscus Joannis (natus 1567, † 1624), poetae slavici pater. Franciscus Francisci † 1629. Filius ejus Franciscus Francisci S. J. Franciscus Joannis, poetae filius, summus dux belli, Feldmarschall in Austria, † Vindobonae 1700. Franciscus Marini, * 1664, † 1687. Franciscus Sigismundi, poetae illius nepos († 1675). Franciscus Joannis, poetae pronepos.

[2] Hunc locum attulit etiam Jensen p. 79.

[3] Interdum plenum nomen scriptum videmus: Ser Francesco di Francesco di Gondola, Ambasciadore destinato all' Illustrissimo et Eccelentissimo Signor Vicerè di Napoli 1581—1582, in Libris Cons. Rog. apud Jensen p. 79.

[4] Jensen p. 84 tabulam anni 1693 corrigere vult nova tabula, in qua Franciscum Francisci nostrum huic Francisco Hieronymi filii loco dare voluit, quod cum documentis non congruit.

nianeum et Digesta, praecipue scriptores juris Romani et canonici: Gabrielis. Abbatis antiqui et Panormitani opera, item Bertacchinii (p. 335) et aliorum. Slavice dicebatur Frano Gundulić. Amicus ejus erat civis ejusdem urbis et aequalis, poeta Dominicus Dominici de Ragnina (slavice vocatus Dinko Ranjina, natus 1536, mortuus 1607), qui in suis carminibus „Pjesni razlike", anno 1563 editis, duo amico Gondolae inscripsit: „Gospodinu Franu Gunduliću, prijatelju svomu" (Stari pisci, vol. 18 p. 120. 168, nro 229, 355). In priore amicum, 1563 annos 24 natum, monet, ne se tanto labore conficiat (ne moj se tolikoj trudom zlo moriti), in posteriore eum amore pulcherrimae cujusdam „nymphae" (divna vila) „civitatis florentis" (kom se cvitni tač grad slavi; var.: u tom gradu lipu od cvita), sine dubio Florentiae, captum esse dicit. Non solum Italiam Gondola bene novit, sed etiam dialectum Umbrorum et Apulorum (index Libri Statutorum, sub Carbonaria, Entigum p. 419, 420). Eum Florentiae vixisse testantur „toscanismi" italici sermonis in indice Libri Crocei (Ars lanae): pigliar (pro prendere), fuorastiere (pro forestiere), lana sudiccia (pro sporca), luoco (pro luogo).

Quae officia in patria habuerit, parum constat. Inter „advocatos del proprio" ter electus est: 21 octobris 1573, 27 maji 1579, 20 maji 1581. Eum rectorem nunquam fuisse certum est, propter aetatem, quia vix 50 annos natus praematura morte abreptus est. De patria optime meritus est legationibus ad Sedem Apostolicam susceptis. Quo tempore, post concilium Tridentinum, clerus et senatus Ragusinus novas ecclesiae Romanae constitutiones recipere magna ex parte recusabant, qua de causa gravissimae controversiae ortae sunt. Franciscus autem de Gondola cum parte quadam nobilium his novis praeceptis favebat. Inimicorum ecclesiae caput erat senator et mercator, jam senex, Hieronymus de Caboga, acerrimus archiepiscoporum et visitatorum ipsiusque Gondolae adversarius.[1]

Itaque Gondola, teste Cerva, annos 28 natus 1567 prima legatione functus est, qua papam Pium V (1566—1572) fratrum minorum causa adiit. Bello inter Christianos occidentis et Turcas imminente et republica Ragusina, Turcis vicina et stipendiaria, timore perculsa Gondola anno 1570 iterum apud Pium V rem optime gessit.[2] Papa enim Ragusinis „ingeniarium" sive „colonellum" Saporosum Matteuccium ad civitatem denuo muniendam misit, qui militiae eorum praeesset. Anno 1573 Gondola Roma

[1] V., quae de his rebus ex operibus Cervae et quibusdam aliis codicibus in lucem protulerit C. Vojnović in commentatione de ecclesia Ragusina: Rad jugoslavenske akademije, vol. 119 p. 45—47, 92—112, vol. 121 p. 11—14, 47—53.

[2] „Lettere di Francesco Gondola, scritte alla Repubblica di Ragusa sopra la sua negoziazione con la Santità di Nostro Signore Papa Pio V", codex 356 paginarum in tabulario Ragusino, quem laudat Jensen p. 79. Cf. Književnik II, p. 312 nro 51.

Ragusium misit praedicatorem Amarronium, cujus sermones tempore antepaschali contra clerum et senatum habiti multis Ragusinis displicebant. Eodem anno instante Amarronio, Gregorius XIII papa (1572—1585) Ragusium misit visitatorem Joannem Franciscum Sormanum, episcopum Montefeltrensem, qui frustra res cleri ordinare conatus est. Ex relatione hujus visitatoris[1] Franciscum de Gondola anno 1574 iterum Romae fuisse constat. Deinde anno 1579 Roma Ragusium, auctore Gondola,[2] tres monachi Cassinenses missi sunt ad reformandam congregationem Melitensem ordinis S. Benedicti.

Duobus annis post (1581), Gondola Neapolim ad placandum Hispanorum proregem missus est, eo tempore Ragusinis infestum, quae legatio ei bene cessit. Neapoli statim destinatus est Romam, mense januario 1582. Tum post Vincentium Porticum (1575—1579), qui propter controversias munere se abdicaverat, archiepiscopus Ragusii factus est Hieronymus Matteuccius de Firmo, Saporosi illius nepos, qui cum senatu reipublicae graves habuit lites et ante Gondolam ipse Romam se contulerat. Gondola ipse Matteuccium dicit[3] „infimum et vilissimum omnium praedecessorum suorum, et sanguinis et animi et fortunae dotibus... Insatiabili iracundia turbatus, scripsit ad pontificem litteras plenas impiarum et horribilium calumniarum". Romae „diu noctuque coram pontifice, cardinalibus et universo coetu praelatorum vociferans et exclamans contra rempublicam, ipsam haeresem omniumque impietatum et scelerum matrem appellans, 57 capita praesentavit". Gondola, non sine labore, Ragusinos ab accusationibus Matteuccii purgavit ita, ut Matteuccius archiepiscopatu se abdicaverit. In hisce rebus Gondolae adversarii Ragusini etiam Romae ei insidias struebant: „Quae mihi pro obeundo hujusmodi negotio a Hieronymo Caboga, consiliario rogatorum, secretis litteris et nuntiis molita fuerunt, contra honorem et salutem reipublicae, hic disserendum non est". Matteuccium hoc tempore se cum Caboga conjunxisse contra Gondolam, cui ambo nocere in animo habebant, confirmatur etiam documentis.[4]

Inter quaestiones principales erat jurisdictio judicum laicorum de bonis immobilibus ecclesiae. Jam Gondola ante congregationem cardinalium super episcopos, cui haec negotia a pontifice commissa erant, demonstravit „stabilia Ragusina esse b o n a f e u d a l i a r e i p u b l i c a e". cum quatuor partes ejus provinciae essent pecunia emptae et inter cives certis pactis divisae (Stagnum, Puncta, Terrae Novae, Canale), et inde „praesumendum sit et

[1] Edita apud Theiner, Vetera Monumenta Slavorum meridionalium ex tabulariis Vaticanis, tomus II (Zagrabiae 1875) p. 330—336.

[2] Rad, vol. 121 p. 97.

[3] Index Libri Crocei sub voce Consules, titulo 8.

[4] Processo informativo, Rad, vol. 119, p. 97.

quintam maximam partem ignotae originis ejusdem naturae existere". Praeterea affirmavit „rempublicam a tempore adeo immemorabili dicta consuetudine gaudere, ut dici potest ab urbe condita". Mentionem fecit „consuetudinis Anglicanae, ut rex habeat juris dictionem in clericos", quod novit ex opere Gabrielis de jure canonico scripto. Quamquam respublica mercatorum et nautarum nunquam jura feudalia habuerat, haec Gondolae argumentatio cardinalibus placuit.[1]

Legatione feliciter peracta, Gondola in patriam rediit, ut ipse asserit, „cum maximo honore", ferens epistulas ad senatum a Gregorio XIII papa 27 augusti 1583 datas: „reddet vobis has litteras dilectus filius Franciscus Gundulus, orator vester, qui rebus sibi commissis summa apud nos fide et diligentia peractis, ad vos revertitur". Alteras litteras, sermone italico scriptas die 7 septembris, ei dedit cardinalis Alexander Farnesius.[2]

Contra Gondolam in patriam reversum denuo surrexit Hieronymus de Caboga, qui gloriabatur „d'aver cacciato due arcivescovi", et nunc tertio, Raphaeli Bonello (1583—1588) insidias parabat. Gondola in indice Libri Crocei de his „machinationibus" Cabogae mentionem facit, quae eo tempore apud archiepiscopum et senatum frustra erant. Sed paulo post Caboga Gondolam ipsum adortus est. Inter ejus socios nominantur Matthaeus et Petrus ex gente Benessarum, Nicolaus Viti de Gozze (v. supra p. XI), et alii. Caboga voluit Gondolae „torgli la reputazione, l'honore et la robba nella Repubblica, onde l' ha accusato nella Signoria, ch' egli falsamente l' ha riferito . . . . . et che però il Gondola si castighi di falsa legazione, come traditore della patria . . . . et con questo fa seditione nella nobiltà di Ragusa". At senatores interceptis quibusdam litteris ejus secrete Romam missis, Cabogam punierunt: „l' hanno privato dell' offitio et benefitio, vuole dire delli consigli". Instante fisco Ragusino et ipso Francisco de Gondola, post mensem januarium 1587, secreta inquisitio, „processo informativo", contra Cabogam instituta est.[3] Testes, episcopus Mercanensis et abbas praesidens congregationis Melitensis ordinis S. Benedicti, multa locuti sunt in favorem Francisci de Gondola, defensoris archiepiscoporum, visitatorum, bullarum apostolicarum etc. contra injurias Cabogae et ejus asseclarum. „Anzi la persecutione che ha dal detto Caboga, non si causa da altro, se non perchè il detto Gondola favo-

[1] Index Libri Crocei l. c.

[2] Quas edidit Vojnović, cum litteris Gregorii XIII a. 1581, in: Rad vol. 121, p. 50—53. V. p. XXXIX.

[3] Acta hujus causae edidit Vojnović, Rad, vol. 119, p. 93—112; de F. Gondola vide p. 108—111 (art. 36—43). Annus hujus documenti, scripti non solum post 23 julium 1586 (p. 109), sed etiam post mensem januarium 1587 (p. 106), non indicatus est.

risce a tutto potere, con li suoi parenti e amici, la povera Chiesa, perseguitata dallo Caboga e dalli suoi seguaci".

Non multo post Gondola diem supremum obiit, ut in margine libri „Specchio" adnotatum est, anno 1589, teste Cerva 1588 (Dolci habet 1585), et sepultus est in ecclesia S. Francisci. Testamentum, quod „Francesco de Francesco di Gondola" die 1 februarii 1588 condidit, antequam novum iter Romam ingressus est, edidit Jensen.[1] Filio ejus erat idem nomen Franciscus Francisci, qui natus 1587, receptus in majus consilium 1607, obiit 1629.

Sed unde Franciscus, de quo agimus, saeculo XVIII Marini filius dicitur? Hoc solo errore fieri potuit. Francisci enim aequalis, item legatus Romam a. 1574 missus, fuit Joannes Marini de Gondola, rector civitatis aprili 1566, decembri 1575, februario 1578, februario 1581. Eum visitator apostolicus, episcopus Montefeltrensis, bene novit; Franciscum quidem laudat, sed Joanni non favet. Hunc Joannem Coletti in opere Farlatii confundit cum Francisco, cujus legationes Joanni adscripsit. Franciscus Marini[2] in stemmate Gondolarum post 1400 solus invenitur adolescens, qui receptus in majus consilium die 25 octobris 1684, jam tertio anno post 1687 mortuus est, annos 23 natus. Hic in testamento (Testamenta vol. 1686—1692 fol. 21) scribit ita: „Lasso a Signor Christoforo q. Nicolo di Bona, mio carissimo amico, li mia (sic) quattro libri manoscritti, che sono la copia del Statuto, di Libro Verde, di Libro Croceo e delle Riformationi, acciò che, impiegandosi nel virtuoso esercitio della loro lettura, possa ricordarsi della particolar servitù mia verso di lui".[3] Facile fieri potuit, ut hi quatuor codices legum, in fronte fortasse nomine hujus adulescentis Francisci, Marini filii, insigniti, illi errori novum fontem praeberent et XVIII saeculo pro „autographo" Francisci, juris consulti XVI saeculi, haberentur.

De „scriptis et studiorum monumentis" Francisci de Gondola Seraphinus de Cerva in „Bibliotheca" sua, scripta circa annum 1740, haec affert:

„1. In primis Ragusinis legibus, qui quattuor codicibus comprehenduntur, indices, summaria et scholia addidit, magno judicum, patronorum, studiosorum commodo". Eadem Dolci (Fasti p. 21) enumerat: „scholia, summaria et indices legum Ragusanarum"; quae Appendini (II, 101) iisdem fere verbis repetit.

---

[1] Jensen op. cit. p. 80—81.

[2] „Im „Specchio" des XVI. Jahrhunderts habe ich unter beinahe 1000 Namen des grossen Rathes nirgends den Namen Franciscus Marini Gondola entdecken können". Jensen p. 79.

[3] Nobiscum communicavit Josephus Gelcich.

„2. Senatus consulta quae legum loco haberi possunt, alphabetico ordine digessit et studiosorum utilitati prospiciens in unum volumen retulit“. Vide supra p. X.

„3. Dissertationem edidit eruditissimam, cujus argumentum: quod Ragusina respublica licite judicat de rebus bonisque religiosorum et ecclesiasticorum immobilibus. Legitur in indice Libri Crocei, verbo Consules, titulo 8“.

„4. Res a se gestas in laudatis tribus legationibus magno volumine comprehendit, ubi litterae, mandata, acta, rerum singulis fere diebus gestarum narrationes et plura varii generis documenta, ex quibus generalis etiam eorum temporum historia illustrari posset“.

„5. Ad capita a Matthaeuccio reipublicae objecta respondit, quam commentatiunculam supra integram dedimus“.

„6. Apparatum ad historiam Ragusinam ex publicis praesertim tabulis, quas senatus permissu omnes evolvit, etiam quae inter cancellos latent, lucubravit, ex quo Junius Restius suos annales descripsit; feliciori successu facturus ipse Gundula, si longior ei vita contigisset“.

Hoc apparatu postea usus est Joannes Marini de Gondola († 1650) in suis annalibus sermone italico compilatis. Postremo ex eo hausit in chronico suo item italice conscripto Junius Antonii de Resti († 1735); v. praefationem editionis Resti, quam curavit S. Nodilo, Monumenta spectantia historiam Slavorum meridionalium, vol. 29 (1893).

Jam nobis exponendum est, quem apparatum Franciscus de Gondola ad singula legum volumina addiderit. De ipsa textus recensione (E.) alio loco erit disputandum (v. cap. VI).

A) In Libro Statutorum, cui praefatio aut dedicatio deest:

a) Capita longiora digessit in paragraphos, numeris margini adscriptis insignitas, quas ipse „numeros“, raro „paragraphos“ vocat.

b) Unicuique capiti praemisit „summarium“, iisdem numeris distinctum, in quo suis verbis et suo ordine, sermone latino correctiore, singularum paragraphorum praecepta exposuit (v. p. 251—332). Haec summaria magni sunt momenti ad interpretationem legum obscuriorum, quod iis, sine dubio, continetur interpretatio apud juris peritos Ragusinos traditione servata.[1]

Capitibus brevioribus summario non addito, praescripsit: „Non summatur quia breve“. Haec formula diversis locis variat: „Non summatur propter brevitatem“ (III, 27; IV, 60): „Non summatur propter brevitatem paragraphorum et crebros titulos“ (II, 24): „Titulus in se summarium

[1] Lib. VIII cap. 61 (1309) statuit ad mutuum (imprestitum), datum civitati a „hominibus Ragusii“, restituendum semper esse destinatam tertiam partem vectigalis (doanae). In Summario autem (p. 326) legimus: „Dohanae habitationum tertia pars pro pecunia cudenda tribuatur“, quod a sententia illius capitis plane differt et, errore Gondolae, rem novam statuit.

*

continet“ (IV, 24); „Summarium est in titulo“ (VIII, 88); „Summarium praetermittitur (omittitur), quia inutile“ (VII, 38, 44, 46, 53), cui uno loco subjungit: „et textus satis clare explicat“ (VII, 39). Alibi: „Non summatur, quia revocatum in libro“ . . . (I, 17); „In isto capite summarium de industria praetermittitur, propter crebra ac ignota hodie nomina viarum“ . . . (V, 41).

c) „Index voluminis statutorum“, quem in fine adjecit, totam materiam summariorum praebet expositam, iterum propriis verbis auctoris, in lexici forma. Digesta est sub certis vocabulis (frater, filius, domus, instrumentum etc.) et disposita per „versiculos“, numeris insignitos, cum omnibus „ampliationibus“ et „limitationibus“ legis, laudato semper libro, capite et numero atque indicato folio, quod per codices variat (v. p. 334—408). Lectorem, ubi opus est, ab uno verbo revocat ad alia. Ubi sub uno vocabulo major numerus legum erat exponendus, materiam divisit in partes, in principio singularum divisionum positis verbis duobus, velut: „domus via“, „domus scalae“, „fratres dividere“, „fratres pupilli“, et alia. Haec divisio erat ratio componendi clavem indicis (vide *d)*.

Eas leges, quae XVI saeculo jam erant obsoletae, interdum etiam per legis latores Ragusinos abrogatae, exponit tempore praeterito: „Comes Venetus j u r a b a t servare expressa in lib. II, cap. 1“, „r e c i p i e b a t u r cum solemnitatibus expressis lib. I, cap. 1, num. 2“ (p. 341). Alibi animadvertit quae „r e c e s s e r u n t a b a u l a“: „Ancilla babiza, vide lib. 6, cap. 51, quae non summavi, quia recesserunt ab aula“ (p. 337); „supra dicta summavi, ut vides, quia frustra laborarem, ex quo discesserunt entighae ab usu“ (sub verbo Navis ad entigum, versiculus 13, p. 377); „quae non extendo, quia dicta constitutio recessit ab aula“ (Nuntius, vers. 3, p. 379). Ubi legum altera alteri oppugnat, subjungit: „concorda“ (Navis avarea, versiculus 1 et 2, p. 378).

Alibi consuetudines quasdam antiquatas r i d i c u l a s dicit: „Debitor reipublicae civis Ragusinus, quomodo ab ea conveniendus, vide ridiculum modum in lib. 3, cap. 48“ (Debitor reipublicae, p. 346); „reo comparenti in judicium antiquitas ridiculum privilegium et satis indignum concesserat“ (p. 384); „ideo primo tractabimus de hoc ridiculo jactu, non satis cognito“ (p. 388).

De speciali commentatione quae indici inserta est, vide sub *e*.

d) Indici in codicibus praemissa est: „Tabula rerum omnium quae in sequenti statutorum indice continentur“, enumeratio omnium lemmatum sub quibus materia in indice est digesta, clavis quaedam indicis (v. p. 332—334).

e) Indici sub littera P inserta est P r a x i s j u d i c i a r i a, commentatio de ratione causas agendi in curia Ragusina, digesta per titulos 21 (v. p.

384—389). Ibi solus fons laudatur Liber Statutorum. Similis tractatus exstat in indice Libri Crocei (v. infra).

f) Adnotationes margini adscriptas, auctor in indice (vide sub verbis Aptagi, Navis ad entigum, Vacca margarisii p. 337, 376, 399) et in ipsis adnotationibus vocat a p o s t i l l a s. Una serie continentur interpretationes verborum saeculo XVI obsoletorum et institutionum illo tempore non satis notarum. Altera serie revocamur ad alias leges, non solum Libri Statutorum, sed etiam Libri Reformationum, Libri Viridis, Libri Crocei, ubi hae institutiones abrogantur, mutantur, complentur, confirmantur, aut ubi leges inter se discrepant. Probat etiam, quomodo judices his legibus in sententiis ferendis usi sint, commemoratis exemplis ex Sententiis Consulum, Sententiis Cancellariae, Testamentis Notariae, decretis consilii rogatorum etc. Ad leges laudat Authenticum, Digesta, opera de jure canonico, ad verba Ciceronem, Plinium, Gellium, Thesaurum linguae latinae (p. 417), et alia.

Affert (ad lib. I, cap. 3, p. 416) Gondola etiam verba indicis Libri Viridis. Praeterea animadvertas eum in „Praxi judiciaria“ (p. 389) scribere: „ut apparet in annotationibus meis sententiarum“, item in apostillis (ad lib. VIII cap. 49, p. 415): „ut in meis annotationibus sententiarum“, quod forte pertinet ad librum quendam ejus, nobis ignotum.

B) L i b e r R e f o r m a t i o n u m ex recensione Francisci de Gondola habet summaria (cum eadem formula: „Non summatur quia breve“, aut „Rubrica est optimum summarium“), indicem materiarum alphabeticum, indicem indicis; adnotationes autem in margine exhibet paucissimas. A Libro Statutorum differt in eo, quod capita non sunt divisa in paragraphos, neque numeri in margine adnotantur. Etiam versiculi verborum indicis plerumque numeris non sunt insigniti. Excipiendi sunt codices quidam recentissimi, in quibus hi numeri additi sunt.

Ante indices enumerantur comites Veneti, qui in his legibus nominantur, et reformationes abrogatae, adnotatione hac subjecta: „Cum multa in retroscriptis Reformationibus maxima expurgatione indigeant, quod miror antecessores nostros, sapientissimos viros, passos fuisse“ etc., quod cum sit „studiosis perlaboriosum, quorum ne in his perquirendis meliores horae elabantur“, auctor, quae supra diximus, addidit. „Diligentiam istam caeteris meis in hujusce (var. hisce) codice adhibitis addidi, ut opem, quam possum, aegro lectoris, propter pingues et innumerabiles reformandarum harum Reformationum errores, animo feram et mihi ipsi illas, cum opus fuerit, perlecturo hoc unico labore caeteros multos auferam“.

C) L i b e r V i r i d i s eodem modo instructus est, atque Liber Statutorum, i. e. summariis, indice, cui praecedit index indicis, adnotationibus in margine scriptis, numeris paragraphorum textus et versiculorum indicis.

Exemplaria quaedam (cf. Bogišić. Pisani zakoni 110—111) ante indices habent epistulam dedicatoriam:

„FRANCISCUS GONDOLA, PRAECLARO VIRO GEORGIO GOTIO, AFFINI ET DOMINO SUO“.[1]

„INDICEM REIPUBLICAE PERLEGI, QUO CUM NIHIL INEPTIUS, NIHIL CONFUSIUS,[2] OPERAE PRETIUM MIHI FUIT NOVUM CONSTRUERE, IN QUO OMNI DILIGENTIA SECUTUS SUM CAPITA GENERALIORA, UT OMNEM MATERIAM, PER UNIVERSUM LIBRUM DISJECTAM, VARIIS DISPOSITIONIBUS, DEROGATIONIBUS, ABROGATIONIBUS, CORRECTIONIBUS ET RENOVATIONIBUS AGITATAM, TIBI CONJUNCTAM ET CLARAM EXHIBEAM. CAPITA PRAEDICTA GENERALIA, UBI OPUS FUIT, IN SUA MEMBRA DISTINXI, QUAE UT AGNOSCANTUR, PRAECIPUAM ILLORUM DICTIONEM EIS ANNEXI, RUBRISQUE LITTERIS EXARAVI, SECUTUS, LICET NON EXACTE, ORDINEM NATURAE ILLORUM, ET UBI IPSA DEFUIT, PRIORITATES PRINCIPALIUM PARTIUM. SUB IIS OMNIA AD EA PERTINENTIA COLLEGI, UT QUAE EX TOTA LIBRI CONFUSIONE DESIDERANTUR, MODICO INTUITU PERCIPI POSSINT. ORDO ISTE NOVUS ET DISTINCTUS EST, IGNOTUS TAMEN URBI NOSTRAE. VALE“.

„HUJUS INDICIS GENERALIA CAPITA, UT DIXI, IN EORUM MEMBRA DISTINXI, QUAE UT ET IPSA ALPHABETICO ORDINE DISPOSITA VIDERI ET UNICO ASPECTU PERSPICI POSSINT, SEQUENTES PAGELLAS[3] HAUD INGRATAS, PRAEPONERE CURAVI“.

D) Liber Croceus plane eodem apparatu instructus est. Ultimum textus caput sive „charta“ est nro 231, data 11 maji 1583.

In indice sub verbo „Consules“ inserta est nova commentatio, in titulos 26 digesta, de ratione causas agendi in curia Ragusina. A „Praxi judiciaria“ in indice Libro Statutorum differt eo, quod argumenta sumit ex omnibus voluminibus legum civitatis Ragusinae. Praeterea auctor non solum materiam collatam sub aliis verbis ejusdem indicis (Actor, Apellatio etc.), sed etiam illam „Praxim judiciariam“ indicis Libri Statuto-

[1] In indice Libri Viridis sub voce „Lanae artis tinctores“ legitur nro 17: „non si possa tinger in altra tinctoria che in quelle della Signoria“ (i. e. reipublicae); nro 19: „Secondo limita, che non abbia luoco nella Tintoria delle Pille fabbricata sul terreno di Ser Georgio di Gozze, nella quale si possa tinger per due anni, cap. 335 nro 4.“ Vox „Lanae ars“ in indice hoc habet exordium: „Lanae ars innumerabiles terminos vocesque proprias, praesertim in hac urbe habet, quas si in latinum verterem, nemo praeter Te, mi Georgi, illas intelligeret, sed cum et amicis et conjunctis teneamur, quibus hoc indice in dies suffragari possemus, consulto decrevi, quae ad dictam artem attinent, italico sermone indicare“. Inter epitropos testamenti Francisci de Gondola nominatur Ser Giorgi di Marco Giorgio di Gozze, Jensen op. cit. p. 81. — Serafino Razzi in libro „Storia di Raugia“ mentionem facit inscriptionis sepulcri in ecclesia S. Marci Florentiae: „Subsiste quaeso viator: Ragusinus ille Georgius Gozzius, mercator clarissimus, vitae integerrimae, generis alti, census uberrimi, terrenum terrae, divinum Deo restituens, nepotis Stephani cura, sub hoc marmore ossa reliquit“ (ed. Jos. Gelcich, Ragusii 1903 p. 253).

[2] Indices Libri Viridis composuerunt primum Johannes Adamo de Mugla, notarius et cancellarius reipublicae 1409 sqq., alterum Johannes de Uguzonibus de Arimino, item cancellarius, anno 1440 (cod. membr. c. r. tribunalis Ragusini). Cf. Jireček, Archiv für slav. Philologie XXVI, 192, 195.

[3] Hae pagellae sequentes sunt index indicis. Textum recepimus ex codice supremi c. r. tribunalis Vindobonensis.

rum et alia verba indicum Libri Statutorum, Libri Reformationum, Libri Viridis profert. In titulo 5-o „de praecepto“ in exemplo quodam nomen suum ponit: „Franciscus de Gondola facit praecipere Titio pro 1. 2. et 3. pro crastina“ etc.

Majoris momenti est titulus 8-us hujus commentationis, sub quo tractatur jurisdictio judicum laicorum in causis de bonis ecclesiasticis. Qui titulus inscribitur: „Forum consulum in stabilibus et clericis et religiosis competens est“. Hic Gondola legationem suam exponit Romanam a. 1582—1583, actiones quas ibi cum cardinalibus habuit, argumenta quae de hac quaestione speciali protulit. Neque omisit de adversario Hieronymo de Caboga quaedam subjungere. Commemorat postremo consultum consilii rogatorum, quod factum est mense julio 1584. In fine addidit illa tria documenta annorum 1581 et 1583, quorum supra (p. XXXIII) mentionem fecimus.

Nemo sanus dubitabit, quin apparatus Libri Crocei sit illius Francisci de Gondola, qui annis 1582—1583 legatus Ragusinorum apud sedem Apostolicam fuit. Neque minus auctor apparatus Libri Viridis esse videbitur, quoniam epistula dedicatoria ante indicem nomine ejus est insignita. Sed videndum est, num etiam commentarii, indices, adnotationes Libri Statutorum et Libri Reformationum eidem Francisco de Gondola sint adscribendi. Quod probatur his argumentis:

a) Inscriptio codicum meliorum idem scriptoris nomen exhibet, quod ex documentis saeculi XVI bene notum est.

b) Seraphinus de Cerva apparatum omnium legum, sine ulla haesitatione, eidem Francisco de Gondola adscribit.

c) Gondola ipse in indice Libri Crocei indices aliorum voluminum: Libri Statutorum, Libri Reformationum, Libri Viridis laudat.

d) Gondola in adnotatione in margine indicis Libri Viridis scripta, sub verbo „Consules recusantur“, dicit (in codice supremi c. r. tribunalis Vindobonae): „Vide indicem n o s t r u m (abreviatum: nr) Libri Statutorum in verbo Praxis judiciaria t . . . .“ (abscissum).

e) In omnibus quatuor libris legum eadem ratio et dispositio deprehenditur, ejusdem generis summaria, indices, indicis index, adnotationes, et cum eodem stilo eadem copia verborum.

f) Scriptor in omnibus voluminibus legum eodem modo frequenter loquitur in prima persona: vidi, miror, approbavi, dixi, sententia mea, et alia.

g) In commentario omnium librorum auctor de rebus quae ei displicent, loquitur verbis acerbis et severis. In Libro Statutorum consuetudines quasdam antiquas vocat ridiculas, in Libro Reformationum reprehendit errores pingues et innumerabiles, in Libro Viridi nihil ineptius, nihil confusius in-

venit vetusto hujus libris indice, in Libro Croceo in Matteuccium invehitur severe, praeterea de judicibus dicit: „consulibus nostris, viris idiotis et parum eruditis“ (index, sub Consules, tit. 13), alibi: „quod penes me ridiculosa res est, nullo jure vel ratione introducta“ (ib. sub Praecepta).

h) Libri quos laudat, aetatem Francisci Francisci de Gondola († 1589) non excedunt. Locorum, in adnotationibus Libri Statutorum laudatorum novissimi sunt hi: Sententiae Consulum 1523, Testamenta Notariae 1539, Libri Rogatorum 1565, Sententiae Cancellariae 1567. In Sententiis Cancellariae anni 1597, laudatis ad VIII, 29 (p. 414) errorem librarii aut glossam lectoris cujusdam inesse censemus.

Gondolam apparatum ad libros legum eo ordine composuisse verisimile est, quo libri deinceps publicati sunt. Librum etiam Statutorum inter annos 1565 et 1580 apparatu instruxit. Librum Croceum certe ultimo loco apparatu munivit, inter julium 1584 et januarium 1587, post consultum consilii rogatorum, ibi laudatum, et ante „processum informativum“ contra Cabogam.

Mirum est, quod Gondola „Praxim judiciariam“ Simeonis de Benessa, scriptam anno 1581, ne verbo quidem commemorat. Sed jam vidimus gentem Benessarum partibus Cabogae favere, et esse inter Gondolae adversarios. Si conjecturis uti licet, Gondola post Praxim, insertam in indice Libri Statutorum, novam pleniorem commentationem, fortasse illo libro Benessae permotus, de causis agendis composuit, quam indici Libri Crocei addidit.

Ineditae „Praxis“ Benessae lectoribus saltem praefationem obtulimus, eleganti stilo scriptam, quo scriptor Pomponium „De origine juris“ (Dig. 1, 2) imitari conatus est. Quae sit in genere scribendi ratio inter Gondolam et Benessam, comparatione facile videbitur.

Simeonis Matthaei de Benessa.

De origine juris judiciarii, et magistratuum qui praesunt reipublicae Ragusinae.

Res ad judicia pertinentes a quibus moderatae fuerint, quis ordo in reddendo jure extiterit, prius quam novissime civitas in manus Venetorum inciderit, haud compertum est. Monumenta enim antiquiora, e quibus ea depromi potuerunt, partim incendiis quae olim extiterant, absumpta sunt, partim a Venetis extincta. Hi namque cum, paulo post Constantinopolim captam a Gallis, tyrannidem Damiani Judae evertissent, quam ille occasione ammissi Constantinopolitani imperii, sub cujus tutela civitas manebat, arripuerat, civitatemque imperio suo adjecissent, non autem libertatem, prout polliciti fuerant Priho Benessae ipsius Judae genero, qui ad eos servitutis gratiae impatiens ob id ultro contulerat, nihil conducibilius arbitrati sunt ad suum in eam dominium retinendum, quam si nullum in ea vestigium libertatis antiquae extaret, quae cives aliquando ad eam repetendam excitaret. Civitate autem in potestatem Venetorum redacta, satis constat omnia quae ad judicia spectabant, penes praetores Venetos fuisse. Nam etsi ipsi praetores causas cum quinque judi-

cibus viderent, minores vero hominibus ex sua familia judicibus, quos milites appellabant, demandarent, tamen cum ipsi quinque judices non a civitate, sed ab ipsis praetoribus crearentur, omnia ex arbitrio eorum pendebant.

Exactis vero Venetis a civitate loco praetoris creatus est unus ex patritiis civitatis eique rectoris nomen datum est, qui juxta morem antiquorum cum quinque judicibus privatis jus dicebat. Augescente vero civitate, et crescentibus negotiis, cum rector publicas, propter res privatorum, commode curare non posset, constituti sunt sex judices, quos curiam consulis appellavere, et divisa sunt fora; consulis enim curiae omnia civilia praeter res finitimorum, qui mediterranea Illyrici ac Macedoniae habitabant, attributa fuere; rectori autem cum quinque judicibus criminalia cum ipsis rebus finitimorum. Quo etiam tempore rectori, quo in aliquo se detrahere possit, cum ei a rebus gravioribus vacare contigerit, militis officium datum est, et jurisdictio extenta ad X perperos et quaedam alia pauciora, quae ad executionem justitiae pertinebant, et ei antiquitus competebant, relicta fuere. Cum autem paulo post in civitatem ars texendae lanae introducta esset, et amplior quotidie fieret, neque magistratus qui tunc judicia gubernabant, ei ob alias occupationes sufficere possent, placuit novum magistratum constitui. Itaque creati sunt tres judices qui et controversias ipsius artis deciderent, et omnia quae ad artem attinebant, curarent. Nec multo post rectori, quo aliquantulum ei laboris demeretur, quem ex publicis et criminalibus rebus capiebat, militis officium ademptum est, et datum uni ex patritiis, quem ejus vicarium nominavere. Quod ad aliquos deinde annos et de criminalibus factum est, protensis enim finibus civitatis, et aucto populo, cum in dies majores solito injuriae inter cives committerentur, quam eis rector per publicas occupationes sufficere posset, creati sunt sex viri qui facinorosos homines punirent, eosque judices rerum criminalium appellavere. Reservatum tamen fuit rectori, ut in judiciis in quibus in aliquem ultimo supplicio animadvertendum esset, etiam cum ipsis suis judicibus interesset.

Non multum autem deinceps eidem rectori et quinque judicibus de ejus consilio causae finitimorum, quae eis reservabantur, ademptae fuerant, judicibusque rerum criminalium datae.[1] Eodemque fere tempore cum in curia consulis lites crevissent, neque omnibus prae multitudine satisfieri posset, creata fuit alia curia sex judicum, quae privatis de rebus mobilibus jus redderet. Cum autem per has duas curias nullus dies vacuus a litibus esset, atque hac de causa nemo qui judiciis adesse cogebatur, rebus suis prospicere posset, eas iterum ad unam curiam reduxerunt.[2] Quod etiam patrum nostrorum memoria et de rebus nauticis fecerunt, quas cum separavissent a curia consulis, et eis speciales judices assignavissent, rursus eas curiae consulis restituerunt.[3] Sed cum temporibus nostris multum ipsa res nautica crevisset, majoresque quam antea differentiae inter ipsos nautas et mercatores orirentur, ob defectus rerum, quae in naves imponebantur, et ob naula earum, neque curia consulis, quae ad dies certos jus reddit, et nihil praeter ordinem ei a legibus impositum facere potest, utrisque ea celeritate quam forsitan eorum causae postulabant satisfacere possent, placuit omnes differentias quae de his rebus inter eos nascerentur, quatuor viris qui vectigalibus publicis a mercibus privatorum exigendis praesunt, id est doganeriis, attribuere. Et ita successu temporum, rebus sic distantibus, omnia judicia civilia, quae ad privatos spectabant, in sex magistratus reducta sunt, qui hoc tempore juri dijudicando praesunt.

Leges autem quibus ordo juris constabat, dum Veneti civitati imperabant, paucae admodum erant. Consuetudine enim ad plurimum judicabatur, quae cum paulatim

[1] In margine: 1466, die 22 januarii f. 290 in Libro Majoris Consilii.
[2] In margine: 1535.
[3] In margine: 1564.

procedente tempore, ut usu venit omnibus rebus humanis, aboleretur, latae fuerunt multae leges, multaque per consuetudinem introducta, quibus et judices et advocati in regendis causis uterentur. Cum autem ipsae leges in multa volumina dispersae essent, et sine certo ordine legerentur, res vero receptae in hominum memoria contineretur, rem me gratam omnibus fore facere putavi cuncta haec in unum volumen colligere, in suosque locos digerere, partim ut harum rerum studiosi multitudine et confusione librorum, fastidioque sciscitandi peritos vitato (quae eos forsitan ab ipsorum studio deterrebant) omnia in promptu ac ad manus haberent eisque statim, cum vellent, uti possent, partim ut res usu receptae ab oblivione incuriaque temporis, si fieri posset, vindicarentur. Sed cum aliae super alias occupationes mihi quotidie ad haec peragenda obstitissent, nactus tandem aliquantulum ocii, cum manum rei admovere coepissem, statim in ipso ut dicitur homine non parum dubitare coepi, a qua parte haec mihi essent materia inchoanda. Non enim me latebat, quantum in omni re, de qua cum ratione disserendum est, referat quid prius et quid posterius tractem, et quidem naturalem ordinem intuenti videbatur mihi exordiendum esse ab ea parte juris, quae ediscit reos in jus vocare. Omnes enim qui in litem ingredi volunt, ante omnia necesse est, ut judices adeant, ab eisque postulent posse adversarios suos in jus citare, sed cum sesta in judicio petitione ne minimus quidem actus in causis confici possit, nisi prius conveniat, utrum judices ordinarii eorum causam, coram quibus proposita est, judicare debeant, an alii qui forte in eorum locum succedere possent, crebro item petant dilationes ad deliberandum, ante quam contra praeceptum oppositiones fieri incipiunt, commodius nobis visum est posteriora haec prius tractare, utpote quae primum in lite in judicium deducta accidere soleant, quibus absolutis, necessario subsequuntur, ut ipsa res docebit priora illa cum omnibus quae usque ad publicationem sententiae succedunt. Ultimo autem loco, ne quod ad hanc rem attineat desideraretur, subjicientur, quae data sententia eveniunt.

VI.

Codices Libri Statutorum saeculo XIV Ragusii servabantur non pauci, scripti a sacerdotibus Ragusinis vel officialibus cancellariae civitatis. Atque in libro „Diversarum Cancellariae 1341“ tabularii Ragusini, qui continet „omnes diversas scripturas, pacta et conventiones“ factas tempore comitis Johannis Fuscareni, ad diem 20 aprilis 1342 legitur, quomodo „Franceschus, scribanus domini comitis“, — Franciscus seu Francischinus Bartholomaei de Archo (nunc Arco) in dioecesi Tridentina, qui 1342—1373 erat vicecancellarius, postea cancellarius et notarius communis Ragusii, — se obligavit nobili Ragusino Pale de Dime de Pabora: „de faciendo et scribendo sibi totum statutum communis de Ragusio, hinc ad sanctum Petrum proximum, in cartis de pergamena“, pro „yperperis VI“. Sed obligatio fuit „cassa de voluntate ambarum partium“.

Quot codices Libri Statutorum anno 1358 fuerint in manibus singulorum Ragusinorum, apparet ex libris consiliorum ad diem 27 et 28 octobris 1358, quando omnes Ragusini, gravibus poenis propositis, omnia exemplaria regimini civitatis ad statuta corrigenda praesentare debebant (v. supra p. X):

„Die XXVII octobris. Infrascripti sunt statuti sive libri statutorum qui fuerunt presentati secundum reformationem“:

„Die XXVIII dicti mensis, Junius de Grede presentavit unum statutum in cartis bombacis“.

„Eodem die. Johannes de Bona presentavit unum statutum in cartis hedinis, quod fuit sibi mutuatum ad portandum secum ad eundum Stagnum ad stanicum cum illis de Spaleto.

Laurencius de Uolcasio presentavit unum statutum in cartis bombacis.

Blaxius de Mençe presentavit I statutum.

Marinus de Goçe presentavit I statutum.

Dragoe de Binçola presentavit I statutum.

Nixa de Luchari presentavit I statutum.

Nicola de Caboga presentavit I statutum

Dimcus de Benessa presentavit 1 statutum.

Giue Nicole de Gondola presentavit I statutum.

Jacobus de Georgio presentavit I statutum

Valcus de Goçe presentavit I statutum.

Marinus Junii de Mençe presentavit I statutum“ (Monumenta Ragusina II, 250).

Ex quibus tredecim codicibus duodecim erant nobilium, unus fortasse communis: ille mutuatus „ad stanicum cum illis de Spaleto“. Sed dubium non est quin magistratus civitatis plures codices habuerint, ad usum comitis, judicum curiae magnae et parvae, consiliariorum, advocatorum, procuratorum, et aliorum.

Mutationibus et additamentis textus Libri Statutorum per saecula alterabatur, praesertim cum, postquam ars typographica inventa est, nunquam typis editus in lucem prodierit (v. p. XII).

Recensiones textus distinguuntur quinque quas, temporis ordine observato, litteris A, B, C, D, E notavimus.

Recensio A., textus genuinus anni 1272 sine additamentis postea insertis, in nullo codice, quem cognovimus, superest. Supra monuimus (p. XVI) librum octavum diversis temporibus in hanc formam quae nunc ante oculos est redactum esse, et probavimus numeros capitum post tempus comitis Marini Baduarii, qui inter annos 1292 et 1305 ter comes Ragusii fuit, adscriptos esse. Ex librorum rubricis, qui ex codicibus vetustioribus descripti sunt, praeterea patet capita quaedam jam ante recensionem B. abrogata et deleta esse (v. ib.). In codice B. initium superest capitis deleti post VIII, 49 (p. 193) et inscriptio capitis amissi VI, 2 (p. 239).

In adnotationibus margini adscriptis Franciscus de Gondola ad libri I caput 21 (p. 409) asserit se in „vetusto codice“ vidisse scriptum de electione procuratorum et advocatorum monasterii Lacromonensis „in Justiniana constitutione“, i. e. in Libro Statutorum, composito tempore comitis Marci Justiniani, sed hunc ordinem postea mutatum esse a Dandulo comite. Antiqua illa constitutio Libri Statutorum nobis ignota est: mutatio vero facta tempore Marci Danduli comitis (1301—1303) legitur in libri I capite 21, num. 12.

Recensio B., continens textum anni 1272 cum additamentis annorum 1272—1358, nunc superest in unico codice, quem item B. appellamus, membranaceo, foliorum 92, in bibliotheca c. r. tribunalis Ragusii.

Operculum codicis non est vetustum, sed saeculo posteriore factum, ligneum, coriis pressis indutum. Fronti ejus affixum est ornamentum quadratum, factum ex orichalco. Item orichalco muniti sunt anguli in fronte et a tergo. Liber clauditur quatuor fibulis, bene conservatis, una ex superiore, altera ex inferiore, duabus ex media parte.

Integumenti vetustioris reliquiae esse videntur duo folia membranacea, nunc ad operculi partem interiorem, et ad frontem et ad tergum libri, agglutinata. In priore folio leguntur tres adnotationes de terrae motibus Ragusii, die 6 januarii 1349, 28 novembris 1496, 17 maji 1520 factis, quarum prima saeculi XIV esse videtur, altera et ultima scriptae sunt eadem manu c. 1496—1520. Posterioris folii, quo operculi tergum intus tegitur, pagina aperta scriptura vacat.

Membrana est optima, coloris albi qui in utraque folii pagina non differt. Folia a bibliopego inaequaliter sunt praecisa, qua de causa altitudo foliorum variat inter 37·2 et 37·4 centimetra gallica, latitudo inferior et superior inter 27·2 et 27·5, sed in ultimis foliis non excedit 26·7. Adnotationes margini adscriptae non sunt mutilatae. Textus scriptus est lineis 37 vel 38, in duobus laterculis, qui 1·5 centimetra inter se distant, atramento nigro, nunc interdum badio.

Colore rubro scripti sunt: 1. indices sive „tabulae" capitum, singulis libris praemissi; 2. inscriptiones vel „rubricae" singulorum capitum, numero semper postposito; 3. indicationes librorum in margine superiore: in fronte folii versi „**L.**", in fronte vero folii recti numerus libri. Quibusdam locis color ruber membranam ita penetravit, ut in folii parte aversa conspiciatur.

Litterae initiales capitum pictae sunt colore rubro et ornatae ornamentis caeruleis: stellis involutis in O, Q, alibi pennis vel ramis ex litteris excurrentibus. Quod non ubique observatur, nam capita V, 37—VII, 2 et VIII, 15—VIII, 99 his initialibus carent; incipiunt sola littera majuscula miniata. Librarius quovis loco primam capitis litteram signo minusculo praenotaverat; initiales vero pinxit miniator, interdum neglegenter. Litteras enim quasdam initiales plane omisit, velut: (U)t I, 2, (Q)ui VI, 60. Alibi litterae sunt confusae: Fi pro Si IV, 52, 56. In linea ex S deorsum excurrente initio capitis V, 34 involutum est caput hominis nasuti et tonsi, cujus imago obliqua (en profil) penna picta est. In O initio capitis VII, 25 residet avis, cui cauda longa appicta est: falco aut psittacus videtur esse.

Manus distinguuntur quinque. Atque prima quidem manus scripsit

luerit concordare cum sclauo, (
illo per stanicum aut alio quo
cunque modo antequam eum ducat ad
dominum comitem, ipse bene potest
facere, et erit firmum.
Et si aliquis raguseus ue
nerit ad dominum comitem et
petierit ei litteras suas, et uolu
erit ire ad comitem de chelmo (
cum litteris ad querendum rationem
super aliquem sclauum de chelmo,
dominus comes debet ei facere suas
litteras, et raguseus cum litteris (
illis debet ire ad comitem de chel
mo, et ille sclauus qui debet fa
cere rationem raguseo ante comitem
de chelmo debet placitare et fa
cere rationem raguseo, et illa senten
cia que data fuerit per comitem de
chelmo erit firma. Et si aliqua
pars non uenerit ad stanicum
constitutum et uocata fuerit et non
habuerit iustum impedimentum
clare, tunc uidelicet impedimen
tum dei uel [illegible] domini
et iudicata fuerit, perdiderit pla
citum et erit torta. Et si iudi
catum fuerit sacramentum uel sa
cramenta raguseo in stanico, (
sclauus non potest dicere ragu
seo uolo quod talis uel talis iuret de
cum, sed raguseus iurare debeat
cum illis suis propinquis quos ipse
habere poterit. Et etiam si aliquis
raguseus habuerit ad queren
dum rationem super aliquem sclauum
et ordinatum fuerit stanicum ple
plenarium, et raguseus ille no
luerit ire ad stanicum, illud ad
querendum rationem suam illud non perimi(?)
dicat ei in suo iure, et bene potest
manere. Et si sclauus ille inde
in antea uenerit ragusium, ragu
seus non potest uetare ei terram
ragusii nec potest eum pignerare
re uel facere pignerari, et nec de
predare eum per racionem suam donec
placitum suum diffinitum fuerit per
rationem et plegios sententiam, pro eo quod
noluit ire ad diffiniendum ad
stanicum.

De consuetudinibus inter raguseos
et homines bossine.

Et si aliquis ragu Lij
seus ad querendum habu
erit rationem super ducem de bossina
uel super aliquem hominem de bossi
na, raguseus ille cum litteris domini
comitis eius debet ire ad ducem
bossine ad querendum rationem suam
et sententia que data fuerit ei ibi (
erit firma.
Et simili modo facit dux
de bossina de suis hominibus
qui habent ad querendum rationem
super raguseos, et ueniunt ragu
sium cum litteris sui ducis ante
dominum comitem, et sententia que data
fuerit erit firma.

De consuetudinibus inter ragu
seos et homines Rassie.

Et si aliqua discordia Liij
domini aut quimonia(?) creste
rit inter regnum et homines ex mista(?)
[illegible]

Codex B. f. 33a (lib. III, cap. 51—53). Exemplum redactum ad modulum hujus paginae.

maximam codicis partem, f. 1—90a, a lib. I cap. 1 usque ad VIII, 92 (1342) inclusive. Secunda manus, litteris paulo minoribus, exaravit solum laterculum A in f. 7_a (I, 21—I, 23). Tertia manus leges scripsit, latas tempore comitum Philippi Horii (1348) et Petri Justiniani (1348—1350), f. 90_v—f. 91_v, col. A., libri VIII cap. 93—97. Quarta manu, quae atramento nigriore utebatur, adscriptum est libri VIII caput 98 (datum 1358, mense januario), f. 91_v, col. B.—f. 92_a col. B. Quinta denique manu litteris aliquanto majoribus, quam in foliis praecedentibus, additum est item unum caput, libri VIII cap. 99 (1358), in ultima codicis pagina, f. 92_v, col. A.

Litterarum formas videas, quaesumus, in pagina proxima, in qua f. 33_a (III, 51—53), ad modulum paginarum hujus editionis redactum, photographice effingitur; incipit autem a verbis: „[uo]luerit concordare cum Sclauo".

Librarius qui codicis maximam partem exaravit, festinanter, interdum neglegenter, opus suum perfecit. In abbreviationibus lineolas supra litteras vocales non semel omisit: *BACA* (barca), *SECUDE* (secunde), *UOLUTATEM* (voluntatem), *SOLLEPNES* (sollempnes), *EADEM RACIONEM* (eandem rationem); praecipue *-ET* et *-EAT* in verbis habet pro -ent, -eant. Alibi sententiam alteravit: *PASCANDUM* I, 18 (l. piscandum), *AQUIBUS* I, 19 (l. aliquibus), *LAPICIDES* I, 26 (pro: lapides!), *DEFECERIT PRO TOTA* IV, 52 (pro rata, cod. C), *ET QUI PARENTES* IV, 20 (sunt: aequiparantes), *AB APPOSITO* V, 3 (l. opposito), *MINOR PARS* VII, 18 (alii: maior).

Sed ita servavit multa vestigia sermonis et scripturae quae conspicua erant in archetypo, ad cujus fidem codicem describebat. Sermone latino probatur primos librarios qui Librum Statutorum scripserant, non fuisse Italos doctos, notarios et cancellarios Ragusinorum, sed presbyteros aut judices, incolas hujus civitatis, non magna linguae latinae scientia imbutos. Quod efficitur non solum mendis: *AD CONSILIUM MINOREM* VII, 5, *IN ARBORIS* (navis) VII, 7, *CIVITATEM QUAE HABERET PIGNORAM, PRO IPSA PIGNORA* VII, 32, sed praecipue formis linguae latinae vulgaris, qualis in Dalmatiae civitatibus in usu erat (cum **e** pro **a, u** pro **o, i** pro **e** posito etc.): *CENTINARIUM*, *CUNCCIO*, *DEIETATI*, *DIBITOR*, *DIBITUM*, *DOUANA*, *DUANA*, *INDEGERE*, *LEGNAMINIBUS*, *LIGITIMUS*, *LIGUMEN*, *MILEARIA*, *MONISTERIUM*, *MONESTERIUM*, *MUNETA*, *PLUBLICUS*, *PUBICA*. *PUBLACA*, *PLENERIUS*, *PLERES* (plures), *RIPIRIUS*, *RAPPARIUS* (v. indicem hujus editionis).

Alia quoque vestigia demonstrant librarium non fuisse Ragusinum, aut saltem exemplum ejus esse descriptum ab Italo quodam ex archetypo

Ragusini cujusdam manu exarato. In codice B., partim etiam in codicibus recentioribus, corrupta sunt nomina locorum circa Ragusium, item Slavorum termini technici, qui Ragusinis bene noti erant. A nominibus insularum Calamotae et Dalafotae sive Dalafodii confusis originem habebant nomina male conglutinata: Dalamota, quae vox in solo Libro Statutorum legitur, et Calafota sive Calafodium, quod nomen annis 1306—1398 etiam in libris tabularii Ragusini interdum occurrit. Caput Comari in omnibus codicibus, abbreviatura (comai) male lecta, positum est pro Caput Comani, quod hodie quoque Capo Gomena nominatur. Sanctum Hilarionem abbatem Gazensem, qui anno 365 „Epidaurum, Dalmatiae oppidum“ adiit, ejusque vitam sanctus Hieronymus descripsit (Acta Sanctorum, Oct. IX), codices B. et C. transformaverunt in mulierem sanctam: „prope ecclesiam Sancte (sic!) Hylacrioni“ III, 54, notissimam illam usque ad hunc diem ecclesiam „Sancti Illari“ (Sveti Ilar), in maris litore sitam inter Ragusium et rudera veteris Epidauri. Molina sive Molendina Breni (apud hanc ecclesiam) librarius scripsit Malina, montem Crestam Ragusinae urbi imminentem Tresta. Huc accedunt patatum, patata pro patacum, slav. potok torrens, usrada VIII, 58 pro vražda, pecunia pro vulneribus vel homicidio soluta.

Orthographia congruit cum ratione scribendi annorum 1300—1360, sed in multis rebus fideliter servatus est usus antiquior, qui in libris tabularii Ragusini annis 1280—1300 conscriptis exstabat. *CIVITATIS RETIFFICACIONEM*, i. e. reaedificationem post incendium anni 1296 (VIII, 57, nota 17), invenimus jam die 15 octobris 1296 in libro Diversarum Cancellariae, scripto manu Marquardi notarii: „pro retifficacione domus“. Librarius codicis B. scripsit solum *I: IUDICES*, *IURARE*, *IUNII*, *IUPANA*, *IUNCETUM*, raro *J: JUSTINIANUS*, *JULII*, *JANUARII*, in verbi fine *MARCIJ*, *BLASIJ*. Pro *V* habet *U: UIR*, *UIA*, *UINUM*, *UOLUMUS*, *UILANO*; *V* pro *V* apud eum rarissimum est. Alibi *V* sumitur pro *U*, in verbi initio: *VMBULA* I, 18. Pro *-CUS* frequenter ponitur *-CHUS: ARCHUS*, *FRANCHUS*, *MARCHUS* (C. in his verbis ubique habet *-CUS*). Pro *TI* scribitur *CI: RACIO*, *IUSTICIA*, *CREDENCIA*, *SPACIUM*, *PRECIUM*, *TOCIUS*, *ECIAM*, *CICIUS*, *PECIERIT*, *URSACIUS*, *DALMACIA*; *TI* rarissimum est (nuptiarum VI, 47, conseruatio VIII, 98). Pro *CTI* librarius item posuit *CI: DISTINCIUS*, *BENEDICIONIS*, *INDICIONE*. Pro *CTIO*, *TIO* habet *CCIO: RESURECCIO*, *CONTRADICCIO*, *DILECCIO*, item *CUNCCIO*, *ADDICCIO*. Alibi vero scripsit *CT* pro *C: PACTARE*, *PACTAMENTUM*, etiam pro *T: DOCTEM* V, 29. Prima manus ubique habet *LITERA*, *LITTERA*, scriptores vero ultimorum capitum *LICTERA* (VIII, 98, 99), item *DIMICTERE*, quae formae in libris

tabularii Ragusini saeculo XIV a librariis pluris aestimabantur (scribebant 1328—1347 licteras, 1347—1354 literas, litteras, 1333—1360 mictere, promictere). *N* ante litteras consonantes non assimulatur: *INMUNDICIA*, *DECENBRIS*, *INPETRARE*, *INPEDIMENTUM*, *SPANPANATURA*, *CONROBORAT*. Librarius scripsit ubique *NUNCIUS*, sed VIII, 91 *RENUNPTIANS;* in libris Diversarum legitur 1334—1348 nunctius, nunpcius, nunptius, raro nuncius, jam c. 1390 nuntius. *S* et *X* confundit: *IUDES* III, 3, *MILEX* III, 33 (occurrit etiam in Libro Reformationum 1358), *REXURECCIONIS* VIII, 97. Aliis vero locis confundit *S* et *SC*: *SIVERIT* V, 13, *CRESIT* VII, 3, *QUESCITI* IV, 76, *SILICET*, *CONSCILIUM* (forma frequens in actis XIII—XV saeculi). Pro litteris duplicatis ponit simplices: *COMUNE*, *COMODARE*, *COMORARI*, *MITERE*, *NULIUS*, *MILIARII*, *RECURAT*, sed e contrario alibi duplicatas habet pro simplicibus: *OCCULUS*, *EDIFFICACIONE*. Pro *GN* mavult nonnunquam *NGN*, saeculo XIV non insolitum: *STANGNI* VIII, 80 (sed VIII, 81 *STANNI*). *PLATEA* alternat cum *PLATHEA*.

Interpunctionis signis librarius parcissimus erat, praeter punctum in fine capitum aut paragraphorum, quod nonnunquam sequitur littera minor: *et*, alibi major: *Et*. Paragraphi capitum incipiunt a littera majore, superducta lineola rubra. In capitibus quibusdam paragraphi intervallis significantur et singulares articulos efficiunt. Effigies nostra has subdivisiones, cum Gondolae „numeris“ vel „paragraphis“ comparandas, in libri III cap. 51 ostendit. Insigniores sunt subdivisionum et sectionum initiales pictae in libri I cap. 12, numero octo; cum „numeris“ novem Gondolae in hoc capite non omnes congruunt. Alibi numerus initialium minor est quam apud Gondolam: I, 21 subdivisiones capitis sunt 9 (Gondolae 12), I, 26 vero 11 (Gondolae 13), III, 46 item 11 (Gondolae 24). Sed ad finem codicis numerus subdivisionum in capitibus crescit: VIII, 57 sunt 26 (Gondolae 20), VIII, 58 vero 12 (Gondolae 8).

Tabulae rubricarum, singulis libris praepositae, descriptae sunt ex codice vetustiore, quam recensio B. Tabula libri VIII non continet amplius capita 20 (p. 177, 243). In textu sequuntur quidem capita 21—99 hujus libri, sed plerumque sine inscriptione, ubique sine numero (cf. p. 177 sq.). Numeri cap. 21—99 adscripti sunt in margine manu aetatis recentioris, numerorum notis arabicis. Codex B. hoc modo exhibet recensionem in libro VIII sane imperfectam.

Textus Libri Statutorum in codice B. nullam constitutionem continet posteriorem mense martio anni 1358. Neque ex ultimis annis dominationis Venetorum omnes leges praebet; additamentum libri III cap. 2, num. 6 (p. 58), factum mense augusto 1354, in B. desideratur.

Rasurae occurrunt in libro II. In cap. 5 (cf. p. 30) vox comes ubique est deleta et ejus loco in rasura scriptum rector. Ibidem sunt deleta verba: domini nostri ducis. Hae sunt correctiones Libri Statutorum, factae anno 1358.

Codex, sine dubio ad usum regiminis scriptus, semper in cancellariis reipublicae servabatur. Saeculo XV et XVI erat in cancellaria vicarii qui tunc „justitiam ministrabat usque ad summam X iperperorum"; has sententias, a vicario latas, scribebat cancellarius sive scribanus slavicus.[1] In codice C. addita est in f. 3_a manu saeculi XVI adnotatio de terrae motu facto die 6 januarii 1349, descripta ex pagina interiore folii agglutinati ad operculi codicis B. partem priorem: „In statuto veteri quod manet in canc(ellaria) vicarii, sunt hec verba de terremoto, videlicet: A. D. MCCCXLVIIII" etc. Ut Franciscus de Gondola in Libri Statutorum indice, sub verbo „Dux Venetiarum", versiculo 3, dicit, jus jurandum fidei praestabatur duci „ab omnibus magistratibus et officiis, ut in capitulis juramentorum illorum lib. 2., ubi mutilatum non est, prout reperitur in codice veteri reipublicae apud cancellarium linguae slavae" (v. p. 351). „Mutilatos" appellat Gondola codices, correctos anno 1358: codex B. solus est, qui has formulas temporis Venetorum servat integras. Quod Gondola adnotavit ad libri I cap. 3 (p. 409) de rubrica „in veteri codice cum ejus capitulo contenta, in novo est deleta", iterum pertinet ad codicem B., in quo solo legitur, quomodo officiales omnes „eligebantur", i. e. nominarentur a comite Veneto, cum post annum 1358 eligerentur a consiliis nobilium civitatis.

De tempore, quo codex B. scriptus sit, putamus eum anno 1342 et annis sequentibus exaratum esse, postea vero completum additamentis a. 1348—1358 (cf. Jireček, Archiv für slavische Philologie XV, 456). Descriptus autem est ex archetypo, in quo textus Libri Statutorum, post annum 1272 auctus, suppletus erat additamentis, inter capita insertis, vel margini adscriptis, vel in fine codicis subjunctis.

Recensio C. continet textum purgatum anno 1358, auctum additamentis annorum 1358—1408. Mutationes quae post discessum ultimi comitis Veneti anno 1358 factae sunt in Libro Statutorum a „sapientibus", in consiliis ad „statuta corrigenda" electis, supra commemoravimus (p. XXVII), item codices hoc tempore regimini ad corrigendum traditos (p. XLIII).

Hanc recensionem repraesentat item codex unicus, servatus in bibliotheca c. r. tribunalis Ragusii, membranaceus, foliorum 125; praeterea folia duo agglutinata sunt ad operculi partem interiorem.

Operculum est ligneum, magni ponderis, corio indutum. Media ejus

[1] Philippus de Diversis (1440) ed. Brunelli p. 59, 76.

frons insignita est magna ex orichalco facta cruce, ad cujus trabes quatuor ejusdem materiae flores sive stellae additae sunt. Ex quatuor ornamentis quibus anguli quondam muniti erant, nunc unum in fronte superest. A tergo media est tabula quadrata ahenea, quam quatuor tabulae minores cingunt; ex angulis duo adhuc sunt muniti ornamentis. Fibularum duarum supersunt fragmenta et coriacea et ahenea.

Membrana coloris subflavi in parte pellis exteriore minus bene praeparata et male conservata est. Primo obtutu animadvertitur codicem usu tritissimum esse. Scriptura enim in paginis quibusdam evanuit, in aliis vero postea est renovata; versus quidam legi jam non possunt. Nonnullis foliis, quia in angulo et in margine, inprimis inferiore, mutila sunt, subducta est charta alba agglutinata, praecipue in libris III, IV, V. Margo a bibliopego inaequaliter est praecisus, laesis quibusdam adnotationibus in margine scriptis. Foliorum altitudo variat inter 36·8 et 37·1 centimetra gallica, latitudo inter 26·3 et 27·0. Scriptura est nigra in duobus laterculis, quorum uterque habet versus 34. Formam litterarum vides in exemplo photographico folii 40_a, ad mensuram hujus editionis redacti; incipit a verbis libri III, capitis 51: „ut homines de Chelmo“.

Colore rubro exaratae sunt „tabulae“ rubricarum, singulis libris praemissae, et capitum tituli. Capitum inscriptionem et sequentem numerum capitis praecedit signum caeruleum q. Litterae initiales omnium capitum ornatae sunt coloribus, aut caeruleo cum pennis rubris, aut rubro cum virgultis viridibus. Initio textus conspicitur inscriptio in folii margine superiore: „*L. I*“, auro picta, posita in campo ornamentorum caeruleorum. Infra ante exordium Libri Statutorum miniata est effigies S. Blasii, Ragusinorum civitatis patroni, episcopi barbati, induti veste pontificali rubra et portantis in manu imaginem sculptam civitatis Ragusii.

Librum Statutorum totum, f. 5_a—115_a, scripsit idem librarius, diligentior eo qui codicem B. exaraverat; pauca enim verba vel paucas litteras omisit aut male legit: *PATRIMONIUM* VI, 48 pro matrimonium, *SANGUINEIS* IV, 70 pro consanguineis.

Sermo latinus et recte scribendi ratio jam redolent tempus renascentium litterarum antiquitatis. Menda grammatica, qualia B. habet, librarius correxit, vestigia latinitatis vulgaris perpauca retinuit (ligumen II, 19, muneta VII, 48), sed ex illis nominibus corruptis non omnia emendavit (Dalamota, Caput Comari, ecclesia Sancte Hylacrioni, patata). Librarium Ragusinum non fuisse testantur errores in terminis patriis: *MARGARIOSIO* I, 33 pro margarisio, tributo quodam, *STINICUM* III, 19 pro stanico sive „parlamento“, *UINEAM* et infra *MEAM* V, 24 pro meia, megja slav. terminus, fines, maceria vineam cingens. Nomina quaedam

III

ut hoies de chelmo omis qui
uocati fuerint ad stanicum de
mant ad faciendum rationem
ad illud stanicum uel debet
mittere p eis. Et si per illos iu
ratos iudices iudicatum fuerit
sacramentum ad aliquem coiter
uel ad eius filium aut filios
iuratum sit illi/ cui iudicatum
fuerit ut p se faciat iurare
unum de suis nobilib; uiris.
Et ille quando iurat debet
stare prope illum pro quo iu
rare debet ad latus eius et
debet osculari eum ore. Et
si comes de chelmo per se ha
buerit ad querendum ratio
nem supra comitem et comune
ragusii uel supra aliquem de
ragusio. hoc debet ee primum
placitum quod prius debet placitari
ibi. Et si comes de chelmo p
se non habuerit ad querendum
rationem supra comitem et coe l'
aliq' de ragusio. et comes ul
comune ragusii ad querendum
habuerit supra comitem uel
aliquem de chelmo istud de
bet ee primum placitum quod ibi
placitetur. Et sit primum placi
tum comitis de chelmo secundum
debet ee comitis et comunis
ragusii. Et si comes et coe ra
gusii et comes de chelmo p se

non habuerint ad querendum
alii hoies qui ibi fuerint ad q
rendum rationes suas debent
ponere tesseram/ que pars debeat
prius in capite placitare. et illa ps
que p tesseram uicerit debet
primo placitare/ et alia pars
secundo/ et sic complentur omnia
placita usq; ad finem. Vna ps
unum placitum et alia aliud
placitum. Et ille homo qui p
diderit placitum suum p sen
tenciam illorum iudicum/ de qua
cumq; parte dnis eius sine
mora/ debet facere rationem
illi qui uicerit placitum nisi
ipi se ad inuicem concordauerint.
¶ Et si stanicum plenerium
non fuerit ordinatum et aliqs
homo de chelmo uenerit ad
querendum rationem supra
aliquem hominem ragusii ante
curiam rag'. Si raguseus
uoluerit respondere et facere
ei rationem ante curiam ragusii
faciat. Et si noluerit ordi
net stanicum ante curiam
ragusii ad constitutum locum.
et ad certum terminum secundum quod
ordinatum fuerit/ ante curiam.
Et quelibet pars debet ee in
illo loco pars raguseorum cum
iudicib; ragusii quos potare
uoluerit. et pars sclauorum

Codex C. f. 40a (lib. III, cap. 51). Exemplum redactum ad mensuram hujus paginae.

praebet codex C. in forma recentiore: Umbla pro Umbula. Numeri in textu plerumque verbis, non numeris, exprimuntur.

In orthographicis initio verborum habet cum *I*, tum *J: JUDICES, JUPANE, JUNCHETUM*, alibi vero *IUDICES, IURAT*. Item initio verborum praebet cum *U*. tum *V: UENDITOR, UOLUERIT, UERBERARE*, sed alibi *VOLUMUS, VOLUNTATE, VERUMTAMEN*. Initio *V* saepius exstat pro *U: VROSIUS, VNGARIA, VBI, VXOR*, Pro *TI* omnibus locis scripsit *TI: RATIO, GRATIA, SPATIUM, ETIAM, TOTIUS, CITIUS, URSATIUS, DALMATIA*, etiam ubi non oportuit: *CONTUMATIA, OFFITIALIS, PROHITIUNT;* sed interdum per negligentiam ex vetustiore exemplari retinuit *CI: TERCIAM, STACIO, PETICIO*. Pro *CT* interdum ponit *T: INDITIONIS, HABITO RESPETU* VIII, 91. Formas speciales, quales servavit B., librarius codicis C. correxit scribens: *RESURRECTIO, CONTIO, DECEMBRIS, IMPETRARE, MITTERE, NULLIUS, STAGNI* etc. Sed *M* habet plerumque solum: *COMUNE, COMUNITAS*, alibi *COMMORARI*. In aliis reduplicationibus peccat: *ELLECTUS, CORRIUM* (electus, corium B.), *BAMPNO* VI, 2 (banno B.). Pro *IN* ante *P* secundum pronuntiationem, ut videtur, exhibet *IM: IM PLANO, IM PORTU, IM PARTE*. Ubi B. habet: substinere, reddiens, velet, spargeat, fuerent, incideret, C. scripsit: *SUSTINERE, REDIENS, VELLET, SPARGAT, FUERINT, INCIDERIT*.

Interpunctionis signa uberiora sunt, quam in B., non solum puncta, sed etiam virgulae /.[1] Paragraphos capitum praecedit signum q, miniatum vel caeruleum. Per litteras eorum initiales ductae sunt lineolae luteae. Paragraphorum numerus major est quam in B., quod jam ex comparatione imaginum repraesentatarum facile probari potest.

Textus differt a B. praecipue his rebus: 1) Habet additamenta ab anno 1358 usque 1408. 2) Deleti sunt omnes loci quibus commemorabatur dux et dominatio Venetiarum aut comes Ragusii, missus a duce, praecipue in libri I cap. 1, 3 et libri II omnibus fere capitibus. Sed haec purgatio imperfecta est; in jure jurando socii comitis II, 2 remansit locus de „ipso juramento quod dominus comes juravit, videlicet Veneciis coram domino duce“, item II, 30 in jure jurando praefecti navis: „non offendam aliquem amicum Venetiarum“. 3) Deest libri VIII cap. 99.

Ceterum textus codicis C. a textu codicis B. non multum differt in

[1] In imagine hac virgulae evanuerunt. Legendum est (lib. III, cap. 51, num. 9) exempli gratia: „Et si stanicum plenerium non fuerit ordinatum / et aliquis homo / de Chelmo / uenerit ad querendum rationem supra aliquem hominem Ragusij / ante curiam Rag. Si Raguseus uoluerit respondere et facere ei rationem / ante curiam Ragusij faciat“.

argumento. Discrepantiae quaedam originem habent ex abbreviaturis diverso modo lectis: Sed B., Et C. V, 31; Sed B., Quod C. V, 8; ut sit B., autem sit C. V, 25; omnimode B., omnino C. VIII, 33. Alibi ex litteris male lectis: noluerint B., uoluerint C. V, 16 nota 3. Sunt loci, quibus C. verba quaedam habet quae in B. desunt, aut quibus verba transposuit.

Quae in codice C. Librum Statutorum praecedunt aut sequuntur: inscriptiones latinae, inscriptiones mediae aetatis, dicta philosophorum et sanctorum, versiculi diversi generis, adnotationes de pestilentiis et terrae motibus, deinde quae Statuta insequuntur diplomata a. 1440—1697, descripsit Bogišić, Pisani zakoni p. 100—104. Idem librarius, qui totum Librum Statutorum exaraverat, f. 3_a enumeravit decem „mortalitates", pestilentias in civitate Ragusii ab anno 1348 usque ad illam quae die 28 octobris (S. S. Simonis et Judae) a. 1430 terminata est, et in fine f. 115—116 descripsit litteras a Sigismundo, Hungariae rege, Ragusinis missas anno 1403. Ad librum VI, cap. 25 adnotatum est in margine f. 69_a jam alia manu, hanc constitutionem denuo publice promulgatam esse die 14 februarii 1437 (v. p. 250). „Ducale" Francisci Foscarini, Venetorum ducis, datum 31 augusti 1440, et cetera documenta item scripta sunt ab aliis librariis. Qua de causa dubitandum non est quin codex C. scriptus sit post mensem octobris anni 1430 et ante februarium 1437.

Recensione D. repraesentatur forma libri, qualis saeculo XV et XVI circumferebatur, post recensionem C. et ante recensionem Francisci de Gondola. Haec recensio et sequens E. a prioribus eo differunt, quod opus non legis latorum, sed privatum praebent. A recensione C. ambae recedunt sensim redeundo ad formulas juris jurandi vetustiores anno 1358 castigatas.

Solum meliorem codicem hujus recensionis, quo ad hanc editionem parandam uti potuimus, possederunt antea nobiles de Gozze, nunc vero servatur in bibliotheca V. Bogišić. Est membranaceus, foliorum 127, altorum prope 28 centimetra gallica, latorum 20. Scriptus est saeculo XVI ineunte ab uno librario, in singulis (non binis) laterculis, litteris quae jam transeunt in scripturam quam dicunt cursivam recentioris aetatis. Miniata sunt eadem fere quae in codicibus vetustioribus. Exhibet etiam tabulas rubricarum unicuique libro praemissas. Paragraphos capitum quorundam praecedit signum rubrum q. Litterae initiales capitum alternant: una miniata, altera colore caeruleo picta. Textus Libri Statutorum incipit a f. 4_a, finit in f. 125_a. Adnotationes marginales codex perpaucas exhibet (v. p. 251).

In orthographia codex D. plerumque congruit cum C.: *NEGOTIA*, *JUDITIA*, *MERTIUM* etc. *IN* mutatur ante *P* semper fere in *IM*: *IM PETRAM*, *IM PIGNORE*, *IM PENA*, *IM POTESTATE* etc. In verbis originis slavicae *R* vocalis transcribitur non litteris *ER*, sed *AR*: *PARCHIVIUM*, *DARSA*. Pro *C* plerumque *CH* praebet: *SCHLAVUS*,

MERCHATOR, CHORIUM, CHREDITORIBUS, ADVOCHATORIBUS, CHUM. Pro *S* saepius positum est *X: ACCUXA, ACHUXANTIBUS.* Reduplicatarum litterarum consonantium D. amantissimus est: *MILLESSIMO, VICESSIMO, POTTENTES, NOTTARIE, MILLITE, CALLUMPNIATUS,* alia.

In libri I cap. 1 omittit cum C. „capitulare fidelitatis", item in cap. 3 habet novam legem de officialibus eligendis ex C. E contrario in libro II formulas juris jurandi recipit ex B., omissis purgationibus anni 1358. In ceteris libris sequitur C., sed non omnibus locis: omisit enim additamenta anni 1387 lib. III, cap. 1, num. 6—9, 1354 lib. III, cap. 2, num. 6, quae in B. desiderantur.

Res, quas C. habet praeter Librum Statutorum, etiam illum catalogum pestilentiarum, exhibet D. f. 1—3 eadem manu descriptas quae totum codicem exaravit; ibique librarius addidit f. 3_v libri I capita 8 et 9, quae in ipso libro describendo negligentia omiserat. In fine codicis f. 125_a—127_a eadem manu adjecta sunt prima sex documenta ex C. Postremo loco litterae Lauredani ducis Venetiarum, scriptae anno 1504 leguntur. Primum documentum hoc insequens in documentorum collectione, ad finem codicis C. subjuncta, est anni 1520. Unde facile colligi potest codicem D. scriptum esse inter annos 1504 et 1520.

Innotuerunt nobis tres recentiores codices chartacei ejusdem recensionis D. Unum, nobilium de Pozza, in folio saeculi XVIII (Bogišić l. c. p. 104), nunc adire non potuimus. Alter quem dicimus D_a, antea servabatur apud Eugenium de Stauber, notarium Ragusinum. Scriptus est anno 1591, sicut in fine legitur: „Martinus Heliades (fortasse Ilijić), clericus Rhacusanus, scribebat anno nostrae salutis MDXCI, IX. Kal. Martij foeliciter absolvit". In libro I, ubi loquitur de fide jurata Venetis, Da retinet ea ex B., quae D. membranaceus omisit. In libro II Da his rebus in primis capitibus sequitur codicem C., in ceteris vero codicem B. Textus lacunis et mendis abundat, plus quam ceteri codices qui nobis innotuerunt. Idcirco praeter adnotationem ad librum II, cap. 24 (p. 48) factam et locum, quem alii codices habent post libri II, cap. 26, eo in apparatu critico uti noluimus. Tertius codex, saeculi XVII—XVIII, antea fuerat nobilium de Saraca, nunc est in bibliotheca V. Bogišić; praebet textum recensionis D., sed habet indicem et adnotationes marginales ex E. (v. p. 409).

Recensio E. primo obtutu differt a ceteris eo quod summariis, indicibus, adnotationibus marginalibus Francisci de Gondola († 1589) instructa est. Tabulae autem rubricarum, quas habent B. C. D., in E. desunt. Codices meliores inscribuntur: „Statutorum civitatis Racusii libri octo. Additis summariis unicuique capiti et addito etiam copiosissimo indice totius voluminis per D. Franciscum de Gondola, patricium Racusinum". Codices recentiores,

scripti post annum 1770, inscriptionem mutaverunt: „Cum summariis capitum, marginalibus adnotationibus et duobus postremis indicibus Francisci Gundulae, Marini filii, labore et industria confectis, ex ejus autographo exscriptis" (codex Jadertinus a. 1774), aut: „Cum summariis, adnotationibus marginalibus et materiarum indice, summo studio ac industria Francisci Gondolae, Marini filii, confectus et ex ejus autographo exscriptus" (codex nunc tabularii Ragusini, a. 1777). Quid de patronymico „Marini filio" et de „autographo" censendum esset, jam diximus (v. p. XXIX).

Haec recensio, magno apparatu instructa, sine consensu regiminis fieri non potuit, attamen nobis nullus codex notus est qui temporibus reipublicae in cancellariis Ragusinis servatus sit. Apud privatos autem, et nobiles et populares, permulta exemplaria circumferebantur, chartacea, scripta maxime saeculo XVIII. Anno 1872, in opere juridico et bibliographico (Bogišić, Pisani zakoni p. 105) exemplaria 12 hujus recensionis enumerata sunt. Postea nobis innotuerunt alia 8, sed eo non absolvitur numerus apographorum quae exstant Ragusii et in locis vicinis. Hi codices, magna ex parte diligenter scripti et collati, parum inter se differunt. Qua de causa discrepantiam scripturae ex omnibus exemplaribus colligere supervacaneum duximus. Praecipue tribus exemplaribus chartaceis usi sumus his: 1) Academiae Slavorum meridionalium Zagrabiensis codex major, saeculi uti videtur XVIII, in folio. Continet etiam Librum Reformationum. In fronte legitur adnotatio, alia manu addita: „Ad usum Antonii de Sorgo 1747". 2) Academiae ejusdem codex minor, in quarto, pag. 400. Sub inscriptione in fronte legitur haec adnotatio scripta eadem manu quae totum codicem exaraverat: „Volumen descriptum anno Domini 1725 Racusii per D. Matheum de Ghetaldis". 3) Codex saeculi XVIII, ut videtur, quondam comitis N. V. de Pozza (Pucić). Praeterea inspeximus 3—4 alia apographa.

De indicibus, commentariis etc. Gondolae, quos in hac editione omnes in lucem protulimus (p. 251—421), supra fusius disseruimus (cap. V). De recensione ipsa a proposito non erit alienum accuratius et de legibus et de forma, non minus de sermone latino, quam de orthographia, verba facere.

a) Recensio E. in libro I et II, ubicunque sermo est de Venetis, sequitur textum B. Retinuit formulas juris jurandi quibus, si alia documenta abessent, probaretur Ragusium etiam post annum 1358 usque ad saeculum XVI sub dicione Venetorum fuisse. Quod contrarium est principali regulae juris: legem posteriorem derogare priori. Idem ab historiae veritate alienum est, quoniam ultimus comes Venetus plus annis ducentis ante hanc recensionem Ragusio discesserat. Praeterea hoc repugnat ingenio ipsius reipublicae Ragusinae, quae illis temporibus vel negabat se unquam Venetis obnoxiam fuisse. Nihilominus de electione officialium (I, 3) recensio E. recepit textum C., scriptum a. 1358, neglecto antiquiore B.

Causas, cur hoc factum sit, compertas non habemus. Gondola textum C., castigatum anno 1358, dicit „mutilatum“ (in indice s. v. Dux Venetiarum, p. 351). Ad formas vetustiores retinendas in rebus jam antiquatis adductus est studio conservandi genuinum textum Libri Statutorum, qualis anno 1272 scriptus erat. Comes et socius ejus, qui in libro a. 1272 nominantur, jam ab a. 1358 Ragusii non erant, quum reipublicae rectores, singulis mensibus mutati, praeessent; etiam aliorum officiorum nomina erant mutata. Gondola autem bene distinxit in indice, quid „recessisset ab aula“ et quid esset „in viridi observantia“ (v. p. XXXVI). In constitutiones quae saeculo XVI adhuc vigebant in usu, recepit omnia fere additamenta et mutationes ex C. In C. et D. autem omittitur caput 12 libri VIII, quia erat „cassum“, sed in E. hic textus est restitutus. Alibi E. excludit etiam illa quae C. habet; vide I, 18 et additamentum a. 1365 ad VIII, 91. Omittit quidem libri VIII caput 97, quod praebent B. C. D., sed retinet ejusdem libri caput 99, quod habet sola recensio B.

b) Textum exhibens ex codicibus vetustioribus, recensio E. genus scribendi secuta est illud quod saeculo XVI in libris latinis, typis editis, servabatur. Pro *E* simplici codices restituunt latinum *Ę*, *Œ*, *AE*. Recensionis auctor ejecit *Ç*, *H* ademit aut supplevit ubi opus erat (hactenus, ędificare), consonantes superfluas correxit (damnum pro dampnum, calumniatur pro calumpniatur), sed in reduplicatis codices interdum errant: *NECCESSARIUS*, *OMMITTERE*, *AMMISERIT*. Viagium correctum est more italico in *VIAGGIUM*. Numeri ubique indicati sunt notis arabicis. Ragusii nomen in codicibus scribitur *RACUSIUM*, *RHACUSIUM*, quae forma his temporibus a viris doctis correctior habebatur; jam Aelius Lampridius Cerva († 1520) et Aloisius Cerva Tubero († 1527) scribebant *RHACUSA*, *RHACUSANA URBS*.

In scripturae discrepantiis recensio E. elegit ea quae pleniorem sententiam praebent. Alibi servat ea quae congruunt cum usu loci: *SIBI* recensionis B. C. pro *EI*, ut Ragusini etiam saeculo XIX slavice dicebant *SVOJE* pro *NJEGOVO*. Termini qui Ragusii in usu erant, omnes in textu sunt servati, sed in summariis Gondola eos explicavit vocibus romanis: *DOS* pro perchivium, *TESTARI* pro „dimittere pro anima“, *ORATOR* pro ambaxator, *ADVENA* pro foresterius, *INGENUUS* pro franchus; „damna quae fiunt per animalia“ reddidit verbo *PAUPERIES*. In indice tamen primo loco posuit verbum vulgare, quod Ragusinis omnibus erat notum. Sermo latinus purgatus est, correctis diversis mendis mediae aetatis: E. habet *PROJICIUNT* pro prohiciunt, *NIHIL* pro nichil, *DICTA* pro predicta, *ISTUD* multis locis pro „illud“. Dextram ubique scribit *DEXTERAM;* pro saumerio habet *SOMMARIUM*. At verba graeca non sunt restituta ad formam meliorem: *PROTHOMAGI-*

STER, *APOCA*, *IPERPERUM* (pro: protomagister, apocha, hyperperum). Mirum est, quod librarii recensionis E. *SALARIUM* et *SOLARIUM* confundunt.

Nomina geographica reddita sunt forma recentiore: Spalatum, Albania, Corciula, Bosna pro Spaletum, Arbanum, Corcura, Bossina veterum codicum. Quod optime successit in nominibus originis slavicae: Viscgniza, Bresqua, Popo(v)a pro Visniça (slav. Višńica), Brescua vel Briscua (slav. Brskovo), Papoa (slav. Popovo). Alia nomina sunt vitiata: Senogia I, 13 pro Sinigaglia, Zermole ib. pro Termoli, Lasta (insula Ragusinorum, aliter dicta Lagosta) ib. pro Larta, Arta, Epiri civitate, Prevlaz III, 50 pro Preulac, Prieulach veterum codicum, quod est isthmus hodie quoque Prevlaka dictus apud Stagni civitatem. Termini rei navalis et commercii maxime in libro VII male exprimuntur, quamquam saeculo XVI non omnes ex usu recesserunt. Meja (slav. megja terminus, maceria vineae) V, 24 alterata est in *VIAM* aut *VINEAM*, ros (ῥοῦς) coriariorum VI, 23 in *RES*, brusca et acuti navium VII, 1 in *TRUSCA*, *AVUTI*, calcatura navis VII, 6 in *CAVALCATURAM!*

VII.

In ultimo capite nobis dicendum est de editionis ratione atque consilio.

Bogišić primo codices investigavit, examinavit, descripsit, varietatem lectionum collegit, sed editionem parare per multos annos non potuit, ab hoc proposito officii sui negotiis revocatus, ubi ad legum ferendarum quaestiones et alia animum intendere oportuit. Interea Jireček, ut et historiam commercii atque metallorum in antiquo Illyrico scriberet et Ragusii ipsius historiam investigaret, codices veteres legum in tabulariis Ragusinis identidem consuluit. Nunc amicorum labore unito editio princeps Libri Statutorum in lucem prodit, auspiciis Academiae Slavorum meridionalium Zagrabiensis.

Editio hoc modo redacta est, ut textus vetustissimus qui superest, facile ab additamentis posteriorum temporum distingueretur, et una quaeque recensio ubique locorum statim cognosceretur. Idcirco veterem textum separavimus ab recentioris aetatis additamentis, opus legis latoris ubique ab opere juris consultorum, aliorumque distinximus, et materiam secundum temporis ordinem digessimus.

Textui praemisimus octo leges Ragusinorum, quae authenticae supersunt ex temporibus statutis anni 1272 prioribus.

Textus (p. 1—229) exhibet recensionem B., a cujus testimonio non recessimus, nisi ubi manifestis mendis est vitiata. Ubi recensiones B. et C. totis legibus una ab altera differunt, textus cujusvis constitutionis editus est in laterculo speciali, B. ad sinistram, C. ad dextram. Ubi unus vel

alter laterculus in hac editione vacat, codex B. aut C. hunc textum non praebent.[1] Recensiones posteriores, D. et E. nihil novi attulerunt, sed textum partim B., partim C. secutae sunt.

Scripturae discrepantiam integram addidimus in adnotationibus textui subjunctis. Ubi nulla discrepantia notatur, ibi recensiones C. D. E. a recensione B. ne in scribendi genere quidem differunt. Ubi verbum quoddam recensionis B. in aliis deest, locus discrepantis codicis laudatur, non omisso verbo praecedente et insequente, ne dubium oriatur. Ex recensione autem E. lectiones varias protulimus, codicibus non indicatis, qua de causa interdum duae formae, ex illa mole apographorum saeculi XVIII, quae supersunt, commemorantur. Quod omnia verba transposita et omnes discrepantias in scribendi ratione adnotavimus, si quis vituperaverit, non repugnabimus, sed hoc modo codicum varietatem usque ad minimas discrepantias proponere in animo habuimus.

Additamenta (p. 230—231) praebent quasdam leges „extravagantes“, post finem Libri Statutorum in codicibus B. C. D. adscriptas.

Appendix continet commentarios et scholia:

I. „Tabulas rubricarum“, quae in codicibus B. C. D. miniatae singulis statutorum libris sunt praemissae (p. 232—248).

II. Adnotationes margini adscriptas in codicibus B. C. D., quae facile cognoscuntur recentiores esse, quam illae „tabulae“ (p. 249—251).

III. Sequuntur opera Francisci de Gondola (p. 251—421): a) „Summaria“, singulis capitibus in codicibus recensionis E. praemissa (p. 251—332); b) „Tabula rerum omnium quae in sequenti statutorum indice continentur“, quodam modo index indicis (p. 332—334); c) „Index voluminis statutorum“ (p. 334—408), cui inserta est commentatio Gondolae quae inscribitur: „Praxis judiciaria“ (p. 384—389); d) Adnotationes marginales Gondolae, quas ipse „apostillas“ vocat, ab editoribus bipertitae: α) observationes de legibus abrogatis mutatisve et comparandis et interpretandis (p. 409—416); β) verborum et institutionum Gondolae tempore obsoletorum interpretationes (p. 416—421).

Ad „tabulas rubricarum“ collegimus lectionum varietatem, sed in Gondolae scriptis optimos codices secuti, scripturae discrepantiam raro, ubi opus fuit, in textu uncinis inclusam addidimus. Numeros foliorum codicis, quos Gondola ipse in indice et adnotationibus margini adscriptis adjunxisse videtur, quoniam in codicibus variant aut omnino desunt, negleximus.

---

[1] Errore typographiae libri III capita 59, 60, 61 (p. 80—82), qui continent additamenta annorum 1369, 1372, 1377, posita sunt non in uno laterculo, sed in pagina plena, quamquam in B. desunt et pertinent ad recensionem C. cum sequentibus. Sed jam p. 80 expressis verbis monuimus haec tria capita in B. deesse.

quippe quibus librorum manu scriptorum lectoribus solis auxilium praeberetur.

Innumerabiles abbreviationes textus supplevimus, praeter verba *SANCTUS* et *DOMINUS*, quae *S.* et *D.* litteris significavimus, exceptis iis locis, ubi *DOMINUS* est Deus. Quoniam codices quidem *J* scribunt interdum pro littera vocali (filij, julij) et alibi *I* pro consonante (iudex), in editione ponere maluimus *J* pro consonante, *I* pro vocali. Cetera scribendi genus codicis B. fideliter secuti sumus, etiam in verbis mendosis, sed in nota „(sic)" apponenda parcissimi fuimus, ne lectorem offenderemus. Numeros paragraphorum ex recensione E. recepimus, quo loci, inprimis capitum longiorum, facilius inveniri possent; sed hos numeros, in codicibus hujus recensionis margini adscriptos, in textum ipsum inseruimus, uncinis inclusos. Interpunctio est nostra, sed puncta et novarum linearum initia codicum vetustiorum servabamus; virgulis paucis utebamur, interpunctionem novae latinitatis (gallicam, italicam) secuti. Conjecturis rarissime indulsimus, easque in adnotationibus posuimus.

Editorum sunt: a) haec Prolegomena, et b) in fine libri index nominum, rerum, verborum novus, cujus rationem atque consilium p. 421—422 uberius tractavimus. Cui subjuncta est tabula chronologica, ad eorum qui historiae cognoscendae causa hunc librum sunt inspecturi, usum composita.

Cum unus editor Lutetiae Parisiorum, alter Vindobonae, typographia Zagrabiae, praestantissimi codices Ragusii essent, plagulae vero omnes inter Lutetiam, Vindobonam, Zagrabiam longis itineribus per annos quatuor (1901—1904) identidem peregrinarentur, fieri non potuit, ut editio ab editorum omissionibus et typothetarum vitiis esset libera. Vide „Addenda et corrigenda" in fine libri.

Libentissime plerasque paginas codicum B. et C. eadem magnitudine omnibusque coloribus servatis, lectori obtulissemus. Quod cum non liceret, attamen ex utroque codice unam saltem paginam photographica arte depictam, ad modulum paginarum hujus editionis redactam, his prolegomenis inseruimus.

Finem praefandi facientes gratias persolvere debemus maximas c. r. Ministerio Justitiae Vindobonensi, cujus favore factum est, ut codices B. et C. ex bibliotheca c. r. tribunalis Ragusini anno 1901 in Caesaream Bibliothecam Palatinam Vindobonensem afferrentur, ubi nobis his libris ad novam collationem perficiendam summo cum commodo uti licuit.

Item nobis gratias agendum est omnibus qui, quovis modo, nos in hoc opere, interdum satis arduo, benigne adjuverunt. Inter quos primo loco dicendi sunt viri clarissimi: Josephus Gelcich, professor antea Ragu-

sinus, nunc Tergestinus, Edmundus Hauler, litterarum latinarum in universitate Vindobonensi professor, Lucas Jelić, professor Jadertinus, Josephus Karabacek, Caesareae Bibliothecae Palatinae Vindobonensis praefectus et universitatis Vindobonensis professor, Milorad Medini, professor Ragusinus, Eugenius Rolland Parisiensis, Milivoj Šrepel, professor universitatis Zagrabiensis.

Scribebamus Lutetiae Parisiorum et Vindobonae, die 3. februarii, anno post Christum natum MCMIV.

V. BOGIŠIĆ ET **C. JIREČEK**

MONUMENTA
juris Ragusini, statutis anni 1272 vetustiora.

I. Ragusii 1190, 3 februarii.

LEX RAGUSINORUM STATUENS, UT DIE FESTO S. BLASII EXTRANEI DEBITORES ET MALEFACTORES LIBERE POSSINT IN CIVITATEM VENIRE.

Documentum membranaceum in tabulario Caesareo Vindobonensi, nro 956 (antea 958), centimetra gallica 30 longum, 13·7 latum, in sinistra parte madore corruptum, sine sigillo.

Pars superior continet instrumentum pacis factae anno 1190 inter Ragusinos et Cazichios (Almissanos), videlicet comitem Gervasium, Slabbam Lucari judicem, Dersimirum comitis Petri judicem, Lucarum Nicolay et alios ex una parte, jupanum Brenam „una cum parentibus“ ejus ex altera. Excerptum edidit Ljubić, Listine I, 14, textum Kukuljević, Codex diplomaticus regni Croatiae, Dalmatiae et Slavoniae II, nro 208, p. 156.

In parte inferiore sequitur, nullo spatio interposito, in lineis decem constitutio illa de debitoribus extraneis. Excerptum apud Ljubić l. c., textus apud Kukuljević, op. cit. II, nro 206, p. 155, quem cum originali iterum contulimus.

In annalibus suis Ragusinis, Joannes Marini de Gondola (MS.) ad annum 1190 posuit summam pacti cum Cacichis et deinde subjungit: „Questo istesso anno fu concesso perpetuo e generale salvocondotto di pene, tanto criminali, quanto civili, a qualsivoglia delinquente per sei giorni prossimi alla festa di San Biagio, vescovo e protettore della repubblica“. Quae iisdem fere verbis in chronicon suum recepit Resti (ed. Nodilo p. 65).

Hanc legem, quamquam in Librum Statutorum non erat recepta, semper observatam fuisse apertum est. Quando die 25 junii 1347 in consilio majore statutum fuit, ut dies translationis brachii S. Blasii (5 julii) perpetuo esset celebranda, additum est: „quod tribus diebus ante dictum diem et tribus diebus post ipsum diem omnes persone, qui sunt debitores comuni vel singularibus personis pro debito pecunie, possint libere et secure venire Ragusium ad dictam solempnitatem, et stare in Ragusio et suo districtu omnibus supradictis diebus, sub illa franchisia que concessa est debitoribus in festo passionis S. Blasii“ (Monumenta Rag. I, 265; iisdem verbis in Libro Reformationum, pagina 18, caput 4). Anno 1453, die 24 februarii hic terminus est auctus: „perche la franchitia del stendardo, la quale si dava alla festa et alla man di S. Biagio era solamente di giorni sette, cioè tre avanti et giorni tre dapoi le dette feste, et quelli che erano fuora, di lontano in sì breve termine non potevano venire, nè accordarsi con li suoi creditori“, additi sunt

dies 8, ut essent 7 ante festum, 7 post festum, ergo 15 „per cadauna delle feste“ (Liber Viridis cap. 432 num. 1 et 2). Unde patet jam ante a. 1347 malefactores criminales ab illa libertate exclusos fuisse.

[Anno Domini] mill(esimo) cent(esimo) nonag(esimo), mensis febr(uarii), die sancti Blasii [1], ... Ger(uasius) comes, facta curia cum campana, voluntate [2] . . . . iudicum, nobilium et sapientum ac totius populi, confirmatione [3] quidem Bernardi archiepiscopi, bandum omnibus Raguseis fecit, statuens [4], ut ad festum [sancti] martiris Blasii, si quis extraneus, debitor, innj[1] [5] . . . . in omnibus, ut sit malefactor, Rag(u)s(ium) venire [6], securus (?), liber et immunis, ante festum per tres dies, idem et post festum [7], maneat in perpetuum. Et ut nunquam hoc rumpi posit, in scriptis [8] . . . . . [m?]andum[2] duxer(un)t. Quod per manus diaconi Marini de Camas [9], comunis notarii, scriptum est hoc capitulare [10].

A tergo: Capitul(are) Sclauo[rum] Cazichorum et quod liber ad festum beati Blasii omnis homo ueniat.

II. Constantinopoli 1192, mense junio.

IN PRIVILEGIO RAGUSINIS AB IMPERATORE ISAACIO ANGELO DONATO COMMEMORABANTUR QUAEDAM „CAPITULARIA ET CONSTITUTIONES, CIVILES ET CRIMINALES“, IN SENTENTIIS FERENDIS A PRAESIDE ET CONSULIBUS (JUDICIBUS) CIVITATIS OBSERVANDAE.

Originale, sigillo aureo munitum, sine dubio graecum, periit. Summam ejus in annalibus suis servavit Joannes Marini de Gondola († 1650), quam ex codice bibliothecae fratrum minorum Ragusii hic in lucem sumus prolaturi, secundum apographum a domino Josepho Gelcich nobiscum communicatum. Junius Antonii de Resti († 1735), Croniche di Ragusa, ed. Nodilo (Monumenta spectantia historiam Slavorum meridionalium, vol. 25) p. 65 ex Gondolae textu quaedam recepit, sed multa, praesertim quae sunt de legibus et judicibus civitatis, omisit.

Summam privilegii fide dignam esse probat Jireček, Die Bedeutung von Ragusa in der Handelgeschichte des Mittelalters, nota 84 (Almanach der kais. Akademie der Wissenschaften 1899 p. 445—446).

„Queste flutuazioni dell' incertezza dei Re di Sicilia, causarono che i Ragusei si risolvessero di fare di nuovo rifugio alla protezione dell' Imperatore di Costantinopoli. Onde fatta elezione di tre ambasciatori, Dobroslau, Rado e Marino, li mandarono (in margine: 1192) ad Isacco Angeli, i quali dimandassero perdono per l'alienamento che fecero i Ragusei dall' Imperatore Costantinopolitano e per l' aderenza alli Re di Sicilia, che però essendosi pentiti degli errori commessi pregavano l' Imperatore che si contentasse di riceverli nella primiera grazia. Non fece troppa resistenza l' Imperatore Isacco, ma benignamente udì gli ambasciatori, e condiscese alle requisizioni loro e nel mese di giugno affermò le condizioni col suo sigillo d'oro[3], le quali dagli ambasciadori furono col giuramento confermate“.

---

[1] inni[micus]?
[2] firmandum?
[3] Privilegium cum sigillo aureo, *χρυσόβουλλος λόγος* Byzantinorum. Cf. diplomata civitatis Monembasiae eodem modo instructa, apud Miklosich et Müller, Acta et diplomata graeca medii aevi V, 155 sq.

„Il tenore dei patti fu tale, cioè: che l'Imperatore potesse mandare a Ragusa uno o più persone. che havesse autorità di presidente e fosse o Francese o Inglese[1], il quale dovesse custodire i castelli e giudicare in compagnia dei consoli della Repubblica, e che dovesse avere di dieci perperi uno, e così proporzionalmente. Servare dovrebbe alcuni capi e costituzioni nei giudizi, o criminali o civili. Che i Ragusei non si unissero mai nè cogli Imperatori d'Oriente (sic pro: Occidente) nè con i Re d'Alemagna, nè d'Ungheria, nè di Sicilia, nè coi grandi giuppani di Serbia, nè coi Veneziani e finalmente con nessun altro principe, ne dovessero aiutarli, nè con denari nè con parole o consiglio ecc. Che fossero tenuti dar ricetto all'armata Imperiale nel porto della città ed ai soldati dentro l'istessa città di Ragusa, e dovessero essere pronti alla loro diffesa. Che se l'Imperatore armasse contro i Veneziani o Zaratini, che fossero in suo aiuto con due galere a loro spesa, prendendo imprestito dal Imperatore una special somma per ogni mese. Che al presidente dovessero consegnare i castelli ogni volta, che fosse mandato. Che alle sentenze da lui fatte in compagnia dei consoli obbedissero. Che il clero cantasse tre volte le lodi dell'Imperatore nella chiesa del duomo di Ragusa[2]. Che all'incontro i Ragusei dovessero avere libero il comercio, e che per tutta la Romania e Regno di Bulgaria potessero negoziare senza alcuno impedimento. Che non fossero tenuti pagare alcuno dazio, ma fossero esenti d'ogni gravezza. Che occorendo qualche naufragio siano liberi a poter andare a recuperare. Che le robbe tolte a Durazzo, nel suo contorno, e nel Ducato di Andrinopoli siano restituite ai loro padroni".

„Con queste espedizioni partirono gli ambasciadori, havendo confermato i patti in nome della Repubblica ed aggiuntovi per maggior cautela pubblico giuramento, a nome di loro e di tutti i cittadini e suditi di Ragusa. Non parve all'Imperatore di mandare alcuno de' suoi per presidente di Ragusa, ma lasciò in arbitrio alli Nobili, che loro ellegessero, secondo per inanzi fatto avevano. D'onde l'anno seguente fu promosso per conte della Repubblica Goislauo figlio di Crocio, da cui poi si denominò la famiglia dei nobili di Croce"[3].

[1] Hic praeses in originali vocabatur fortasse *προκαθήμενος*, quod illo tempore apud Graecos erat titulus capitanei civitatis (cf. Archiv für slav. Phil. XXII, 210). *Φράγγοι* et *Ἄγγλοι* his temporibus erant inter milites palatinos, qui Varangi dicebantur.

[2] Laudes quae imperatori Graecorum in Dalmatiae ecclesiis cantabantur, commemorat Johannes diaconus in Chronico Veneto, narrans de expeditione Petri II Urseoli ducis anno 1000: episcopi Jaderensis, Veclensis, Arbensis confirmaverunt, quod „feriatis diebus, quibus laudis pompam in ecclesia depromere solebant, istius principis nomen (sc. Petri ducis) post imperatorum, laudis praeconiis glorificarent" (Rački, Documenta, Mon. Slavorum merid. VII, 426). Post Graecos Jadertini anno 1105 sq. cantabant laudes regi Ungariae ejusque comiti, quorum formulam vide in Vjestnik kr. hrv.-slav.-dalm. zemaljskog arkiva III (1901) p. 1. Post a. 1204 clerus Jadertinus laudes cantabat solemniter duci Venetiarum bis in anno (Ljubić, Listine I, 21), Ragusini vero ter, in nativitate Domini, in Pascha resurrectionis, in festo S. Blasii (ib. I, 47, 54, 83), de quo cf. Librum Statutorum I, 1, 2. In his ergo cerimoniis duces Venetorum erant successores imperatorum Graecorum.

[3] Crosius Goyslavi anno 1190 erat inter testes Ragusinorum cum Miroslavo comite Chelmi, una cum Michaele Goyslavi, Ljubić I, 15, Kukuljević II, 158; Theodorus de Crosi sive Crosii nominatur in documentis 1218 – 1235, Goyslavus Theodori Crosii 1234—1266 etc. In documentis quae supersunt, Crosius Goyslavi in comitis officio non occurrit; 1194—1197 commemoratur Lucarus comes.

III. Ragusii 1235, 13 aprilis.

ORDO DE DOTIBUS ET NUPTIIS.

In tabulario Ragusino (1200—1300, fasc. II) duo apographa membranacea coaeva, eadem manu scripta. Ediderunt, non sine mendis, ex exemplaribus aetatis recentioris: Farlati, Illyricum sacrum VI, 96—97, Makušev, Изслѣдованія объ историческихъ памятникахъ и бытописателяхъ Дубровника (Petropoli 1867) p. 66—69 ex apographo Seraphini Cervae, Nodilo ex codice annalium Joannis Marini de Gondola, Chronica Ragusina Junii Restii item Joannis Gundulae (Monumenta spectantia historiam Slavorum meridionalium, vol. 25 = Scriptores vol. II, Zagrabiae 1893) p. 388—390.

Pars de vestimentis recepta est in Librum Statutorum, lib. IV, cap. 3. Textum in originali in continuo scriptum, in lineas novas digesserunt editores.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo tricessimo quinto, mensis aprilis tercio decimo die intrante, in consilio paruo et magno, more solito per campanam coadunato, et ordinata curia cum sonitu campane in puplico foro a Petro de Ballislaua, uicecomite Rag(usii) et a iudicibus et consiliariis de paruo et magno consilio et a populo Rag(usii) statutum et laudatum est multis uicibus:

Ut a modo in antea nullus dare debeat alicui mulieri plus quam ducentos p(er)p(er)os nomine perchiuii, et non debeat dare nisi tantum decem pensas auri pro ornamento capitis, aurium et manuum, et hoc in auro uel argento uel pirlis[1], secundum uoluntatem suam, non computatis fazeolis et zepeys.

Alia autem ornamenta de auro, argento et perlis, tam a desponsatis quam a puellis non desponsatis, deponantur.

Sponsa uero possit indui more nobilis domine, secundum consuetudinem ciuitatis Rag(usii), que talis est consuetudo: clamis de scerlato, pellis de fuynis, cooperta de uiridi uel de bruno, diploys uel zuppa de zendato uel de oxamito, clamis de saya, pellicea de leporinis, et ancilla[2]. Que consuetudo nullatenus debeat ampliari, sed minorari possit, qui uoluerit.

Zepeye que facte sunt, maneant et possint eis uti qui habent, set a modo in antea aliquis uel aliqua non faciat uel fieri faciat uel apportari aliunde faciat zepeyam que sit deaurata, uel que habeat telam de seta.

Et eo die, quo nupta uadit ad domum uiri, celebrentur nuptie tantum et non pluribus diebus, siue uadat die dominico, siue alio die[3].

Et panis mellatus qui fiebat, amplius fieri non debeat.

Et rocca non debeat portari post sponsam, et exenium gallinarum uel orariorum et anulorum donaria.

Mantilorum (sic) donaria uel donariorum, que loco mandilorum (sic) faciebant qui non habebant mandilia, cessare actenus debeant.

Et donaria que faciebant sponsus et sponsa discalciantibus, non debeant amplius fieri.

---

[1] De pirlis, zepeys etc. vide indicem nostrum in fine hujus libri. Cf. notas Seraphini de Cerva apud Makušev op. cit.

[2] Hunc locum cf. cum Libri Statutorum lib. IV, cap. 3.

[3] Cf. novos ordines de nuptiis a. 1503 et 1515 in: Archiv für slav. Philologie XXI, 421 sq.

Et torta que fiebat, fieri non debeat.

Et sponsus eo die, quo nuptie fiunt de eo, quod mittebatur, sicuti de castrato, nihil debeat mittere sponse, uel sponsa sponso.

Et eo die, quo sponsa uadit ad domum uiri, coronetur et ornetur secundum uoluntatem suam, et sic possit manere per octo dies et non plus.

Item consueuerat sponsus tenere duos socios per totam ebdomadam et sponsa eodem modo duas socias, quod non faciant nisi per tres dies, uel quatuor ad plus.

Item consueuit ire sponsa ad Sanctum Heliam et facere ibi expensas, quod amplius non fiat.

Item in anulo sponse non ponatur pasta leuata, nec ruta, nec, cum uadit ad domum viri, detur ei mel ad manducandum. Et in pectore uiri non ponatur pasta uel ruta amplius.

Item galeta plena aqua et cathedra ferrea et pellis m(on)tonina hactenus fieri non debeant.

Et orphane uel orphana que non habet fratres, cum omni possessione sua, nubat sicuti uoluerit.

Et mulier vidua cum omni dote sua, et cum omni eo quod dedit ei uir defunctus, nubat.

Et si habeat patrem uel matrem uel fratres, nihil amplius detur ei, quam prius habebat.

Et quicunque uult accipere uel dare uxorem extra ciuitatem, uel alio modo matrimonium contrahere, non teneatur ad predicta, sed faciat ad melius quod posset.

Omnis autem persona teneatur obseruare et nihil frangere de his que inuenta sunt de facto matrimonii, per sacramentum quod fecit. Et quicunque contra predicta fecerit, sit periurus, et incidat in excommunicationem que facta est per dominum Arengerium archiepiscopum, et abbates: Desam de Lacromono et Johannem de Meleta et Georgium de Sancto Jacobo de Uisniza, et per quosdam monachos eorundem abbatum, et per canonicos Sancte Marie, uidelicet per presbyterum Petranam filium Theodori et diaconum Matheum filium Theophile[1], et per clericos Marinum filium Sabatini et Stantium filium Symonis, et per presbyterum Pascalem filium Petri, et presentibus fratribus minoribus[2], fratre Christoforo, tunc temporis in Dalmatia fratrum minorum ministro, et fratre Andrea diacono, qui sunt de Uenec(iis), et fratre Johanne, qui fuit de episcopatu

[1] Sic (Theophile) in utroque apographo.

[2] De primordiis ordinis S. Francisci in civitate Ragusina leguntur quaedam in codice (saec. XVIII): „Vacchetta del convento di S. Nicolo di Stagno de' Minori osservanti di S. Francesco", servato antea apud dominum Marinum (Marinica) de Georgio († 1897). A. 1212 S. Franciscus, cum Asculo Piceni Syriam adnavigaret, Ragusium appulit ibique mansit „in quodam pauperculo cubiculo (vulgo stragnaz), medio inter ecclesias S. Stephani, S. Margaritae et modernam Patrum Jesuvitarum" .... „Nobilem quendam puerum in loco S. Martini Gravosii tempore vindemiarum toreulo confractum ac mortuum ad vivos revocavit". A. 1219 asseclae S. Francisci, Ragusium primo venerunt et in supradicto cubiculo hospitium habebant. A. 1235 primum conventum „aedificaverunt, piorum elemosynis, Divo Thomae sacrum, in suburbio civitatis, non procul a porta septentrionali, in loco vulgo Jaminae (sic) dicto. Hoc patet ex prima sancita hoc anno lege a senatu Ragusino contra nuptiales pompas et luxus".

Briscie, scilicet de Mineruo[1], et in conspectu uirorum et mulierum in maiori ecclesia Sancte Marie.

Et insuper temporaliter nulla ueritas in eo credatur, et nullam sententiam dare possit in aliquo loco, nec de suis negotiis aliquam rationem habere possit in curia ciuitatis Rag(usii) uel alterius ciuitatis, nec alicui carte quam habet pro aliquo facto credatur, sed sit inanis et cassa. Et si ab eo aliquod peteretur, credatur petenti, et non ei qui contra hoc faceret[2]

Et quicunque daret alicui mulieri plus quam superius dictum est, nomine perchiuii, post obitum uiri nec ipsa nec parentes, nec propinqui, nec amici eius petere possint plus quam dictum est, scilicet ducentos p(er)p(er)os et decem pensas auri.

Similiter incidat in excommunicationem et prephatam penam tam qui accipit quam qui dat.

Et missite (sic), qui contra hoc ierint (sic), teneantur hac sententia, tam uir quam mulier.

Hec autem excommunicatio et temporalis sententia et cetera supradicta durent et ualeant usque ad uiginti nouem annos, et non possint mutari consilio paruo uel magno, nec per iudices, nec per sonitum campane, nec per publicam curiam uel alio quocunque modo, usque ad predictum terminum, uidelicet uiginti nouem annorum[3].

Si quis uero uel si qua mulier ex simplicitate uel ignorantia, uel cum certa conscientia contra aliquid supradictorum faceret, in aliquo non teneatur.

Et quicunque accusatus fuerit, uir uel mulier, quod absconse uel puplice dederit uel acceperit plus quam dictum est, nomine perchiuii, aut si quis uel si qua mulier accusatus uel accusata fuerit contra aliquod supradictorum, ad excusationem sui possit se defendere dextra manu sua ad sacrosancta Dei euangelia.

De hoc autem facto sint plures carte, hec et alie. Hec autem carta nullo testimonio rumpi potest Hi sunt testes: Johannes Bogdani et Velcius Johannis Bladimiri et Binzola Bodatie et Andreas Ballislaue, iur(ati) iudices. Et ego presbiter Pascalis et communis notarius iuratus, scriptor sum et testis, et in his interfui.

IV. Ragusii 1235, 24 julii.

BANNUM DE VINEIS EXTRANEIS.

Orig. membr. in tabulario Ragusino, 1200—1300, fasc. II nro 61.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo tricessimo quinto, mensis iulii octauo die exeunte, ordinata curia cum sonitu campane, nos quidem Theodorus Crosii et Petrus Ballislaue uice comitis (sic) Rag(usii) cum consiliariis et cum populo Rag(usii) confitemur, quomodo misimus et stabiliuimus et laudauimus hunc bandum: uidelicet, ut quicunque uir

[1] Nunc Manerbio inter Brixiam et Cremonam; Gondola habet Minimo, Cerva Missimo, Farlati Minizno.

[2] Cf. formulas in doc. nro V.

[3] Post hos 29 annos, finitos anno 1264, paucissima ex hoc ordine renovata esse patet ex Libro Statutorum, ubi dos nulla constitutione circumscribitur, ne excedat 200 perperos.

liber uel mulier libera in nocte uel die ierit ad extraneas uineas et inde adduxerit vecham (sic) uel caratellum siue utricellum uel aliquem fructum, si apprehensus uel apprehensa fuerit, det curie sex p(er)p(ero)s. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Johannes Bogdani, Velcius Bladimiri, Binzola Bodatie, iur(ati) iudices. Et ego presbiter Pascalis et communis notarius iuratus, scriptor sum et testis.

V. Ragusii 1235, 1 augusti.

VICECOMITES ET POPULUS RAGUSII PRAECIPIUNT, NE QUIS RAGUSEUS AUDEAT EMERE NAVES AB ALMISSANIS VEL ALIIS PIRATIS.

Cf. lib. VI cap. 58—61.

Orig. membr. in tabulario Ragusino, 1200—1300, fasc. II nro 60.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo tricessimo quinto, mensis augusti die primo. Ordinata curia cum sonitu campane nos quidem Theodorus Crosii et Petrus Ballislaue, uicecomites Rag(usii), cum consiliariis de paruo et magno consilio, communi uoluntate precipimus uobis Petro Scaritii et Petro Mathei Dabrane et omnibus hominibus qui uobiscum ierunt (sic) pro naue Almisium et adduxistis eam Rag(usium), ut eandem nauem ponetis Almisium, ubi eam tulistis. Quam si non portaueritis, omnes domos et uineas uestras dissipabimus, et Ragusei non sitis, et ueritatem uestram perdatis. Et de negotiis uestris nullam rationem habere possitis. Et omnibus hominibus teneamini facere iustitiam qui illam super uos quesierint. Et omnes carte uestre quas super alios habetis, sint rupte et uacue et sine uigore, tam in Rag(usio) quam extra Rag(usium). Et omnes carte quas habent alii super eos (sic) in Rag(usio) uel extra Rag(usium), sint plene et firme. Et nullam sententiam possitis dare super alios, neque in Rag(usio) neque extra Rag(usium). Et omnes sententie que in Rag(usio) uel extra Rag(usium) date fuerint super uos, sint firme[1]. Et quicunque alii Ragusei comparuerint nauilium in Almisium (sic) uel de aliis cursariis, sustineant et habeant hanc penam. Hec autem omnia stabilita et statuta sunt ab omnibus prenominatis Raguseis, et a populo Rag(usii) laudata sunt. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Johannes Bogdani et Velcius Bladimiri et Binzola Bodatie et Andreas Ballislaue, iur(ati) iudices. Et ego presbiter Pascalis et communis notarius iuratus, scriptor sum et testis.

VI. Ragusii 1237, 20 julii.

FORMULA JURIS JURANDI, QUA IN OFFICIUM SUUM INTRANS USUS EST JOHANNES TEUPULI (TIEPOLO), COMES RAGUSII.

Orig. membr. in tabulario Ragusino, 1200—1300, fasc. III nro 256.

Formulam Libri Statutorum, libri II, cap. 1 notandum est plus congruere cum vetustiore formula annorum 1237—1247, quam cum altera recentiore, sed longiore anni 1254 (v. doc. nro VIII).

† In nomine dei eterni, amen. Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo tricessimo septimo, mensis iulii uicessimo die intrante, die

[1] Cf. formulas in doc. nro III p. LXVI.

*

Sancti Helie prophete, indictione decima, in ciuitate Rag(usii) ordinata curia cum sonitu campane. Ego quidem Johannes Teup(u)l(u)s, filius illustrissimi domini Jacobi Theup(u)li, egregii ducis Veneciarum, dei gratia comes Rag(usine) ciuitatis, iuro ad hec sancta dei euangelia, bona fide sine fraude et malo ingenio, communi eiusdem ciuitatis Rag(usii) ad honorem predicti domini ducis Veneciarum saluare et regere eam ad usum et consuetudinem Rag(usii), maiori et minori[1]. Et rationes communis Rag(usii) bona fide saluabo. Et omnes companias et sacramenta earum et reitates disturbabo. Et ad iustitiam equaliter maiores et minores manutenebo et complebo iustitiam. Et cum maiori parte consilii uel cum curia cum sonitu campane malos usus Rag(usii) menemabo[2] et bonos usus Rag(usii) crescam. Et nec amicum iuuabo nec inimicum nocebo per fraudem. Et ego habebo omnes honorificentias et balias quas habuerunt Ueneti comites Rag(usii) in Ragusio[3] uel in omni alio loco. Hec omnia obseruabo, saluo sacramento quod iuraui eidem domino duci Veneciarum. De hoc autem facto sunt due carte similes, hec et alia. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Johannes Bogdani, Grubessa Gundule, Martinusius comitis Geruasii. iurati iudices. Et ego presbiter Pascalis et communis notarius iuratus Rag(usii), scriptor sum et testis, compleui et roboraui[4].

VII. Ragusii, a 20 julii 1237 usque ad mensem julium 1238.

„STATUTA DE MALEFACTIS ET MALEDICTIS, FACTA TEMPORE REGIMINIS JOHANNIS TEUPULI, COMITIS RAGUSII“. COMMEMORANTUR IN FORMULA JURIS JURANDI COMITIS ANDREAE DE AURO 1254 (V. INFRA).

[1] Sic: „maiori et minori“ in omnibus formulis sacramenti comitum.

[2] „Menemabo“ a verbo minimare; in statuto correctum in „diminuam“.

[3] „Comites Rag(usine) ciuitatis in Ragusio“ in juramento Jacobi Dalfini 1247.

[4] Eadem est formula juramenti comitis Nicolai Tonisti 1238, 18 julii. In tabulario Ragusino (1200—1300 fasc. II nro 67) supersunt duo exemplaria (A, B) a notario Pascale scripta in eadem membrana, qua divisa in duas partes praecisa sunt haec verba in medio scripta: „Que bono inchoantur principio: meliori [r]itu peraguntur“. Incipit: „Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo tricessimo octauo, mensis iulii, indictione undecima, sextodecimo die intrante, dominus Nicolaus (B: Nycolaus) Tonesto (sic) comes Rag(usii) intrauit in ciuitatem Rag(usii) sexta feria. Insequenti autem dominico die in ciuitate Rag(usii), ordinata curia cum sonitu campane, idem dominus Nycolaus, comes Rag(usii), tale sacramentum fecit: Ego quidem Nycolaus Tonistus (B: Tonisto), de precepto illustrissimi domini Jacobi Teupulli (A sic: „Teup[u]li Teupulli“), ducis Venetie (sic), dei gracia comes Rag(usii), in nomine domini iuro ad hec sancta dei euangelia“ etc. Testes: „Bocinus Babalii, Clemens Sersii, iurati iudices Rag(usii)“.

Iisdem fere verbis expressae sunt juris jurandi formulae aliorum comitum tempore ejusdem ducis Jacobi Teupuli (1229—1249), scriptae manu ejusdem presbyteri Pascalis notarii et hucusque in tabulario Ragusino conservatae: Stephani Justiniani 9 septembris 1240, Johannis Michaelis 24 augusti 1242, Marini Baduarii 1 octobris 1244, Johannis Quirini 27 septembris 1245, Jacobi Dalfini 2 octobris 1247. Comes in iis nominatur „dei gracia et domini Jacobi Teupuli, egregii ducis Venetiarum, comes Rag(usine) civitatis“ aut „dei gracia de mandato domini Jacobi Teupuli“ etc. Differt formula comitis Andreae de Auro 1254 (v. infra).

VIII. Ragusii 1254, 23 julii.

FORMULA JURIS JURANDI, QUA USUS EST COMES ANDREAS DE AURO. COMMEMORANTUR STATUTA FACTA TEMPORE COMITIS JOHANNIS TEUPULI (1237—1238) ET CONTRADICTIONES STATUTORUM.

Cf. formulam libri II, cap. 1, juramentum comitis de rationibus ecclesiae S. Mariae Majoris in lib. I cap. 1, § 5 et „statutum vetus" cum libertate data comitibus de vino forensi ad usum proprium adducendo in lib. VIII, cap. 80.

Orig. membr. in tabulario Ragusino, 1200—1300 fasc. II nro 81.

† Anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quinquagessimo quarto. mensis iulii nono die astante, indictione duodecima, die sancti Apolinaris pontificis et mart(yris), nobilis uir dominus Andreas de Auro, comes Rag(usine) ciuitatis, uenit Rag(usium). Et altera die ordinata curia cum sonitu campane in ciuitate Rag(usii) idem dictus dominus Andreas iurauit regimini ciuitatis Rag(usii) in hunc modum : Ego quidem Andreas de Auro, de mandato illustrissimi domini Raynerj Ženj, egregii ducis Veneciarum, dei gracia comes Rag(usine) ciuitatis, iuro ad hec sancta dei euangelia, bona fide et sine fraude et malo ingenio, communi eiusdem ciuitatis Rag(usii) ad honorem predicti domini ducis Veneciarum saluare et regere eam ad usum et consuetudinem Rag(usii), maiori et minori. Et rationes communis Rag(usii) bona fide saluabo. Et omnes companias et sacramenta earum et reitates disturbabo. Et ad iustitiam equaliter maiores et minores manutenebo et complebo iustitiam. Et cum maiori parte consilii uel cum curia cum sonitu campane malos usus Rag(usii) menemabo (sic) et bonos usus Rag(usii) crescam. Et excepto quod si aliquid statutorum sibi ad inuicem contradiceret, quod ad melius communis Rag(usii) possim et debeam me tenere. Et quod nec per dominum archiepiscopum uel eius canonicos, in sacramento quod iuro de rationibus beate Marie Maioris ecclesie manutenendis, mihi imponi non debeat aliquid nouitatis, nisi quod aliis comitibus fuit positum. Et quod liberum debeo habere arbitrium ad puniendum omnia alia malefacta et maledicta. que non reperiuntur in statuto facto tempore regiminis Johannis Teup(u)lj, quondam comitis Rag(usii), secundum quod mee discrecioni esse uidebitur punienda. Et nec amicum iuuabo, nec inimicum nocebo. Et quod possim et debeam vinum pro me et mea familia ad meum usum facere apportari, unde mihi placuerit. Et ego habebo omnes honorificentias et balias quas habuerunt Ueneti comites Rag(usine) ciuitatis in Rag(usio) uel in omni alio loco. Hec omnia obseruabo, saluo sacramento quod iuraui eidem domino duci Ueneciarum. De hoc autem sacramento sunt due carte similes, hec et alia. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Grubessa Gundule, Michael Pezane, Dobroslaus Ranane, Johannes Peccurarii et Theodorus Bodatie, iur(ati) iudices. Et ego presbiter Pascalis et communis Rag(usii) notarius iuratus, scriptor sum et testis. compleui et roboraui.

Liber
Statutorum civitatis Ragusii.

Liber statutorum civitatis Ragusii

compositus per egregium virum d. Marcum Justinianum de Veneciis, honorabilem comitem Ragusii, anno domini millesimo[1] ducentesimo[2] septuagesimo[3] secundo, indicione[4] quinta decima[5], mense madii; confirmatus per populum Ragusinum[6] more solito congregatum, die dominico, vigesimo[7] nono ejusdem mensis.

Summus rerum conditor Deus, qui mundialem machinam et primordialem materiam ex nichilo creavit in verbo, hominemque de limo terre ad ymaginem[8] et similitudinem suam formaverat, quem paulo minus ab angelis diminuerat, simplicem, justum ac rectum constituit in medio[9] paradisi, cunctaque que vivunt a lunari globo inferius, ipsius dicioni[10] subjecit legemque dedit, quam si inviolatam servasset nunquam ab illa gloria decidisset.

Postquam autem protoplaustus[11] ille, sui creatoris mandata transgrediens, velut[12] inobediens, fuit a sede piorum expulsus, mortem, erumnas et infirmitates omnes quas ex vetiti pomi gustu sibi quesiverat[13], infeliciter ad sui generis posteritatem transmisit; sicque contigit quod, licet primitus omnia essent[14] hominibus comunia[15], et quilibet esset contentus hiis[16] que sibi sufficiebant ad usum, crescente postmodum nequicia[17] hominum, voluere[18] ipsi mortales propria possidere, voluit unusquisque suum agnoscere: ceperunt[19] ad ampliores annelare[20] divicias, cepit eorum cordibus exardescere auri sacra fames et effrenata cupiditas, omnium malorum caput, mater[21] et actrix[22]. Ceperunt inter eos exoriri discordie, contenciones et rixe, per quas violencie, rapine[23], homicidia et alia maleficia[24] committuntur; ceperunt potentes[25] debiliores injuste obprimere[26] et vexare: quod nequiens populus diucius sustinere, leges, constituciones[27], statuta et consuetudines condiderunt, que jus suum cuilibet[28] conservarent, et[29] ad bene ac[30] virtuose vivendum compellerent homines eosque[31] metu penarum a maleficiis cohercerent. Justicia[32] enim, ut legitur, est constans et perpetua voluntas jus suum unicuique tribuens. Hec est illa justicia[32] supra cujus solium si rex sederit, non oviabit[33] ei quicquam[34] malignum. Hec est que firmat imperia, regna conroborat[35], principatus amplificat, auget et multiplicat

civitates, parit concordiam, nutrit pacem, gentes et populos regit in statu pacifico[36] ac[37] quieto. Ad hanc igitur condendam, ministrandam, manutenendam ac[37] reddendam[38] subjectis, invigilare et insudare tenentur ex debito universi et singuli quibus, tam a Deo quam[39] hominibus, populorum gubernacula et civitatum regimina committuntur.

Qua propter nos Marcus Justinianus[40], comes Ragusii, considerantes meditacione[41] frequenti quod statuta Ragusii, per diversos comites actenus[42] diversis temporibus edita, in[43] pluribus libellis dispersa erant, inter se in aliquibus discrepancia[44], in quibusdam superflua, in nonnullis non modicum defectiva[45], obscura eciam[46] et confusa: ita quod ex eis plerumque[47] contenciones et altercationes diverseque opiniones etiam inter judices nascebantur. Nolentes pati ulterius ut inde discordia prodeat, unde jus debet oriri, invocato Dei nomine ad ipsius honorem et gloriam, et gloriosissime virginis matris sue, et beatissimi Marci evangeliste, et gloriosi martiris[48] Blasii, d. ducis et comunis Veneciarum[49], bonum, quietum et pacificum statum[50] civitatis Ragusii, predicta statuta sic dispersa[51] in presens volumen collegimus, ipsorum discrepanciam[52] concordavimus, resecantes superflua, supplentes defectus, dilucidantes obscura quelibet et confusa; ut in eis de cetero[53] nichil[54] superfluum, obscurum, minus aut capciosum[55] valeat reperiri; ordinantes et statuentes ut presens statutum, confirmatum et corroboratum tam per parvum quam per magnum consilium, quam etiam per laudacionem[56] tocius[57] populi more solito ad campanarum sonitum congregati, tam[58] in judiciis[59] quam[60] extra judicia[61] a modo in antea locum habeat et robur obtineat firmitatis. Et quia non possunt omnes casus in juris articulis comprehendi, cum plura sint negocia[62] quam statuta, volumus ut, si quando aliquis[63] inopinatus casus emerserit qui precise presentibus non determinetur statutis, ad ea que sunt illi[64] similia recurratur[65], et sic de similibus ad similia procedatur.

[1] D. millessimo [2] D. ducentessimo [3] D. septuagessimo [4] C. inditionis [5] D. inditionis quintadecime [6] D. Ragusii [7] C. D. vicessimo [8] D. E. imaginem [9] D. im medio [10] C. D. dictioni [11] E. protoplastus [12] C. D. velud, E. velut [13] D. quesierat sibi [14] E. esset [15] D. communia [16] E. his [17] C. D. nequitia [18] C. D. E voluerunt [19] E. ceperunt ampliores [20] E. anhelare [21] E. caput et [22] E. auctrix [23] E. rapinae et [24] B. malefficia, C. D. maleficia [25] D. pottentes [26] C. D. opprimere [27] D. constitutiones [28] D. unicuique [29] E. conservarent ad [30] E. bene et [31] D. homines metu [32] D. iustitia [33] C. D. obviabit [34] B. quecquam [35] C. corroborat, D. coroborat [36] B. paciffico [37] E. et [38] D. redendam [39] E. quam ab [40] D. Justiniano [41] D. E. meditatione [42] D. hactenus [43] D. im [44] D discrepantia [45] B. deffectiva [46] C. D. etiam [47] D. plerunque [48] E. martyris [49] C. D. loco verborum: „beatissimi Marci evangeliste, et gloriosi martiris Blasii, d. ducis et communis Veneciarum, bonum“, leguntur: „beatissimi Blasii, protectoris huius civitatis nostre Ragusii et ad bonum“ [50] C. D. statum dicte [51] E. disposita [52] D. discrepantium (sic) [53] D. cettero [54] D. nihil [55] D. captiosum [56] C. D. laudationem [57] D. totius [58] C. quam [59] D. juditiis [60] C. tam [61] D. juditia [62] D. negotia [63] E. quando inopinatus [64] D. ei [65] D. recuratur.

Liber primus[1]

I.

Qualiter d. comes recipitur a communi[2] et canonicis.

[1] Statuimus quod d. comes qui per tempora venerit ad civitatem[3] Ragusii, jurabit bonum regimen et conservacionem[4] tocius[5] civitatis Ragusii in[6] publica concione[7], secundum antiquam consuetudinem Ragusii congregata ad sonitum[8] campanarum, et conservare et custodire antiquas consuetudines et statuta civitatis Ragusii et judicare secundum ea. | [2] Quo sacramento[9] facto, dabitur eidem d. comiti, per manus comunis Ragusii, vexillum b. Blasii, pontificis et martiris, in manu et taliter investitur in[10] platea de comitatu et regimine Ragusii. | [3] Post que[11] dictus comes cum eodem vexillo statim ibit ad majorem ecclesiam[12], videlicet s. Marie archiepiscopatus, ubi a canonicis et clericis cum incensu et aqua sancta[13] et testa[14] (sic) evangelio recipietur[15] ad januam ecclesie[16] supradicte, populo civitatis ejusdem sequente eundem[17] d. comitem intra chorum[18] ecclesie memorate. [4] Eodem autem comite perveniente[19] ante magnum altare ipsius ecclesie, predicti canonici assignabunt ei vexillum b. Blasii memorati, | [5] quo recepto ab eis[20], d. comes, salvo[21] sacramento d. ducis et[22] regiminis civitatis Ragusii et eius consuetudinum, ante ipsum altare jurabit iterum manutenere et conservare omnes raciones et consuetudines ipsius ecclesie[16] et canonicorum ejus, sicut in sequentibus capitulis scriptum[23] distincius[24] invenitur; | [6] et in illa hora canonici ipsius ecclesie cantabunt in[6] pergulo laudes ipsi comiti, pro quibus laudibus d. comes dabit eis[25] de suo proprio yperperum[26] unum. | [7] Ipso autem d. comite revertente ad plateam cum populo supradicto, homines Ragusii jurabunt ei fidelitatem secundum quod continetur in capitulari fidelitatis[27] et secundum antiquam consuetudinem civitatis. Et sic erit inclitus comes.

[1] B. E. L(iber) I. [2] B. C. comuni [3] D. civitam [4] C. D. conservationem [5] D. E. totius [6] D. im [7] C. contione [8] C. D. sonum [9] E. juramento [10] D. im [11] D. postquam, E. postea [12] C. eclesiam [13] E. aqua et [14] E. textu evangelico [15] E. recipitur [16] C. eclesie, E. supradictae ecclesiae [17] D. euntem [18] D. corum [19] E. preveniente [20] D. ab eis dictus [21] C. D. salva [22] C. D. sacramento regiminis [23] D. capitulis distincius [24] E. distinctius [25] E. eis dabit [26] E. iperperum [27] verba: „secundum quod continetur in capitulari fidelitatis“ deficiunt in C. et D.

II.

De hiis[1] que d. comes tenetur[2] facere canonicis, et canonici sibi.

[1] Ut Deo honor debitus prebeatur etiam per illos qui regunt civitates et dominantur in eis, volumus[3] quod in sacro die natalis Domini ad missam per singulos annos in[4] pergulo majoris ecclesie, canonici ejusdem d. comiti Ragusii[5] sollempniter[6] cantare debeant laudes, pro quibus laudibus dictus[7] comes dabit eis de suo proprio yperpera[8] duo, unum videlicet pro d. duce[9] et alium pro se. | [2] In octava vero natalis Domini, scilicet[10] in vigilia post vesperum[11], canonici ibunt ad d. comitem in castellum honorifice cum incenso et duabus candelis[12], a quo devote recipientur[13]; et dictus d. comes dabit eis yperpera[8] duo de suo proprio, canonici vero de predictis duabus candelis[14] dabunt ipsi d. comiti unam. | [3] Similiter in epiphania[15] ibunt

canonici predicti ad comitem memoratum in castellum cum duabus candelis[16] et aqua sancta, qui comes dabit eis yperperum[17] unum de suo proprio, | [4] et canonici dabunt ei unam ex dictis candelis[18], de quibus yperperis[19] post aliquos dies canonici mittent d. comiti causa benedictionis exemium[20] de tercia[21] de[22] yperpero[23].

[5] In vigilia vero s. Blasii in vesperis d. comes, per suum vicarium seu per alios nobiles[24] viros, d. archiepiscopum vel suos vicarios, si ibi[25] presens non fuerit, episcopos, abbates, canonicos, monacos[26], presbiteros et alios clericos qui ibidem reperientur[27] invitari[28] faciet[29] ad bibendum; quibus post vesperum[30] in archiepiscopali palacio[31] congregatis, mittet eisdem[32] ad bibendum duo[33] quinqua[34] vini albi, et ad incensandum eciam[35] s. reliquias dari faciet libram unam de puro incenso albo, quod vinum et incensum solvitur per commune Ragusii.

[6] In die autem s. Blasii ad missam canonici cantabunt in pergulo majoris ecclesie[36] d. comiti sollempniter laudes[37]; pro quibus laudibus dabit eis d. comes de suo proprio yperperum[17] unum. | [7] In sacra vero cena Domini dari faciet[38] a comuni quartam unam de vino albo ad lavandum altaria ecclesie supradicte[39]. | [8] Sabbatho[40] eciam[41] sancto dabit idem d. comes de suo proprio libras quinquaginta de cera munda pro cereo qui benedicitur[42] die eodem, et canonici de illa cera dabunt unum cereum de tribus libris pro benedictione[43] comiti supradicto. | [9] Adveniente die pasce[44] ad missam in pergulo majoris ecclesie[36] canonici ejusdem cantabunt d. comiti solempniter[45] laudes, pro quibus ipse dabit eis de suo proprio yperperum[17] unum; et hec omnia supradicta[46] annatim fient[47]. | [10] Quociens[48] autem d. comes venerit ad missam, dicto evangelio diaconus[49] et subdiaconus[50], post d archiepiscopum, defferent ei librum et incensum et similiter pacem; et ad vesperum[51] si fuerit incensum defferent ei. | [11] Que omnia sicut scripta sunt volumus inviolabiter observari[52].

[1] E. his [2] E. tenetur d. comes [3] E. in eis, quod [4] D. im [5] E. Ragusino [6] C. D. solempniter, E. solemniter [7] E. dominus [8] E. iperpera [9] C. D. videlicet pro dominio et, E. pro duce [10] B. D. silicet [11] E. vesperam [12] C. candellis [13] D. recipiantur [14] D. E. candellis [15] C. D. epyphania [16] C. D. E. candellis [17] E. iperperum [18] C. D. E. candellis [19] E. iperperis [20] E. eximium [21] D. tertio, E. torcia [22] D. tertio yppr. [23] E. iperpero [24] E. nobiles alios [25] E. sibi [26] C. monachos [27] E. recipientur [28] D. invitare [29] D. faciat [30] E. vesperas [31] C. D. palatio [32] E. eis [33] C. D. dua [34] C. qnq^a, E. quinque [35] C. D. etiam, E. „etiam" deest [36] C. eclesie [37] D. laudes solempniter, E. solemniter laudes [38] D. faciat [39] E. supradictae ecclesiae [40] B. sabbō, D. sabbatto [41] C. D. etiam, E. autem [42] D. benedicetur [43] E. benedictione domino [44] E. Paschae [45] B. C. D. solempniter, E. solemniter [46] D. omnia annuatim [47] C. D. fiant [48] C. D. quotiens, E. quoties [49] C. dyaconus [50] C. subdyaconus [51] E. vesperas [52] D. observare.

III.

B.

De potestate quam habet d. comes super eligendis officialibus.

Ut nostro comiti in omnibus reverencia prebeatur, d. comes qui per tempora fuerit in Ragusio potestatem habeat elligendi quinque ju-

C.

Qualiter judices, consiliarii et vicarii eligi debeant.

[1] Ut meliores et utiliores judices majoris curie, consiliarii parvi consilii et vicarii[1] de cetero[2] eligantur, statuimus et ordinamus quod omni

dices, sex consiliarios de parvo consilio et unum vicarium ad unum annum tantum, ita quod qui fuerit judex, consiliarius vel vicarius uno anno, in sequenti anno in eodem officio esse non possit; qui omnes sint oriundi et nativi de civitate Ragusii et presentes quando eliguntur in civitate Ragusii vel districtu; quos omnes jurare faciat d. comes secundum quod continetur in capitularibus de officiis supradictis; qui d. comes cum predictis judicibus et consiliariis parvi consilii elliget omnes alios officiales. Et in sequenti anno judices et consiliarios parvi consilii et vicarium mutabit d. comes secundum voluntatem suam modo supradicto, et cum eis omnes alios officiales. Si vero consiliarios magni consilii in sequenti anno visum fuerit sibi et suo parvo consilio non mutandos, poterit eos dimittere, sive in parte, sive in totum, in majori consilio supradicto.

Curente anno domini MCCLXXXIII, indicione VI de mense marcii, tempore egregii militis d. Marini Baduarii, comitis Ragusii, per ipsum d. comitem cum voluntate minoris et majoris consilii et laudo populi declaratum fuit hoc statutum in hunc modum, videlicet: quod ille qui fuerit judex uno anno in sequenti anno non possit esse[1] judex nec consiliarius minoris consilii; et similiter ille qui fuerit consiliarius minoris consilii, in sequenti anno non possit esse consiliarius ejusdem consilii neque judex. Item additum et declaratum est quod vicarius in sequenti anno non possit esse vicarius nec judex majoris curie neque consiliarius minoris consilii. Item quod vicarius electus ad unum annum usque ad quinque annos non possit esse electus in eodem officio vicarie, conanno elligi debeant judices XV, videlicet decem per majus consilium in duabus camaris[3] et V per minus consilium: | [2] qui omnes judices[4] ad unum[5] debeant ballotari in[6] majori consilio prelibato; | [3] et illi V qui habebunt majorem numerum balotarum[7] ultra medietatem debeant judices remanere. | [4] Et simili modo elligi[8] debeant consiliarii XVIII, videlicet XII per majus consilium in duabis camaris[3] et sex per minus consilium: quorum omnium sex habentes majorem numerum ballotarum ultra medietatem debeant consiliarii remanere. | [5] Item vicarii tres similiter elligi debeant, videlicet duo per majus consilium in duabus camaris[3], et unus per minus consilium: quorum unus habens majorem numerum ultra medietatem ballotarum debeat vicarius remanere.

[6] Et de omnibus istis judicibus, consiliariis et vicariis debeat unus remanere pro[9] sclata, et debeant esse in dictis officiis a festo s. Michaelis mensis septembris usque ad unum annum. | [7] Qui quidem judices, consiliarii et vicarii esse debeant nobiles homines nativi Ragusii et presentes in civitate, vel in districtu, quando erunt electi[10]; et jurare debeant secundum quod in secundo libro statutorum continetur. | [8] Et qui fuerint judices, consiliarii, et vicarius uno anno, in sequenti anno non possint esse judices, consiliarii nec vicarius. [9] Et d. comes, sive rector cum majori parte minoris consilii in quo esse debeant ad minus novem, elligere[11] debeant omnes alios officiales civitatis, [10] exceptis thesaurariis s. Marie[12], procuratoribus s. Marie qui elligendi debeant esse[13] per majus consilium quomodo elliguntur[14] judices et consiliarii.

[1] B. esset.

putando terminum a die quo intraverit officium supradictum. Item quod d. comes de dictis duodecim officialibus, silicet judicibus et consiliariis et vicario, debeat eligere unum pro sclata.

Quod non possit esse in aliquo officio nisi unus pro sclata[15].

[11] Item statuimus et ordinamus quod in aliquo officio non possit esse nisi unus pro sclata; | [12] quos omnes officiales d. comes teneatur facere jurare, prout in secundo libro statutorum de quolibet officiali per ordinem continetur.

Ad quantum tempus fiunt thesaurarii et procuratores s. Marie.

[13] Item statuimus et ordinamus quod thesaurarii s. Marie et procuratores s. Marie fieri debeant in vita, et per illum modum quo fiunt judices et consiliarii.

Quod aliquis non possit habere nisi unam procuratiam.

[14] Si quis vero fuerit ellectus ad tesaurariam[16] aut ad aliquam procuratiam, videlicet s. Marie aut s. Blaxii de Platea, vel hospitalis aut Crome, statuimus et ordinamus quod non possit habere nisi unam procuratiam, quam ipse voluerit de illis ad quas fuerit ellectus[17].

Ad[18] *habentibus*[19] *unam procuratiam qui possunt hinc*[20] *unum*[21] *officium recipere.*

[15] Item volumus et ordinamus quod quicumque[22] fuerit thesaurarius s. Marie, procurator s. Marie, procurato s. Blaxii de Platea, procurator Crome aut hospitalis in civitate possit habere aliud officium juxta unam dictarum procuratiarum vel thesaurarie.

De officialibus elligendis[23] *pro kal. jan.* MCCCLXXXXI[24] *die* XXII[25] *decembris.*

[16] In majori consilio et publica concione[26] sono campane more solito congregatis[27] cum laudo populi, statutum fuit et ordinatum quod a modo in antea debeat fieri electio[28] novo-

rum officialium circa finem mensis decembris; qui inchoare debeant eorum officia in kal. januarii per unum annum usque ad kal. postea sequentis januarii, veluti fieri solebat a festo s. Michaelis usque ad aliud festum postea secuturum[29]. Non obstante aliquo statuto seu ordine[30] in contrarium faciente[31].

[1] „et vicarii" abest in E. [2] E. decreto [3] E. cameris [4] E. 15 judices [5] E. ad unum ad unum [6] D. im [7] D. E. ballotarum [8] D. E. eligi [9] D. per [10] D. electi [11] E. eligere [12] E. Mariae et [13] E. (qui) eligi debeant [14] E. eliguntur [15] D. schlata [16] D. E. thesaurariam [17] E. electus [18] D. E. de [19] D. habendum [20] E. possunt unum [21] D. unum annum [22] D. quicunque [23] E. eligendis [24] D. M°CCC°LXXXXI, E. 1391 [25] D. XII°, E. 22 [26] D. contione [27] E. congregato [28] D. ellectio [29] E. secutum [30] E. ordinamento [31] E. facto.

IV.

Quando d. comes vadit ad stanicum vel ad parlamentum.

Si contingat[1] aliquando d. comitem ire ad plenarium stanicum de voluntate comunis[2] Ragusii, vel ad habendum colloquium cum aliquo magno domino seu cum comunitate[3] alicujus civitatis, pro servicio[4] et utilitate comunis[2] et civitatis Ragusii, ipse d. comes ibit, cum tota familia sua et cum Raguseis quos secum vocaverit, ad predictum viagium[5] ad expensas comunis[2] Ragusii secundum antiquam consuetudinem.

[1] E. contiget [2] E. communis [3] E. communitate [4] C. D. servitio [5] E. viaggium.

V.

De[1] sale necessario pro familia d. comitis.

Volumus etiam quod commune[2] Ragusii debeat dare d. comiti de sale suo quantum necesse fuerit sibi et sue familie, pro illo precio[3] quo commune[2] comparaverit[4] ipsum.

[8] Additum est quod vicarius teneatur solvere dacium de vino, et facere imprestitum, et solvere collectas sive avedaticum[26], sicut alii Ragusei.

[1] E. partem autem [2] D. una [3] E. iperpero [4] D. moçoticum, E. mezaticum [6] E. solario [5] E. iperperos [7] E. 23 [8] D. becaria [9] D. pischatoribus [10] D. E. etiam [11] E. scironibus [12] E. recipit [13] D. E. grippo [14] E. „habeat" omissum [15] D. E. ceponem [16] E. communalem [17] E. vacca [18] C. corrium [19] E. barchis [20] E. communalibus [21] D. vicarius aquam [22] C. Umble [23] B. D. octos (sic) [24] C. Epyphaniam [25] D. pischari [26] E. avidaticum.

XXXI.

De jure pitantarii.

[1] Notandum est quod pitantarius qui per tempora est in servicio[1] comunis[2] Ragusii, debet habere de quacumque[3] nave vel alio ligno que vel quod venit Ragusium cum frumento, blava et sale, et portat partem d. archiepiscopo, medietatem de tanto quantum recipit[4] d. archiepiscopus, secundum quod recipit sacristarius[5] ecclesie[6] s. Marie, tam de sale quam de frumento et blava. | [2] Et postea debet dividere pitantarius partem istam

per medium in duas partes; unam partem recipit[7] pitantarius[8] in se, et aliam dividunt riparii inter se.

[1] D. E. servitio [2] D. communis [3] D. quacunque [4] E. quantum d. archiepiscopus [5] C. E. sacristanus [6] C. eclesie [7] C. recipiat [8] E. pitantarius ipse.

XXXII.
De officio ripariorum.

[1] Riparii qui per tempora sunt in servicio[1] comunis[2] Ragusii, tenentur ire et facere omne servicium[3] quod d. comes preceperit eis, tam pro suo servicio[1] quam pro servicio comunis[2] in civitate et districtu Ragusii[4]. | [2] Et tenentur custodire et querere et[5] manifestare omnes raciones[6] d. comitis et comitatus Ragusii et comunis[2]; et eciam[7] tenentur custodire omnes res contradictas que non debent venire ad civitatem Ragusii, ut non veniant. | [3] Et debent observare omnia precepta vicarii, que spectant ad utilitatem et honorem d. comitis et comunis[8] Ragusii.

[1] D. E. servitio [2] D. comuis [3] C. D. E. servitium [4] E. districtu; et [5] C. querere manifestare [6] D. E. rationes [7] D. E. etiam [8] D. E. communis.

XXXIII.
De eo quod recipiunt ripparii[1].

[1] Obtinebat actenus[2] quod quilibet riparius habebat[3] a comuni[4] pro suo sallario[5] omni anno tres yperperos[6] et unam sclavinam[7] pro gonno; quod nos corrigentes ordinamus quod quilibet riparius habeat annuatim pro suo sallario a comuni[8] yperperos[6] decem et nichil[9] plus. | [2] Sostaticum de foresteriis sit comune[10] inter omnes riparios, et illi foresterii dabunt eis sostaticum qui solvunt arboraticum; aptagi eciam[11] a decem milliarensibus inferius est illius riparii cui datur. | [3] Et si riparius iverit ad ponendam crucem in vineis vel in terra, aut ad contradicendum, vel iverit extra Ragusium per comitatum, causa vocandi aliquem ad placitum, habebit[12] a tribus carubis inferius, secundum quod concordare poterit cum eo pro quo mittetur. | [4] Habebunt eciam[13] ipsi riparii a qualibet nave[14] vel ligno alio, que vel quod venit[15] in Ragusio cum frumento vel blava vel sale, et portat partem d. archiepiscopo, tantum quantum habuerit pitantarius, et illud divident comuniter inter se. | [5] De vacha[16] autem[17] de margarisio[18] habebunt capud[19] et interiora.

[1] D. E. riparii [2] E. hactenus [3] C. D. E. habeat [4] D. communi [5] C. salario, E. salario, solario [6] E. iperperos [7] E. sclavinam, slavinam [8] D. E. communi [9] D. E. nihil [10] D. E. commune [11] E. et [12] E. habeat [13] C. D. etiam, E. et [14] E. navi [15] C. E. venerit [16] E. vacca [17] E. vacca de [18] C. margariosio, D. mangarisio [19] D. E. caput.

XXXIV.
De eo quod datur rippariis[1] pro quolibet mandato.

Mittebatur[2] quandoque riparius pro vocando aliquo ad curiam, qui si eum non inveniebat ad hoc, ut iterum eum[3] quereret et vocaret[4], sibi

iterum satisfieri[5] postulabat, quod[6] molestium[7] erat hominibus qui in curia litigabant[9]; quapropter statuimus quod pro quolibet mandato quod fecerit riparius ad magnam curiam in civitate, habeat follaros duos, et ad parvam curiam follarum unum; ita tamen quod si, receptis duobus follaris vel uno, non inveniat illum quem querit, et si[10] non faciat ei mandatum, teneatur ire quocienscumque[11] fuerit requisitus quousque faciat ei mandatum, sine aliquo pagamento, et hoc si ille quem debet vocare fuerit in civitate.

[1] C. D. E. ripariis [2] D. mitebatur [3] E. iterum quereret [4] C. E. quereret, sibi [5] C. satisffieri [6] C. qui [7] B. C. molestium, D. E. molestum [8] D. et [9] D. litigabat [10] B. D. sit, C. E. si [11] D. E. quotiescumque.

Explicit liber primus, incipit secundus.

(Finis libri primi statutorum E.)

I.

Sacramentum d. comitis.

B.

[1] Juro ego comes Ragusii ad sancta Dei evangelia, bona fide sine fraude et malo ingenio, salvare et regere ipsam civitatem ad usum et consuetudinem ejusdem, ad honorem comunis[1] Veneciarum[2] et d. ducis, et raciones[3] comunis[1] Ragusii bona fide salvabo[4]. | [2] Et omnes companias[5], et sacramenta facta et facienda, et reitates disturbabo. Et justiciam[6] equaliter majoribus et minoribus manutenebo et complebo. | [3] Et cum majori parte conscilii[7], vel cum curia, cum sonitu campane, malos usus Ragusii diminuam et bonos usus[8] acrescam[9]. [4] Et nec amicum juvabo, nec inimicum nocebo per fraudem. | [5] Et habebo omnes honorificencias[10] et balias quas habuerunt Veneti comites Ragusii in Ragusio et in omni alio loco. | [6] Hec omnia observabo, salvo sacramento quod juravi eidem d. duci Veneciarum[11].

C.

Juro ego comes Ragusii ad s. Dei evangelia, bona fide sine fraude et malo ingenio, salvare et regere ipsam civitatem ad usum et consuetudinem ejusdem ad honorem Ragusii et augmentum ejus, et rationes comunis Ragusii bona fide salvo. Omnes companias, et sacramenta facta et facienda, et reitates disturbabo; et justiciam equaliter majoribus et minoribus manutenebo et complebo. Et cum majori parte consilii vel cum curia, cum sonitu campane, malos usus Ragusii diminuam et bonos usus acrescam. Et nec amicum juvabo, nec inimicum nocebo per fraudem. Et habebo omnes honorificentias et balias quas habuerunt alii comites Ragusii in Ragusio et in omni alio loco. Hec omnia observabo.

[1] D. comuis, E. „communis“ et „cois“ [2] D. E. Venetiarum [3] E. rationes [4] Da. salvo [5] E. compagnias [6] E. justitiam [7] D. E. consilii [8] E. bonos accrescam [9] D. acrescham [10] D. honorificentias [11] D. Ventiar, E. Venetiarum.

II.

Sacramentum militum sive sociorum[1] d. comitis.

B.

[1] Juro ad sancta Dei evangelia quod bona fide sine fraude adjuvabo et consilium dabo et manutenebo d. comitem Ragusii; | [2] et similiter ipsam civitatem[2] Ragusii salvabo, et ad melius quam potero[3] consilium dabo, salvo honore d. ducis et dicti d. comitis[4]; et cum requisitus fuero de aliquo ab ipso d. comite in consilio vel extra, illam partem capiam et illud consilium dabo quod mihi melius apparebit. | [3] Et si remansero in loco ipsius comitis in regimine commitatus[5], ero astrictus[6] in omnibus et per omnia cum ipso juramento[7] quod d. comes juravit, videlicet Veneciis[8] coram d. duce, et hic in concione[9] Ragusii. | [4] Et omnes credencias[10] tenebo quas ipse d. comes mihi[11] preceperit[12] observare, usque dum solverit[13] ipse. | [5] Nec[14] amicum juvabo, nec inimicum nocebo per fraudem, et servicium[15] non tollam neque tolli faciam ad ajuvandum[16] aliquem vel nocendum[17]. | [6] Et non fecero me(r)cacionem[18] in[19] partibus Ragusii, nisi de eo, quod mihi superfuerit de meo sallario[20]. | [7] Et cum ipso comite permansero ad suum servicium[21] usque dum ipse rexerit in comitatu, nisi pro eo remanserit dando sallario[22] quod mihi promisit. Hec omnia, ut dictum est[23], attendam bona fide et sine fraude.

C.

Juro ad s. Dei evangelia quod bona fide sine fraude adjuvabo et consilium dabo et manutenebo d. comitem Ragusii, et similiter ipsam civitatem Ragusii salvabo et ad melius quam potero consilium dabo, salvo honore comitis; et cum requisitus fuero de aliquo ab ipso d. comite in consilio vel extra, illam partem capiam et illud consilium dabo quod mihi melius apparebit. Et si remansero in loco ipsius comitis in regimine commitatus, ero astrictus in omnibus et per omnia cum ipso juramento quod d. comes juravit, videlicet Veneciis coram d. duce, et hic in concione Ragusii. Et omnes credentias tenebo quas ipse d. comes mihi precepit observare, usque dum solverit ipse. Nec amicum juvabo, nec inimicum nocebo per fraudem. Et servicium non tollam neque tolli faciam ad adjuvandum aliquem vel nocendum. Et non fecero mercationem in partibus Ragusii, nisi de eo quod mihi superfuerit de meo sallario. Et cum comite permansero ad suum servicium usque ipse rexerit in comitatu, nisi pro eo remanserit dando sallario quod mihi promisit. Hec omnia, ut dictum est, attendam bona fide, sine fraude.

[1] D. sotiorum [2] D. civitatem et ad [3] D. pottero [4] D. chomitis [5] E. civitatis [6] E. adstrictus [7] E. sacramento [8] D. Venetiis, E. videlicet coram [9] D. contione [10] D. E. credentias [11] D. comes preceperit [12] E. precepit [13] E. voluerit [14] E. Nec etiam amicum [15] D. servitium [16] D. adiuvandum [17] E. verba: „per fraudem et servicium“ usque ad „vel nocendum“ omissa [18] D. meracoe͂ȝ, E. mercationem [19] D. im [20] D. sallario, E. salario, solario [21] D. E. servitium [22] D. sallario, E. solarium [23] D. ut dictum, attendam.

III.

B.

Sacramentum fidelitatis quod homines Ragusii faciunt d. duci Veneciarum[1] et comiti[2] Ragusii.

[1] Juro ad sancta Dei evangelia, bona fide sine fraude, fidelitatem ad d. ducem Veneciarum[1] et ad d. comitem nostrum, custodire eum in persona sua et in rebus et in[3] omnibus racionibus[4] sui comitatus, et adjuvare illum contra omnes homines qui maliciose[5] voluerint ipsum offendere, et observabo ei fidelitatem, dum steterit in regimine civitatis Ragusii et comitatus illius, salva fidelitate d. ducis, ad honorem Veneciarum[1] et salutem Ragusii. | [2] Et adjuvabo eum ad manutenendum bonum statum civitatis Ragusii et comitatus illius, et virtutem dabo ad omnes raciones et justicias[6] complendas. | [3] Et non ero in aliqua societate vel compania[7], nec per sacramentum, nec per fidanciam[8], nec per promissionem, nec per ullum ingenium, contra honorem d. ducis Veneciarum[1] et contra honorem d. nostri comitis, et contra salutem Ragusii, dum steterit in regimine civitatis ejusdem[9] et sui comitatus; et si sum in supra[10] dicto sacramento cum a(li)quibus[11] companiis[12], rumpam et non tenebo[13] illud, nec aliud sacramentum, vel promissionem in aliqua compania[14] fecero; imo[15] dabo operam rumpendi eam; et si scio[16] factam aliquam companiam vel sciero faciendam, quam cicius[17] potero manifestabo eam d. comiti. | [4] Et quando d. comes pecierit[18] a me consilium, dabo ei rectum et fidele, et veritatem dicam. | [5] Et raciones et justicias[6] et directum in omnibus que pertinent ad comunitatem[19] Ragusii manutenebo. Et omnia que mihi d. comes preceperit, observabo et promitto bona fide observare sine fraude; et si aliquis de ipsis

C.

Sacramentum fidelitatis quod homines faciunt comiti Ragusii.

Juro ad sancta Dei evangelia, bona fide sine fraude, fidelitatem ad d. comitem nostrum, custodire eum in persona sua et in rebus et in omnibus rationibus sui comitatus, et adjuvare illum contra omnes homines qui maliciose voluerint ipsum offendere, et observabo ei fidelitatem, dum steterit in regimine civitatis Ragusii et comitatus illius, salva fidelitate, ad honorem et salutem Ragusii. Et adjuvabo eum ad manutenendum bonum statum civitatis Ragusii et comitatus illius, et virtutem dabo ad omnes rationes et justicias complendas. Et non ero in aliqua societate vel compania, nec per sacramentum, nec per fidantiam, nec per promissionem, nec per ullum ingenium, contra honorem d. nostri comitis, et contra salutem Ragusii, dum steterit in regimine civitatis eiusdem et sui comitatus; et si sum in supradicto sacramento cum a(li)quibus compagniis, rumpam et non tenebo illud, nec aliud sacramentum vel promissionem in aliqua compagnia fecero; immo dabo operam rumpendi eam; et si scio factam aliquam compagniam vel sciero faciendam, quam citius potero manifestabo eam d. comiti. Et quando d. comes pecierit a me consilium, dabo ei rectum et fidele, et veritatem dicam. Et rationes et justicias et directum in omnibus que pertinent ad communitatem Ragusii manutenebo. Et omnia que mihi d. comes preceperit, observabo et promitto bona fide observare sine fraude; et si aliquis de ipsis justiciis vel rationibus habet aliquid, manifestabo d. comiti; et si ego de ipsis habeo aliquid, quam citius potero communi reddam

justiciis[20] vel[21] racionibus habet aliquid[22], manifestabo d.[23] comiti; et si ego de ipsis habeo aliquid, quam cicius potero comuni[24] reddam et amplius non tollam. | [6] Et observabo pactum Veneciarum[1], et dabo operam quod ab omnibus observetur.

et amplius non tollam. Et observabo pactum, et dabo operam quod ab omnibus observatur (sic).

[1] D. E. Venetiarum [2] E. coi, communi [3] E. et omnibus [4] D. E. rationibus [5] E. malitiose [6] D. E. rationes et justitias [7] E. compagnia [8] E. fidantiam [9] E. Racusii [10] E. in dicto [11] B. aquibus, D. E. aliquibus [12] E. compagniis [13] D. tenero [14] E. compagnia [15] D. immo [16] E. sciero [17] E. citius [18] D. E. petierit [19] D. comitatem [20] D. E. justitiis [21] E. et [22] D. habet manifestabo [23] B. domini (sic), D. domino [24] D. E. communi.

IV.

Sacramentum judicum.

B.

[1] Ego judex Ragusii juro ad sancta[1] Dei evangelia quod omnia placita que ante me placitanda erunt, de quibus judex extitero, judicabo sine fraude, secundum consuetudinem civitatis Ragusii, si sciero et sincerus fuero; et si nesciero consuetudinem, judicabo sine fraude et malo ingenio, secundum meam bonam conscienciam[2]. [2] Et non accipiam precium[3] nec accipi faciam pro[4] placitis a me judicandis: et si acceptum fuerit ab aliquo pro me, et ego sciero, faciam illud reddi bona fide, sine fraude. | [3] Et si d. comes noster, vel qui erit in suo loco[5], vocaverit me pro facto civitatis, per se aut per suum nuncium[6], vel[7] campanam magni vel[8] parvi conseilii audiero, ibo, si non habuero justum inpedimentum. [4] Et de omnibus quibus predictus[9] d. comes, vel qui erit in ejus loco, interogaverit me[10], dabo ei rectum consilium sine fraude: et si opus fuerit, dabo operam ut compleatur justicia[11] ad honorem[12] comitis et pro salute civitatis. | [5] Et illud placitum quod idem d. comes noster interdixerit mihi ut non teneam pro bono civitatis, non tenebo illud, donec ipse preceperit ut teneam illud. | [6] Preterea non dabo senteneiam[13] alicui

C.

Ego judex Ragusii juro ad s. Dei evangelia quod omnia placita que ante me placitanda erunt, de quibus judex extitero, judicabo sine fraude, secundum consuetudinem civitatis Ragusii, si sciero et sincerus fuero: et si nesciero consuetudinem, judicabo sine fraude et malo ingenio, secundum meam bonam conscientiam. Et non accipiam precium nec accipi faciam pro placitis a me judicandis; et si acceptum fuerit ab aliquo pro me et ego sciero, faciam illud reddi, bona fide, sine fraude. Et si d. rector noster, vel qui erit in suo loco, vocaverit me pro facto civitatis per se aut per suum nuncium, vel per campanam magni vel parvi consilii, audiero, ibo, si non habuero justum impedimentum. Et de omnibus quibus predictus d. rector, vel qui erit in ejus loco, interrogaverit me, dabo ei rectum consilium sine fraude; et si opus fuerit, dabo operam ut compleatur justitia ad honorem et pro salute civitatis. Et illud placitum quod idem d. rector noster interdixerit mihi ut non teneam pro bono civitatis, non tenebo illud, donec ipse preceperit ut teneam illud. Et credencias quas dictus d. rector, vel ille qui in loco ejus

civi a quinque[14] yperperis[15] supra, nisi de sua licencia[16], sine ipso[17] comite, vel qui in ejus loco fuerit. | [7] Et credencias[18] quas dictus[19] d. comes, vel ille[20] qui in loco ejus erit, dixerit mihi, tenebo secundum quod ipse dixerit mihi[21], bona fide sine fraude. | [8] Et cum quibus sociis[22] ero in judicio[23] uno[24], vel cum duobus vel[25] tribus vel[26] pluribus de placitis a me judicandis, secundum quod dictum est, fraudulenter[27] non differam judicare[28], si ero sincerus. [9] Et si idem d. comes noster cum consilio judicum et bonorum hominum et cum laudacione[29] populi, invenerit[30] novam consuetudinem, vel invente consuetudini aliquid adjunxerit vel minuerit, vel veterem mutaverit, omnino judicabo secundum illam consuetudinem bona fide sine fraude. | [10] Et in facto de placitis si aliquid ego sciero pertinere predicto d. comiti, manifestabo ei racionem[31] suam. Et cui data fuit[32] occasio et per justiciam[33] exierit, nichil[34] tollam ab ipso, et faciam ei fieri breve[35] sentencie[36], si pecierit[37], non recipiendo inde precium[38]. [11] Et donec ero judex, bona fide sine fraude non ibo ad bibendo (sic)[39] cum aliquo neque cum aliqua ullo modo per fraudem, nec eciam per ortos[40] nec per tabernas. | [12] Hec omnia supradicta observabo[41] a die s. Michaelis de septembri[42] quod erit, Deo dante, unus annus bona fide sine fraude. | [13] Nec[43] amicum juvabo, nec inimicum[44] nocebo per fraudem, | [14] nisi de hiis[45] predictis remanserit per predictum d. comitem vel qui in ejus loco fuerit. | [15] Et si aliquis vel aliqua conduceret aliquem vel aliquam coram me, qui vel que hoc tempore offenderit ita quod perdere debeat vitam vel membrum, per novam aut veterem consuetudinem, bona fide[46] judicabo, secundum ipsius offensionem. | [16] Et ero fidelis d. duci Veneciarum[47] usque dum vixero, et d.

[?]erit, dixerit mihi, tenebo secundum quod ipse dixerit mihi, bona fide sine fraude. Et cum quibus sociis ero in juditio, vel cum duobus vel tribus vel pluribus, de placitis a me judicandis, secundum quod dictum est, fraudulenter non differam judicare, si ero sincerus. Et si idem d. rector noster cum consilio invenerit novam consuetudinem, vel invente consuetudini aliquid adjunxerit vel minuerit, vel veterem mutaverit, omnino judicabo secundum illam consuetudinem bona fide sine fraude. Et hec omnia supradicta observabo a[1] die s. Michaelis de setembri (sic) quod erit, Deo danti (sic), unus annus bona fide sine fraude. Nec amicum juvabo, nec inimicum nocebo per fraudem, nisi de hiis predictis remanserit per predictum d. rectorem vel qui in ejus loco fuerit. Et si aliquis vel aliqua conduceret aliquem vel aliquam coram me, qui vel que hoc tempore offenderit ita quod perdere debeat vitam vel membrum, per novam aut veterem consuetudinem bona fide judicabo, secundum ipsius offensionem.

[1] C. in margine: a modo usque ad unum annum a die.

comiti nostro tenear fidelitatem observare, secundum modum capitularis sive fidelitatis, et pactum quod cum d. duce Venetiarum habemus, observabo et dabo operam quod ab omnibus[48] observetur.

[1] E. sacra [2] D. E. conscientiam [3] E. pretium [4] D. per [5] E. loco suo [6] D. nuntium [7] D. vel per [8] E. aut [9] D. quibus d. comes [10] E. me interrogaverit [11] E. justitia [12] E. honorem d. [13] D. E. sententiam [14] E. 5 [15] E. iperperis [16] D. E. licentia [17] E. ipso d. [18] D. E. credentias [19] D. ipse [20] D. E. vel qui [21] D. mihi dixerit [22] D. sotiis [23] D. juditio [24] E. judicio vel [25] E. vel cum tribus [26] E. vel cum [27] E. fraudolenter [28] E. non differam si [29] D. E. laudatione [30] E. invenerit aliquam [31] D. E. rationem [32] D. fuerit [33] E. justitiam [34] D. E. nihil [35] E. breves [36] D. sententie, E. sententias [37] E. petierit [38] D. E. pretium [39] E. bibendum [40] E. hortos [41] E. observabo supradicta [42] E. 7-bri. [43] D. et nec [44] E. inimico, Ea. inimicum [45] E. his [46] E. bona fide sine fraude [47] E. Venetiarum [48] D. hominibus.

V.

Sacramentum consciliariorum[1] minoris et majoris consilii.

B.

[1] Juro ego consiliarius Ragusii ad s. Dei evangelia, bona fide[2] sine fraude et malo ingenio, venire et dare rectum consilium secundum meam conscienciam[3], quociensc umque[4] d. comes[5] noster vel ille qui in ejus loco[6] fuerit, me per sonitum campane vel per[7] nuncium[8] vocaverit, ad honorem predicti d. nostri ducis[9] et d. nostri comitis, vel illius qui in ejus loco[6] erit, et salutis nostre patrie: nec amicum juvabo, nec inimicum nocebo per fraudem. [2] Et pecuniam non accipiam, nec accipere faciam per fraudem. [3] Et studiosus ero manutenere raciones[10] dicti comitis[11] et communis[12] civitatis nostre, et cogitabo et tractabo salvamentum et honorem terre nostre. [4] Et conscilium[13] mihi datum in mandatis occultare per comitem vel[14] qui in ejus loco fuerit, occultabo; et dabo forcium[16] predicto d. comiti[11] vel ei qui in ejus loco fuerit, quando me pecierit[16] ad complendam justiciam[17]; et dabo operam et[18] adjutorium et consilium ad illam partem que inventa fuerit a predicto d. comite[19] et majore parte consilii,

C.

Juro ego consiliarius Ragusii ad s. Dei evangelia quod, quotiensc unque venero ad consilia, bona fide sine fraude et malo ingenio dabo bonum et rectum consilium secundum meam conscientiam[1], ad honorem d. rectoris vel illius qui in ejus loco erit et salutis nostre patrie; nec amicum juvabo, nec inimicum nocebo per fraudem. Et pecuniam non accipiam nec accipere faciam pro fraude. Et studiosus ero manutenere rationes dicti rectoris et communis civitatis nostre, et cogitabo et tractabo salvamentum et honorem nostre terre. Et consilium mihi datum in mandatis occultare per rectorem vel qui in ejus loco fuerit, occultabo; et dabo fortium predicto d. rectori vel ei qui in ejus loco fuerit, quando a me pecierit ad complendam justiciam: et dabo operam et adjutorium et consilium ad illam partem que inventa fuerit a predicto d. rectore et majori parte consilii, ut compleatur ad effectum, nisi remanserit et revocata fuerit per dictum d. rectorem et majorem partem consilii.

ut compleatur ad effectum, nisi remanserit et revocata fuerit per dictum d. comitem[20] et majorem partem consilii. | [5] Et si d. comes[21] noster[22] cum consilio judicum et bonorum hominum cum laudacione populi invenerit[23] novam consuetudinem, vel invente consuetudini aliquid adjunxerit vel minuerit, vel veterem mutaverit, dabo operam ducere ad effectum. | [6] Hec omnia observabo a modo usque ad s. Michaelem de septembri[24], et inde usque ad annum completum bona fide sine fraude, nisi remanserit per predictum nostrum comitem[25]. | [7] Et si ivero in viagium ante predictum terminum, in omnibus et per omnia tenear ut supra dictum est. | [8] Et fidelis ero d. duci Veneciarum[26] usque dum vixero, et ad d. comitem nostrum tenear fidelitatem observare, secundum modum capitularis per communitatem Ragusii sibi juratum, et pactum Veneciarum[26] observabo et dabo operam quod ab omnibus observetur.

Et si d. rector noster cum consilio invenerit novam consuetudinem, vel invente consuetudini aliquid adjunxerit vel minuerit, vel veterem mutaverit, dabo operam ducere ad effectum. Hec omnia observabo a modo usque ad unum annum completum bona fide sine fraude, nisi remanserit per predictum nostrum rectorem.

[1] C. „quod quotienscunque — conscientiam“ scriptum manu recentiori in rasura.

[1] C. E. consiliariorum [2] D. bona fide et [3] D. E. conscientiam [4] D. quotienscunque, E. quotiescumque [5] B. „comes“ ubique deletum et in rasura scriptum „rector“, D. rector [6] E. loco eius [7] E. vel nuncium [8] D. nuntium [9] B. „d. nostri ducis“ deletum; D. „d. nostri rectoris“, verba autem „d. nostri ducis“, omissa; E. predicti d. nostri comitis [10] D. E. rationes [11] D. rectoris [12] E. comitis civitatis [13] D. E. consilium [14] E. vel illum qui [15] E. fortiam [16] E. petierit [17] B. iustiam (sic), E. justitiam [18] E. operam, adjutorium [19] D. rectore [20] D. rectorem [21] D. rector [22] E d. noster comes [23] B. „iudicum — populi“ cancellatum, in D. omissum [24] B. „S. Michaelem — usque ad“ cancellatum, in D. omissum, E. 7bri [25] E. d. comitem nostrum, D. „Et si ivero — observetur“ omissum [26] E. Venetiarum.

VI.

Sacramentum advocatorum qui placitant coram d. comite et ejus[1] judicibus[2].

B.

[1] Ego advocator Ragusii juro ad s. Dei evangelia, bona fide sine fraude et malo ingenio, advocare et placitare secundum usum nostre civitatis, per eos qui me in advocatorem clamaverint[3]; et nec amicum juvabo, nec inimicum nocebo per fraudem;

C.

Ego advocator Ragusii juro ad s. Dei evangelia, bona fide sine fraude et malo ingenio, advocare, et placitare secundum usum nostre civatatis, per eos qui me in advocatorem clamaverint; et nec amicum juvabo, nec inimicum nocebo per fraudem,

[2] excepto quod non advocabo supra fratrem, cognatum, consobrinum germanum, generum, vel nepotem, filium fratris vel sororis mee. | [3] Et non accipiam munera fraudulenter nec accipere faciam, nisi unum denarium[4] crossum[5] per placitum. [4] Et quando d. noster[6] comes, vel ille[7] qui in ejus loco fuerit, vocaverit me per nuncium[8] vel campanam magni consilii, veniam si justum impedimentum non habuero, et cum venero dabo rectum consilium ad honorem dicti d. nostri[9] ducis et d. comitis nostri[10] predicti vel qui in loco ejus[11] fuerit, et ad salutem nostre patrie; et dabo adjutorium dicto d. comiti aut illi qui in loco ejus fuerit, ad complendam justiciam[12]. | [5] Et si dictus[13] comes noster cum consilio judicum et bonorum hominum et cum laudacione[14] populi invenerint[15] novam consuetudinem, vel invente consuetudini aliquid adjunxerit vel minuerit, vel veterem mutaverit[16], dabo operam ducere ad effectum; et si[17] secretum mihi per d. comitem, vel qui in loco ejus fuerit, injunctum fuerit[18], occultabo, et omnes raciones[19] d. comitis nostri manutenebo et dicam ipsas ei. | [6] Et si ipse d. comes ante preceperit mihi advocare pro facto communis[20] super aliam partem, advocabo pro communi bona fide. [7] Et non dabo consilium alicui pro quo placitavero, ut faciat malum sacramentum, neque introducat falsum testimonium, neque committat[21] aliquam fraudem ullo[22] modo.|[8] Hec omnia observabo a modo usque ad s. Michaelem de septembri[23], et inde usque ad unum annum completum bona fide, sine fraude. | [9] Et fidelis ero d. duci Veneciarum[24] usque dum vixero, et ad d. comitem nostrum tenear fidelitatem observare, secundum modum capitularis per communitatem[25] Ragusii sibi juratum; et pactum Veneciarum[24] observabo, et operam dabo quod ab omnibus ob-

excepto quod non advocabo supra fratrem, cognatum, consobrinum germanum, generum, vel nepotem, filium fratris vel sororis mee. Et non accipiam munera fraudulenter nec accipere faciam, nisi unum denarium grossum per placitum. Et quando d. noster comes, vel ille qui in ejus loco fuerit vocaverit me per nuntium vel campanam magni consilii, veniam si justum impedimentum non habuero, et cum venero dabo rectum consilium ad honorem dicti d. comitis vel qui in ejus loco fuerit, et ad salutem nostre patrie; et dabo adjutorium dicto d. comiti aut illi qui in loco ejus fuerit, ad complendam justiciam. Et si dictus d. comes[1] noster cum consilio judicum invenerint novam consuetudinem, vel in vetere consuetudini aliquid adjunxerit vel minuerit, dabo operam ducere ad effectum; et si secretum mihi per d. comitem vel qui in loco ejus fuerit injunctum fuerit, occultabo, et omnes rationes d. comitis nostri manutenebo et dicam ipsas ei. Et si ipse d. comes[1] ante preceperit mihi advocare pro facto communis super aliam partem, advocabo pro communi bona fide. Et non dabo consilium alicui pro quo placitavero ut faciat malum sacramentum, neque introducat falsum testimonium, neque committat aliquam fraudem ullo modo. Hec servabo a modo usque ad s. Michaelem de septembri, et inde usque ad unum annum completum bona fide sine fraude.

Addimus etiam quod nullo modo seu ingenio recipere possint nec habere aliquid ab aliquo vel aliqua, qui vel que haberet placitum coram judicibus, preter quam dictum grossum, nec etiam cum eisdem comedere seu bibere.

[1] C. „rector" in lineola suprascripta.

servetur. | [10] Addimus eciam[26] quod nullo[27] modo seu ingenio recipere possint nec debeant aliquid ab aliquo vel aliqua, qui vel que haberet placitum coram judicibus, preter quam dictum crossum[28], nec eciam[26] cum eisdem comedere seu bibere.

[1] E. „ejus" deest [2] D. judcibus (sic) [3] E. adamaverint [4] E. unum grossum [5] E. grossum [6] E. d. comes [7] E. vel qui [8] D. nuntium [9] D. dicti nostri domini [10] E. nostri comitis [11] D. in eius loco [12] E. justitiam [13] E. Et si D(ominus) comes [14] E. laudatione [15] D. invenerint, E. invenerit [16] D. immutaverit [17] E. et secretum [18] E. fuerit injunctum, occultabo [19] D. E. rationes [20] E. communis [21] D. comittat [22] D. aliquo [23] E. 7bri [24] D. E. Venetiarum [25] D. coitatem [26] D. etiam [27] E. ullo [28] E. grossum, D. crossum unum.

VII.

Sacramentum advocatorum qui antepositi sunt ad inquirendum et placitandum omnes raciones[1] comunis[2].

[1] Juro ad sancta Dei evangelia quod bona fide sine fraude studiosus ero ad inquirendum omnes raciones[3] comunis[4] ab uno[5] denario crosso[6] superius ab omnibus, ubi sciero eas esse; et si habuero de comune[7] a denario crosso[8] supra, d. comiti vel dicto comuni[9] reddam incontinenti, et illi qui habuerint et incontinenti noluerint comuni[9] reddere[10], quam cito potero d. comiti nostro dicam. | [2] Et tenebor similiter manifestare dicto comuni[11], si sciero, ne aliquid[12] seu aliqua teneat[13] de possessionibus comunis[14] in civitate vel extra, prope vel longe, noviter aut[15] longo tempore; et non tantum predicta manifestabo, | [3] set etiam studiose placitabo et operam dabo ut in comune[16] revertantur, vel quod sint ad voluntatem et[17] mercedem d. comitis et sui consilii; similiter si aliquis se obligavit[18] cum cartis[19] et sine cartis[20] comuni[9] nostro, d. comiti manifestabo et ad ejus voluntatem placitabo eos.

Millesimo cccx[21], indicione[22] octava[23], die xxii[24] februarii, per d. Bartholomeum Gradonicum[25], comitem Ragusii[26], et per minus et majus consilium declaratum fuit hoc statutum: quod advocatores comunis[27] habeant partem suam statim de condempnacionibus[28] quas plaidabunt[29], que fuerint senteneiate[30], que exigi debebunt[31] et de quibus date fuerint bone[32] plaçarie[33]; de contumacibus nichil[34] habere debent[35]. Et de hiis[36] omnibus que ex meo opere vel socii mei comune[37] nostrum recuperaverit, sive denarios sive aliquod[38] mobile, habere debemus quadragessimum[39] pro nostro studio et labore. | [4] Et similiter studiosus ero manifestare et recuperare omnes raciones[40] quas sciero pertinere ad d. comitem; et quando d. comes, vel qui in loco ejus fuerit, fecerit me vocare ad magnum consilium, vel audiero majoris consilii campanam, quam cicius[41] potero veniam. | [5] Hec[42] omnia observabo[43] a modo[44] usque ad s. Michaelem de septembri[45], et inde usque ad unum[46] annum completum, bona fide sine fraude. Et si d. comes cum[47] consilio et populo adjunxerit mihi vel minuerit aliquid, omnia tenebor ducere ad effectum. | [6] Et fidelis ero d. duci Veneciarum[48] usque dum vixero, et ad d. comitem nostrum tenear fidelitatem observare,

secundum modum capitularis per comunitatem[49] Ragusii sibi juratum; et pactum Veneciarum[48] observabo, et operam dabo quod ab omnibus observetur[50].

[1] C D. E. rationes [2] E. communis [3] C. D. E. rationes [4] C. comuis [5] B. C. D. uno denario [6] C. E. grosso, D. crossos [7] C. comune, D. comue, E. communi [8] C. E. grosso [9] D. comui, E. communi [10] E. reddere communi [11] E. communi [12] E. aliquis [13] C. teneatur [14] D. E. communis [15] E. vel [16] D. commune, E. commune [17] D. vel [18] E. obligaverit [19] E. chartis, carthis [20] D. cum cartis communi [21] C. „Millo CCCX", D. E. „1310" [22] D. inditione, E. indictione, inditione [23] D. „VIIIa", E. „8" [24] D. „XXII", E. „22" [25] C. Gradanicum, D. Gradonico, E. Gradenicum [26] C. Ragusinum [27] D. comuis, E. communis, cois [28] C. condempnationibus, E. condemnationibus [29] D. plaitabunt, E. placitabunt [30] B. C. fuerint sinâte, D. sinate, E. „que fuerint sententiate que exigi debebunt" omissum [31] E. placitabunt, et de quibus [32] B. D. boni, C. bone, E. fuerint plezariae [33] B. D. plaçario, C. plaçarie, E. plezariae [34] D. nihil, E. lacuna sex punctis notata [35] E. debeant [36] E. his [37] E. commune [38] E. aliquid [39] E. quadragesimum [40] C. D. E. rationes [41] C. D. E. citius [42] E. haec a modo [43] E. servabo [44] E. servabo usque [45] E. 7bri [46] E. ad annum [47] C. E. cum suo [48] E. Venetiarum [49] D. communitatem, E. capitularis Racusii sibi [50] C. verba: „Et fidelis ero" . . . usque ad finem capituli desunt.

VIII.

Sacramentum illorum[1] qui sunt supra salem[2] ad comparandum[3] eum pro comuni[4].

[1] Juro ad evangelia s. Dei[5] quod, bona fide sine fraude, ero studiosus super facto salis ad comparandum[3] eum ad utilitatem comunis[6] Ragusii, et studiosus ero ad inquirendum si aliquis fecerit contra hoc[7] ordinamentum salis, et si aliquem contra[8] hoc invenero facientem, quam cicius[9] potero d. comiti[10] manifestabo. | [2] Et tollam sacramentum nauclerio de omnibus lignis que venerint in[11] portum Ragusii cum sale, vel studebo quod comes ei tollat consuetum sacramentum de facto salis, et totum salem[12] quem comparabo ero studiosus dare eum camerario qui vendit salem pro comuni[13]. | [3] Et quando vocatus fuero ad consilium per campanam magni consilii, veniam, et tenebor bona fide sine fraude dare rectum consilium, sicut alii consiliarii tenentur. Et ea que d. comes cum judicibus, consilio et populo invenerit aliquid crescere vel minuere, observabo. Et rectam ac puram racionem[14] faciam in omnibus et[15] per omnia, tam de introitu, quam de exitu, comiti nostro vel cui mihi ordinaverit, quocienscumque[16] ipse voluerit. Hec omnia attendam bona fide sine fraude, a modo usque ad s. Michaelem de septembri[17], et inde usque ad unum annum completum. | [4] Et fidelis ero[18] d. duci Veneciarum[19] dum vixero, et ad[20] d. comitem nostrum[21] tenear fidelitatem observare, secundum modum capitularis per comunitatem[22] Ragusii sibi juratum[23] [24].

[1] C. sacramentum qui [2] C. sale [3] E. comperandum [4] D. coi [5] D. evangelia sancta dei [6] D. communis, E. utilitatem Racusii [7] C. hoc contra [8] C. contro [9] C. D. E. citius [10] D. potero manifestabo [11] D. im [12] D. sale [13] D. communi, E. communi, coi [14] C. D. E. rationem [15] D. ac [16] D. quotienscunque, E. quotiescumque voluerit [17] E. 7bri [18] D. fidelis ero [19] D. Veneciarum [20] D. et comitem [21] D. et nostrum comitem [22] D. E. communitatem [23] C. verba: „et fidelis ero" usque ad „juratum" desunt [24] E. sequentia addita sunt: „Et pactum Venetiarum observabo et operam dabo quod ab omnibus observetur".

IX.

Sacramentum illorum qui sunt antepositi ad vendendum salem pro comuni[1].

[1] Juro ad sancta[2] Dei evangelia quod, bona fide sine fraude et malo ingenio, ero studiosus super facto salis ad vendendum eum ad utilitatem comunis[3] Ragusii, et studiosus ero ad inquirendum si quis fecerit contra hoc ordinamentum salis, et si aliquem contra hoc invenero[4] facientem, quam cicius[5] potero, d. comiti manifestabo. | [2] Et omnes denarios de introitu salis bona fide salvabo, et ubi preceperit eos d. comes dare cum tribus consiliariis vel inde supra, dabo, et a decem yperperis[6] inferius, dabo, ubi ipse mihi preceperit. | [3] Et de tota pecunia que pro hoc officio[7] ad manus meas pervenerit, non fecero inde aliquam meam utilitatem, nec de ipsa alicui comodabo[8], sed per se ipsam tenebo ad faciendum[9] utilitates[10] pro quibus antepositus sum. | [4] Et quando vocatus fuero ad consilium per campanam magni consilii, veniam, et tenebor bona fide dare rectum consilium, sicut alii consiliarii tenentur; et que[11] d. comes cum judicibus, consilio et populo invenerit aliquid crescere vel minuere, observabo, et rectam[12] ac puram racionem[13] faciam in omnibus et per omnia tam de introitu, quam de exitu salis d. comiti vel cui[14] ei placuerit cum eo esse[15], quocienscumque[16] ipse comes inde mihi dederit noticiam[17]. | [5] Hec omnia attendam bona fide sine fraude, a modo usque ad s. Michaelem de septembri[18], et inde ad unum annum[19] completum. | [6] Et fidelis ero d. duci Veneciarum[20] dum vixero, et ad d. comitem nostrum tenear fidelitatem observare, secundum modum capitularis per comunitatem[21] Ragusii sibi juratum; et pactum Veneciarum[20] observabo, et operam dabo quod ab omnibus observetur[22].

[1] D. comũi, E. communi [2] E. s. [3] D. comũis, E. communis [4] E. invenero contra hoc [5] C. E. citius [6] E. iperperis [7] C. offitio [8] D. acomodabo, E. commodabo [9] E. faciendam [10] E. utilitatem [11] E. quando [12] B. C. rectum [13] C. E. rationem [14] C. qui [15] E. cui placuerit ei cum eo, quotienscumque [16] D. quocienscunque [17] D. E. notitiam [18] E. 7bri [19] E. annum unum [20] D. E. Venetiarum [21] E. communitatem [22] C. verba: „Et fidelis ero“ usquead „ab omnibus observetur“ desunt; loco eorum post verbum „completum“ legitur: „Ad honorem individue trinitatis et beati Blasii protectoris nostri, et ad augmentum et bonum statum Ragusii“.

X.

Sacramentum custodium[1] noctis.

[1] Juro ad evangelia[2] sancta[3] Dei, bona fide sine[4] fraude custodire civitatem nostram et galeas et burgum, et nec amicum juvabo[5], nec inimicum[6] nocebo per fraudem. | [2] Et si aliquam tabernam post sonitum tercie[7] campane apertam invenero, dabit yperperum[8] unum, et in[9] mane cito manifestabo d. comiti; et si aliquem invenero cum armis, queram arma, que si non dederit dicam d. comiti, et dabit yperperos[10] quinque[11] et arma. | [3] Et si aliquem invenero sine lumine et sine armis, dabit yperperum[12] unum; et si latronem invenero, ad meum posse ipsum capiam et salvabo et dabo eum d. comiti; et si invenero in eo furtum[13], accipiam ipsum et dabo[14] d. comiti, et si cognovero eum, dicam[15] comiti. | [4] Et si aliquis

socius[16] meus fecerit aliquod malum vel aliquam[17] fraudem, cito manifestabo eum d. comiti. | [5] Et vinum[18] quod non solverit dacium[19], si potero, aprehendam illud et tollam ipsum; et eciam[32] saumerios[20] et homines qui vinum adduxerint[21] aprehendam, et tenebo illos et in[9] mane dicam d. comiti, et medietatem de illo vino habebo. | [6] Et omnia victualia que in nocte vel in die portaverit aliquis homo contra ordinem, aprehendam[22] illa victualia et hominem qui ea portaverit[23], et adducam[24] d. comiti illum, et dabit unum yperperum[8]; et de illis victualibus habebo medietatem, et de yperpero[25] habebo quartam[26] de yperpero[25]. | [7] Et si videro aut certe intellexero quod aliquis vel aliqua vendat[27] panes, dicam d. comiti, et illud quod[28] d. comes mihi adjunxerit vel minuerit, observabo; et si aliquem sciero vendere in domo victualia, dicam d. comiti, et de isto banno habebo quartam partem. | [8] Hec omnia attendam bona fide sine fraude. | [9] Et fidelis ero d. duci Veneciarum[29] dum vixero, et ad d. comitem nostrum tenear fidelitatem observare, secundum modum capitularis per comunitatem[30] Ragusii sibi juratum; et pactum Veneciarum[29] observabo, et operam dabo quod ab omnibus observetur[31]. | [10] Et eciam[32] si vinum de foris adductum videro, dicam d. comiti; et si aliquam rem videro que sit contra honorem d. comitis et communis[33] Ragusii, quam cicius[34] potero d. comiti manifestabo, et dabo operam efficaciter inde facere justiciam[35].

[1] D. E. custodum [2] E. s. [3] D. E. s. Dei evangelia [4] D. et sine [5] C. juvabo amicum [6] E. inimico [7] D. E. tertie [8] E. iperperum [9] D. im [10] E. iperperos [11] C. quattuor, E. quatuor [12] E. iperperum [13] D. invenero in eo furtum [14] C. et d. comiti [15] D. dicam domino [16] D. sotius [17] B aliquem [18] B. D. unum [19] D. datium [20] E. sumerios [21] C adduxit, B D. aduxerit [22] E. apprehendam [23] D. E. portavit [24] C. D. adducam illum [25] E. iperpero [26] E. quartum [27] E. vendit [28] D. quod mihi [29] E. Venetiarum [30] E. communitatem [31] C. verba: „Et fidelis ero . . . . ab omnibus observetur" desunt. [32] C. D. E. etiam [33] E. communis [34] C. E. citius [35] E. justitiam.

XI.

Sacramentum camerariorum ponderum et mensurarum.

[1] Juro ad s. Dei evangelia quod, bona fide sine fraude, ero studiosus stare super factum de omnibus mensuris et pesis, et de modio pegule et calcine, nec amicum juvabo, nec inimicum[1] nocebo per fraudem; et secundum ordinem quem[2] precepit[3] mihi d. comes noster[4] cum suo[5] consilio faciam. | [2] Et si apud aliquem invenero[6] falsam mensuram et pesam[7] et modium calcine et pegole[8] minorem illo qui datus fuerit, quam cicius[9] potero d. comiti manifestabo, et solvet[10] bannum yperperum unum[11], et perdet[12] ipsas mensuras[13] et pesas[14]. | [3] Et de tota illa peccunia[15] que pro hoc officio ad manus suas[16] venerit[17] non fecero inde aliquam meam utilitatem, nec alicui de ipsa comodabo[18], sed per se ipsam tenebo ad faciendum utilitatem[19] pro quibus antepositus sum, et quam cicius[9] potero dabo eam d. comiti nostro[20] vel cui ipse mihi ordinaverit: et raciones[21] omnes[22] quas sciero pertinere ad d. comitem, vel ad comune[23] civitatis Ragusii, dicto d. comiti manifestabo. | [4] Et fidelis ero d. duci Veneciarum[24] dum vixero, et ad d. comitem nostrum tenear fidelitatem observare, secundum modum capitularis per communitatem[25] Ragusii sibi juratum; et pactum Veneciarum[24] observabo, et operam dabo quod ab omnibus observetur.

*

[5] Hec omnia attendam bona fide a modo usque ad s. Michaelem de septembri[27], et inde usque ad unum[28] annum completum[29].

[1] E. inimico [2] E. quem mihi [3] E. praeceperit [4] E. comes cum [5] E. cum consilio [6] D. invero (sine ullo abbreviationis vestigio) [7] E. pesum [8] E. pegulae [9] C. E. citius [10] E. solvat [11] E. iperperi unius [12] B. D. perdet, C. E. perdat [13] B. C. D. ipsas mensuras, E. ipsam mensuram [14] B. C. D. pesas, E. pesos [15] D. pechunia, E. pecunia [16] E. meas [17] D. suas, non [18] E. commodabo [19] D. E. utilitates [20] D. comiti vel [21] C. D. E. rationes [22] E. omnes rationes [23] E. commune [24] E. Venetiarum [25] E. communitatem [26] E. Venetiarum [27] E. 7bri [28] E. ad annum [29] C. verba: „Et fidelis ero“ usque ad „annum completum“ desunt.

XII.

Sacramentum procuratorum laborerii[1] ecclesie[2] s. Marie.

[1] Ego procurator et antepositus laboreriis nostre matris ecclesie[2] s. Marie, juro ad evangelia s. Dei, et ad honorem beatissime virginis Marie, et beati Blasii pontificis et martiris[3] Dei, et omnium sanctorum, quod ab hodierna die in antea usque dum permansero in hoc officio[4], quod[5] ero studiosus in laboreriis que videro esse necessaria et magis conveniencia[6] ad utilitatem ejusdem ecclesie[7] fieri faciam studiose, et cum[8] minori precio[9] quam[10] potero, et scribam et faciam scribere omnes expensas ecclesie[7] vel alias, si fecero de precepto d. comitis nostri et sui consilii. | [2] Et de[11] omnibus et per omnia que recepero, et etiam que expendidero, faciam rectam et justam racionem[12] d. comiti, et cui sibi placuerit, duabus vicibus in anno vel pluribus ad voluntatem ejusdem[13] d. comitis; et de tota illa peccunia[14] que pro hoc officio ad manus meas pervenerit, non fecero inde aliquam meam utilitatem, nec alicui de ipsa comodabo[15], sed per se ipsam tenebo ad faciendum utilitates[16] pro quibus antepositus sum. | [3] Et illud quod d. comes noster, cum magno consilio et cum curia et sonitu campane[17], mihi adjunxerit vel minuerit observare, observabo. | [4] Hec omnia attendam bona fide sine fraude[18], et fidelis ero d. duci Veneciarum[19] usque dum vixero, et ad d. comitem nostrum tenear fidelitatem observare, secundum modum capitularis per comunitatem[20] Ragusii sibi juratum; et pactum Veneciarum[19] observabo, et dabo operam quod ab omnibus observetur[21].

Currente[22] anno Domini MCCCIX[23], indicione[24] VII[25], die sexto[26] intrante mense januario[27], tempore nobilis viri d. Andree Dauro[28], comitis Ragusii, cum consensu et voluntate[29] minoris et majoris consilii, et cum laudo populi in publica concione[30] ad sonum campane more solito in platea[31] congregata[32], statutum fuit et firmatum et additum huic statuto: | [5] quod de introitibus s. Marie qui incantantur[33] per comune[34], medietas possit accipi mutuo per d. comitem, qui per[35] tempora fuerit et suum consilium, ad faciendum[36] turres et fortiliçias[37] in[38] muro civitatis, et tantum plus medietate quantum necesse[39] videbitur d. comiti et suo consilio pro turribus et fortiliçiis[40] faciendis. Et de dictis denariis qui accipientur de dictis introitibus et de aliis qui exigentur de ipsis introitibus de tempore preterito, d. comes qui est et qui per tempora fuerit, nec per se nec per aliquod consilium aliqua causa vel racione non possit accipere[41] nec expendere in aliquo facto, nisi predictis[42] turribus et fortiliçiis[43] faciendis[44]. Si vero contingeret quod in ecclesia[45] s. Marie fieret aliquod necessarium laborerium, et ad hoc non sufficeret medietas introitus que ei dimittitur, quod

d. comes et commune[46] teneatur dare ad dictum laborerium ecclesie[47], de medietate quam debet accipere et de aliis denariis comunis[48] Ragusii, quantum necesse[49] fuerit pro dicto laborerio faciendo.

[1] E. procuratorum ecclesiae [2] C. eclesie, D. ec͞lie [3] E. martyris [4] C. offitio [5] E. officio ero [6] D. E. convenientia [7] C. eclesie [8] E. cum quo [9] E. pretio — precio [10] E. pretio potero [11] D. Et omnibus [12] C. E. rationem [13] E. dicti [14] C. E. pecunia [15] E. commodabo [16] E. ad faciendum utilitatem [17] D. campanarum [18] C. sine fraude, bona fide [19] E. Venetiarum [20] E. communitatem [21] C. verba: „et fidelis ero .... ab omnibus observetur“ desunt [22] C. curente [23] C. „millesimo trecentessimo nono“, D. MᵒCCCᵒIX“, E. „1309“ [24] C. D. inditione, E. indictione, inditione [25] C. septima, D. VIIa, E. 7 [26] E. 6. [27] D. Januār [28] D. Da͡ur, E. Dauri [29] E. consensu minoris [30] C. contione [31] E. solito congregati [32] E. congregati [33] D. incantatur, E. incantentur [34] E. commune [35] C. qui tempora [36] E. faciendas [37] C. forticilias (sic), D. fortilicias, E. fortilitias [38] D. im [39] E. neccesse [40] C. fortiliciis, E. fortilitiis [41] B. C. D. accipere [42] C. D. pro dictis [43] C. D. fortiliciis [44] E. verba: „et de dictis denariis qui accipientur“ usque ad „faciendis“ desunt. [45] C. eclesia [46] D. comune [47] C. eclesie [48] C. comunis E. communis [49] B. necce͞, C. D. necesse.

XIII.

Sacramentum procuratorum qui sunt antepositi ad exigendum redditus et raciones[1] s. Marie.

[1] Ego procurator et antepositus negociis[2] nostre matris ecclesie[3] s. Marie, juro ad sancta Dei evangelia, et ad honorem beatissime[4] virginis Marie, et beati Blasii pontificis et martiris[5] Dei, et omnium sanctorum, quod ab hodierna die in antea usque dum permansero[6] in hoc officio, quod ego[7] ero studiosus excutere omnes raciones[8] que pertinent ad eclesiam[9] s. Marie, parvas vel magnas, novas et[10] veteres, et omnia que recipero[11] vel alius pro me receperit, scribam vel faciam scribere recta mente per ordinem. Et omnes expensas quas fecero in utilitatem ejusdem ecclesie[3] similiter faciam scribere vel scribam; et de omnibus et per omnia, que recipero[12] et que expendidero, faciam rectam et justam racionem[13] d. comiti, vel cui sibi placuerit, duabus vel pluribus vicibus in anno, ad voluntatem ejusdem d. comitis. | [2] Et eciam[14] de ipsa pecunia[15] inprestabo[16] ad voluntatem communis Ragusii, quantum[17] mihi preceperit, et ubi dixerit d. comes per majus consilium et per curiam et cum sonitu campane, et illud quod inprestavero[18] ero studiosus rescutere[19] bona fide sine fraude ad meum posse; et illud quod d. comes noster cum magno consilio et cum curia et sonitu[20] campane mihi adjunxerit vel minuerit observare, observabo in totum. | [3] Et de tota illa pecunia[21] que pro hoc officio ad manus meas pervenerit, non faciam[22] aliquam meam utilitatem, nec alicui de ipsa comodabo[23], sed per se ipsam tenebo ad faciendum utilitates pro quibus antepositus sum. | [4] Hec omnia observabo bona fide, a modo usque ad unum annum vel ad complementum unius anni, a tempore quando[24] d. comes incipit facere regimen. | [5] Et fidelis ero d. duci Veneciarum[25] usque dum vixero, et ad d. comitem nostrum tenear fidelitatem observare, secundum modum capitularis per comunitatem[26] Ragusii sibi juratum; et pactum Veneciarum[27] observabo, et operam dabo quod ab omnibus observetur[28].

[6] Curente[29] anno Domini MCCLXXXI[30], die X[31] intrante mense[32] novembris[33], per nobilem virum d. Andream Dandulo, comitem Ragusii, et

suum parvum consilium, ordinatum et firmatum fuit: quod procuratores ecclesie[3] s. Marie, qui erunt per tempora, per sacramentum teneantur exigere omnes introitus et reditus[34] dicte ecclesie[3], quod erit ad exigendum suo tempore et non dimittere aliis procuratoribus[35] qui veniunt post eos, aliquid ad exigendum de[36] eo quod exigi debuerit suo tempore, et hoc sub pena et banno yperperorum[37] x[38] pro quolibet, et advocatores comunis[39] teneantur ipsos procuratores placitare si contrafecerint[40] predicta.

C.

Juro ad s. Dei evangelia quod fidelis ero d. duci Veneciarum et d. meo comiti Ragusii, et omnia que continentur in pacto inter comune Veneciarum et comune Ragusii sta-

gusii stabilito, et omnia alia que alii Ragusini[7] et d. duci et d. comiti jurant, firmiter observabo. | [2] Et dabo operam toto posse, bona fide sine fraude, ut homines de insula Juppane[8], Dalafodi[9] et Calofodi[10] dictis dominis[11] duci et comiti fidelitatem observent. Et studiosus ero, bona fide sine fraude, omnia furta et dampna[12] que sunt actenus[13] facta[14], vel de cetero fient in dictis insulis, aut[15] in[16] barcis[17] vel aliis lignis in[16] portu dictarum insularum commorantibus, tam in vineis, animalibus omnibus quam in fructibus, sive eciam[18] in omnibus aliis rebus, inquirere et inquiri facere. Et omnia furta et dampna[12] que non poterunt[19] reperiri, comunitates[20], in quibus predicta fient, dictarum[21] insularum integraliter solvi faciam. | [3] Et de illis dampnis[22] et furtis que manifestabo, medietatem partis comunis[23] habebo. | [4] Et si aliqua jura est vel fuerit[24] aliquo tempore de furtis et dampnis[22] non manifestandis in supradictis insulis facta, dabo operam toto posse quod frangetur[25] et nullatenus teneatur[26]; quod si facere non potero[27], eos qui in ipsa jura fuerint in scriptis d. meo comiti[28], bona fide sine fraude, quam cicius[29] potero manifestabo et dabo[30]. | [5] Et omnes honorificencias[31] quas d. meus[32] comes debet habere in dictis insulis sibi dabo, et ab omnibus ipsarum[33] insularum integraliter dari faciam[34]. Et in dictis insulis pro comite commorabor[35] donec d. meo comiti complacebit. Hec autem omnia bona fide sine fraude, salva fidelitate d. ducis, firmiter observabo. | [6] Et omnia precepta que d. meus comes[36] mihi[37] imposuerit pro isto comitatu, attendam et toto posse complebo. | [7] Insuper omnia furta, dampna[38] et[39] injurias quas scire et invenire potero[40], quam cicius[41] potero[40], bona fide d. comiti manifestabo.

bilito, et omnia alia que alii Ragusii (sic) et d. duci et d. comiti jurant, firmiter observabo. Et dabo operam toto posse, bona fide sine fraude, ut homines de insula Juppane, Dalafodi et Calafodi dictis dominis duci et comiti fidelitatem observent; et studiosus ero, bona fide sine fraude, omnia furta et dampna que sunt actenus facta, vel de cetero fient in dictis insulis, aut in barcis vel aliis lignis in portu dictarum insularum commorantibus, tam in vineis, animalibus omnibus, quam in fructibus, sive etiam in omnibus aliis rebus, inquirere et inquiri facere. Et omnia furta et dampna que non poterint reperiri, comunitates, in quibus predicta fient, dictarum insularum integraliter solvi faciam. Et de illis dampnis et furtis que manifestabo, medietatem partis comunis habebo. Et si aliqua jura est vel fuerit aliquo tempore de furtis et dampnis non manifestandis in supradictis insulis facta, dabo operam toto posse quod frangetur et nullatenus teneatur; quod si facere non potero, eos qui in ipsa jura fuerint in scriptis, d. meo comiti, bona fide sine fraude, quam citius potero manifestabo et dabo. Et omnes honorificentias quas d. meus comes debet habere in dictis insulis sibi dabo, et ab omnibus ipsarum insularum integraliter dari faciam. Et in dictis insulis pro comite comoraobor (sic) donec d. meo comiti complacebit. Hec autem omnia bona fide sine fraude (sic). Insuper omnia furta, dampna et injurias quas scire et invenire potero, quam citius potero bona fide d. comiti manifestabo.

[1] D. sacramentum insularum [2] E. Delafodi [3] E. Calamoti, Calamotti [4] E. Venetiarum [5] D. Ragusino, E. Racusino [6] E. commune [7] E. Racusei [8] D. Jupane [9] E. Delafodi [10] E. Calafodi [11] D. domino [12] E. damna [13] E. hactenus [14] D. que hactenus sunt facta [15] E. vel [16] D. im [17] E. barchis [18] D. E. etiam [19] D. potterunt [20] E. communitates [21] E. „dictarum" ommissum [22] E. damnis [23] E. communis [24] E. erunt vel fuerint [25] E. frangantur [26] E. teneantur [27] D. pottero [28] D. commiti [29] D. E. citius [30] E. „et dabo" deest [31] D. E. honorificentias [32] B. C. D. meus, E. quas comes [33] D. dictarum, E. insularum ipsarum [34] E. dari faciam integraliter [35] B. commobor (sic), C. comoraobor (sic), D. comobor (sic), E. commorabor [36] E. comes meus [37] D. michi [38] E. damna [39] D. dampna, injurias [40] D. pottero [41] D. E. citius.

Explicit liber secundus, incipit tercius (B. C.).

(Finis libri secundi statutorum E.)

I.

De ordine judiciorum[1], et terminis qui dantur in judiciis[2].

[1] Ut de cetero super ordine[3] judiciorum[4] altercaciones[5] et dubitaciones[6] quelibet sopiantur, statuimus quod si aliquis Raguseus de alio Raguseo racionem[7] habere intendit, primo veniat ad d. comitem vel ad eum qui loco ejus fuerit, a quo mandatum recipiat, videlicet ut precipiatur illi quem convenire intendit, quod[8] certa die et hora coram eis compareat. | [2] Qui postquam[9] venerit coram eodem comite[10], vel eo[11] qui loco ipsius fuerit, poterit[12], si voluerit, ab eo inpetrare[13] inducium octo dierum. Quo inducio elapso, debet iterum comparere et advocatorem petere quemcunque ipse voluerit, qui pro eo respondeat secundum consuetudinem civitatis; quod si ipse[14] advocator absens fuerit de Ragusio, d. comes, vel qui pro eo fuerit, cum sua curia provideat super hoc de termino competenti, prout ei videbitur melius, infra quem[15] reddire[16] possit Ragusium[17]. | [3] Que omnia locum habeant, nisi[18] questio fuerit de debito quod aliquis contraxerit volens ire ad aliquod viagium[19], et reddiens[20] a primo viagio[21] super eo vocetur ad curiam: tunc enim inducium[22] super hoc habere non possit ad respondendum, nisi trium dierum tantum, infra quos dies exire non possit de civitate. [4] Sed si infra constitutum terminum advocator predictus venerit vocatus ad placitum, habeat alium terminum octo dierum, quibus completis possit, si voluerit, curiam d. comitis reffutare[23]. | [5] Et tunc ambe partes elligere[24] debeant judices de foris ad suam voluntatem: ita quod[25] pars que reffutaverit[26] curiam d. comitis, primo elligat[27] et nominet suos judices, et si judices illi ellecti[28] alteri parti placuerint, sit ipsum placitum coram eis. Si autem parti interpellanti non placuerint, pars ipsa[29] que interpellat secundo elligat[27] alios judices, qui si parti vocate ad placitum placuerint, sit dictum placitum coram illis: sed si non placuerint judices ipsi alteri parti tantum, nominet una pars alteri judices, donec concordent: qui si concordare non poterint, teneatur illa pars vocata reddire[30] ad curiam d. comitis, et[31] coram eo et suis judicibus respondere, vel se in terram prohiciendi[32], et istud redire[33] ad curiam pars vocata teneatur infra terminum, quod d. comes et sui judices ordinabunt[34].

C.

[6] Anno Domini millessimo trecentissimo octuagesimo septimo[35], die tercio decimo[36] mensis madii[37]. Nos Johannes[38] de Grede, rector Ragusii, cum nostro minori et[39] majori consilio, et cum laude[40] populi in publica concione more solito congregati, premeditantes quod refutatio judicum et dilatio indutiorum occassiones[41] sunt ut tardius jus exibeatur[42]; volentes etiam illorum obviare malitiis qui jura aliorum dilatare mituntur et ut celerius justicia[43] exibeatur[42], statuimus et ordinamus | [7] quod d.[44] rector cum uno judice jurato curie possit et valeat audire, examinare et omnes processus in causa necessarios facere, ac etiam diffinire[45] et per sentenciam[46] judicare, prout d. rector cum curia facere actenus[47] poterat, omnes questiones et placita a modo in antea litiganda, videlicet ab yperperis[48] decem et infra, tantum in placitis et questionibus civilibus, et hoc quandocunque[49] predicto[50] d. rectori videbitur. | [8] Si vero d. rector non se concordaret[51] in oppinione[52] cum uno judice, tunc d. rector et judex vocent et assumant sibi aliquem judicem ex judicibus curie, qui per majorem partem et rectoris et duorum[53] judicum procedant[54], et judicent[55] placitum illud. Et quicquid fuerit judicatum per d. rectorem et unum judicem, si concordes erunt in oppinione[52], vel per majorem partem ipsorum si duo fuerint judices, et sit[56] firmum et ratum et executioni mandandum a decem yperperis[48] infra, prout dictum est. | [9] Ceterum volumus quod in placitis et questionibus de predicta quantitate yperperorum[57] decem, nulla partium litigantium possit judicem vel judices reffutare, seu inducium vel inducia sive terminos petere vel habere. Verumtamen si predicto d. rectori et judici vel majori parti, existentibus duobus ju-

dicibus, prout dictum est, videbitur dare terminum vel terminos partibus litigantibus, secundum qualitatem placiti, valeant hoc facere: ita tamen quod predictus terminus seu termini non transscendat[58] ultra terminos et inducia in statuto contenta, non obstantibus aliquibus statutis huic ordini seu statuto contradicentibus.

[1] C. juditiorum [2] C. juditiis, E. „in judiciis“ deest [3] C. super omnes (sic) [4] D. juditiorum [5] C. D. E. altercationes [6] C. E. dubitationes [7] C. D. E. rationem [8] E. pro [9] D. priusquam [10] D. E. d. comite [11] D. vel qui [12] E. potterit [13] C. E. impetrare [14] D. si advocator [15] C. quem terminum [16] E. redire [17] C. Raguseus (sic) [18] C. si [19] E. viaggium [20] E. rediens [21] E. viaggio [22] D. tunc enim super [23] B. D. reffutare, C. refutare, E. reffutare, refutare [24] C. eligere, E. elligere, eligere [25] E. itaque [26] C. E. refutaverit [27] C. E. eligat [28] C. E. electi [29] E. illa [30] E. redire [31] E. comitis coram [32] C. prohicere, E. proijcere [33] D. reddire [34] B. D. *sequentia desunt* [35] E. 1387 [36] E. 13 [37] E. maij (sic) [38] E. Joannes [39] E. ac [40] E. laudo [41] E. judiciorum occasiones [42] E. exhibeatur [43] E. justitia [44] E. quod rector [45] E. deffinire, diffiuire [46] E. sententiam [47] E. hactenus [48] E. iperperis [49] E. quandocumque [50] E. quandocumque d. rectori [51] E. concordaverit [52] E. opinione [53] E. dictorum [54] E. procedat [55] E. judicet [56] E. et firmum [57] E. iperperorum [58] E. transcedant.

II.

De illis[1] qui possunt judices dejactare.

[1] Interpellator dejactare potest unum judicem et[2] duos, si occassionem[3] habuerit; interpellatus unum, vel duos aut[4] tres, ita tamen quod placitum coram d. comite et judicibus non dejetatis[5] procedat. | [2] Si autem tot fuerint de judicibus dejetatis[5] quod d. comes cum uno tantum judice[6] remaneat, vel quod non sit curia, possint partes comunes amicos eligere[7], coram quibus placitent, vel redire ad curiam si voluerint.

[3] Anno Domini MCCCXIII, indicione duodecima, die quintodecimo mensis junii[8], tempore d. Petri Geno, comitis Ragusii, in[9] majori consilio ad sonum campane[10], ut moris est, congregato, declaratum fuit dictum statutum de judicibus dejactandis: in questione[11] alicujus dacii[12] vel duane[13] comunis, vel gabelle S. Marie et piscarie[14], vel in quolibet alio dacio[15] vel duana[16] comunis, per comune vel per aliquam personam judices reffutari[17] non possunt.

[4] Currente[18] anno Domini MCCLXXXXIII, die XVIII[19] junii, per nobilem militem d. Marinum Badoarium, comitem Ragusii, et per majus consilium congregatum[20] sonitu campane more solito, interpretatum et determinatum[21] fuit hoc statutum: quod si comune habuerit aliquam questionem cum aliqua speciali persona, quod tam pro parte comunis quam pro parte illius specialis persone possint judices dejactari, secundum quod possunt[22] alii homines inter se, secundum formam istius statuti, hoc intelligendo in questionibus quibus libet. | [5] In maleficiis[23] seu criminalibus vero[24] questionibus, judices dejactari non possint[25], secundum antiquam consuetudinem.

C.

[6] Anno[26] MCCCLIIII[27], indicione septima[28], die secundo[29] mensis augusti, in majori consilio sono campane more solito congregato, cum laudo populi in publica concione, additum fuit huic statuto de judicibus dejactandis: quod tam ille cui[30] petitur, quam ille qui petit, si voluerit judices reffutare, et erit[31] aliquis judex illo tempore attinens illi qui reffutat vel alteri parti, quod ille qui fuerit consanguineus vel attinens, non valens sedere secundum formam statuti, sit de numero illorum qui debent refutari.

[1] D. hiis [2] E. vel [3] E. occasionem, ocasionem [4] E. vel [5] C. deiectatis (utroque loco), D. E. dejactatis [6] E. cum uno judice tantum [7] D. elligere [8] C. millessimo trecentessimo quartodecimo, D. M°CCC°XIIII indit. XII[a] die quintadecima mensis junii, E. Anno Domini 1314, indictione 12, die 15. mensis junii [9] D. im [10] D. campanarum [11] B. questionē, C. D. questionem, E. questione [12] C. D. datii [13] E. dohane communis [14] D. pischarie [15] D. datio [16] E. dohana communis per commune [17] E. refutari [18] C. ante verbum „currente“ literis rubris: „*Cum comuni possunt dejactari judices*“ [19] C. E. currente, D. M°CCC°LXXXXIII°, E. 1293., C. die octavo, D. XVIII, E. 8. Junij [20] B. C. congregati (sic), D. E. congregatum [21] C. E. interpretatum fuit hoc [22] B. post̄, C. E. possunt [23] E. maleficiis vero seu [24] E. criminalibus questionibus [25] C. possunt [26] B. D. verba: „Anno“ usque „refutari“ desunt [27] E. 1354. [28] E. indictione 7 [29] E. die . . mensis (lacuna punctis notata) [30] E. a quo petitur [31] E. judices refutare potest et cum aliquis judex.

III.

De judicibus qui de foris eliguntur[1].

[1] Statuimus quod si quando aliquis vocatus ad placitum curiam d. comitis reffutaverit[2], vel ante quam reffutet ellegerit[3] judices de foris, et ipsos judices ambe partes concordant[4], sive sit unus judex[5] sive plures, ambe partes concorditer ibunt ad eos; qui judices, si in se placitum ipsum receperint, statuant[6] eis tempus et locum, ubi et quando ambe partes compareant coram se; et auditis ab eis et intellectis questionibus et placitis ipsis, judices ipsi bona fide et secundum bonam conscienciam[7], et eciam[8] secundum consuetudinem Ragusii, dent sentenciam[9] inter eos. | [2] Et nulla ex illis partibus, postquam in eis consenserint ante sentenciam[9] vel post sentenciam[9], possit ipsos judices reffutare[10]. Et si forte aliqua ex partibus reffutaret[11] judices illos, nichilominus[12] ipsi possint suam sentenciam[9] dicere. | [3] Sed[13] si forte aliquis ex ipsis[14] judicibus, vel omnes, propter prohibicionem[15] illorum qui eos reffutaverint[16], vel ex alia causa, nolent[17] sentenciam[9] dicere, d. comes, vel qui pro eo fuerit, cum sua curia constringet eos per sacramentum, et[18] sub certa pena injungens[19] quod dicant sentenciam[9] ipsam. Et sentencia[20] quam ipsi dixerint sit firma et rata. | [4] De qua sentencia[20], teneantur ipsi judices facere cartam[21] publicam parti que vi-

cerit[22], infra triginta dies a tempore dicte sentencie[23]: que si facta non fuerit, post dictum terminum sentencia[20] ipsa sit nullius valoris.

[1] B. eligutur (sic), D. elliguntur, E. eliguntur [2] E. refutaverit [3] E. elegerit [4] E. concordent [5] B. iudes (sic) [6] E. statuent [7] C. D. E. conscientiam [8] C. D. E. etiam [9] C. D. E. sententiam [10] E. refutare [11] E. refutaret [12] E. nihilominus [13] B. D. Sed, C. E. Et [14] D. dictis, E. illis [15] C. E. prohibitionem [16] E. refutaverint [17] E. nollent [18] D. vel [19] B. iniugens, C. D. E injungens [20] C. D. E. sententia [21] B. certam (sic), C. D. cartam, E. chartam [22] C. vincerit [23] C. D. E. sententie.

IV.

Qualiter judices de foris electi[1] judicare debent.

[1] Illi qui de voluntate ambarum parcium[2] judices de foris elligantur[3], judicare debeant[4] omnia que placitantur coram eis, cum omni consuetudine que habetur in curia d. comitis. | [2] Ita tamen quod qui eos elligunt[5] non possint se jactare in terram, nec exire extra civitatem ad placitandum, nec habere inducias nisi octo dierum.

[1] D. ellecti, E. electi [2] D partium ambarum, E. partium [3] B. elligantur, C. elligerint, D. elliguntur, E. eliguntur [4] B. C. D. debeant, E debent [5] E. eligunt.

V.

De fratribus inter se placitantibus.

[1] Fratres ex diversis parentibus[1] nati, si inter se habuerint placitum, pars que vocatur, reffutare[2] possit curiam Ragusii, si voluerit, et eciam[3] extraere[4] aliam partem ad placitum[5] extra Ragusium, vel in Ragusio extra curiam d. comitis. | [2] Hoc idem locum habeat inter fratres ex utroque parente[6], si divisi fuerint inter se.

[1] E. patribus [2] E refutare [3] C. D. E. etiam [4] D. E. extrahere [5] C. E. placitandum [6] B. „parente“ in rasura.

VI.

De patribus cum filiis suis litigantibus.

Pater vel mater extrahere ad placitum extra Ragusium filios vel filias non potest, nec e converso[1] filius vel filia patrem vel matrem: in curia autem d. comitis habent[2] inter se[3] omnem[4] consuetudinem Ragusii, tam in[5] induciis[6] quam in jactando se in terram, quam in elligendo[7] judices de foris, et in omnibus aliis.

[1] B. E. e conuerso, C. ex conuerso, D. ecconverso [2] E. habeat, habent [3] E. „inter se“ ommissum [4] D. communem [5] C. tam induciis [6] D. indutiis [7] E. eligendo.

VII.

De uxore vocata ad placitum cujus vir est absens.

[1] Si aliqua mulier[1] vocatur[2] ad placitum cujus maritus sit[3] a[4] Ragusio absens[5], volumus, quod si ipsa hoc pecierit[6] a d. comite, vel ab eo qui pro eo fuerit, et sua curia, habeat terminum ad respondendum, donec

reddeat[7] maritus suus, qui, postquam reddierit[8], teneatur pro ea respondere secundum consuetudinem civitatis. | [2] Si vero mulier ipsa ante adventum viri[9] sui intraret ad placitum, vel eciam[10] presente viro suo in Ragusio, sine voluntate ipsius[11] mariti, maritus ipse possit placitum ipsum rumpere, si voluerit, et renovare; et quicquid[12] actum est cum muliere ipsa, pro nichilo[13] habeatur: | [3] quia uxor subjecta est viro suo.

[1] E. mulier aliqua [2] E. vocata [3] D. maritus a [4] E. e Racusio [5] D. sit absens [6] C. D. E. petierit [7] C. E. redeat [8] C. E. redierit [9] C. mariti [10] C. D. E. etiam [11] D. voluntate mariti [12] C. E. quidquid [13] E. nihilo.

VIII.

De filio vocato ad placitum absente patre.

[1] Filius in potestate patris constitutus, vocatus ad placitum coram d. comite, vel[1] qui pro eo fuerit, et[2] sua curia, absente patre respondere minime teneatur. Sed si pater ipse in viagio[3] fuerit, et filius patrem suum expectare pecierit[4], d. comes, vel qui pro eo fuerit, cum sua curia hoc ei concedet[5]. Veniens autem pater pro suo filio ad voluntatem suam secundum usum[6] civitatis Ragusii respondebit. | [2] Sed si filius ipse ante adventum patris in viagium[7] ire voluerit, dimitet[8] et ordinet responsorem, qui simul cum patre suo pro eo respondeat; quem si ordinare noluerit ante adventum patris, in viagium[7] ire non possit. | [3] Si autem pater ipsius non fuerit Raguseus, set[9] habitator alterius civitatis, filius vero fuerit Raguseus, d. comes, vel qui pro eo fuerit, cum sua curia dabit eidem terminum, infra quem pater possit venire Ragusium; et ipse filius, si hoc voluerit, infra terminum sibi datum ire possit pro patre suo sine aliqua pena.

B.

[4] Que locum habent, nisi filius ipse stet in stacione, vel exerceat alias mercaciones; tunc enim super ipsis mercacionibus[10] teneatur respondere, sicut alii Ragusei[11].

C.

Que locum habent, nisi filius ipse stet in statione; tunc enim[12] super ipsis mercationibus[13] teneatur respondere, sicut alii[14] Ragusei.

[1] E. vel illo [2] C. E. fuerit in sua [3] E. viaggio [4] C. D. E. petierit [5] C. concedat [6] E. usus [7] E. viaggium [8] C. D. E. dimittet [9] C. D. E. sed [10] D. merchationibus [11] D. Ragusii [12] E. tunc super [13] E. mercatoribus [14] E. ceteri.

IX.

De muliere vidua vocata ad placitum.

Mulier vidua vocata ad placitum, si patrem, vel filium, aut fratrem, sive generum absentem extra civitatem Ragusii habuerit, et ipsum in advocatorem suum[1] pecierit[2], d. comes, vel qui pro eo fuerit, cum sua curia dabit eidem vidue terminum ad expectandum predictum advocatorem, in duplum de eo quod daret aliis hominibus Ragusii. Qui si infra ipsum terminum venerit, teneatur respondere pro ipsa muliere, secundum consuetudinem civitatis.

[1] E. advocatorem petierit [2] C. D. E. petierit.

X.

De patre vocato ad placitum, qui petit filium expectare.

[1] Vocatus ad placitum si filium in viagio[1] habuerit absentem, et ipsum in advocatorem pecierit[2], d. comes, vel qui pro eo fuerit, cum sua curia, habito respectu ad viagium[3] ipsius filii, debeat eidem patri terminum secundum suum arbitrium dare, ad expectandum eum, et pater ipse infra ipsum terminum possit ire, vel mittere pro filio suo predicto, sine aliqua pena. | [2] Hoc idem intelligendum est de fratre ad fratrem[4], de socero ad generum. et de genero ad socerum.

[1] E. viaggio [2] C. E. petierit [3] E. viaggium [4] C. fratrem et de.

XI.

De contumacibus.

[1] Ter vocatus ad curiam pro aliquo placito si contumax fuerit et non venerit, et questio[1] fuerit super re stabili, volumus quod interpellator ponatur in[2] possessione[3] illius rei quam petit. Si autem questio esset super aliqua quantitate pecunie[4], petitor ponatur in[2] possessione[5] rerum contumacis, pro mensura debiti quod petit. | [2] Et in utroque casu, vicarius qui[6] eum in possessionem ponit habeat yperperum[7] unum. | [3] Et veniens contumax possit recuperare possessionem suam, restituto yperpero[8] et aliis expensis ipsi interpellanti[9], secundum capitulum[10] de illis[11] qui se jactant in terram.

[1] E. quando [2] C. D. im [3] E. possessionem, posessionem [4] C. D. peccunie [5] C. im possione (sic), E. possessionem [6] C. E. quod [7] E. iperperum [8] E. iperpero [9] E. interpellato [10] D. capitullum [11] D. illi.

XII.

De illis qui se jactant in terram et nolunt respondere.

[1] Damus licenciam[1] vocato ad placitum, si hoc elegerit[2], se jactandi in terram, qui non teneatur, cum se in terram jactaverit, respondere. D. autem comes, vel qui pro eo fuerit, cum sua curia precipiat vicario suo, ut recepto ab eo qui interpellat, yperpero[3] uno, quod yperperum[4] erit ipsius vicarii, eundem interpellantem[5] inducat in[10] possessionem bonorum illius qui se jactavit in terram, secundum modum infrascriptum, videlicet: quod si vocatus fuit[6] qui se jactavit in terram, super aliqua re stabili vel inmobili[7], vicarius ipse[8] ponet interpellantem[9] in[10] possessione[11] ipsi rei[12] stabilis. | [2] Si vero vocatus fuerit[13] super mobili, vicarius ponet interpellantem[14] in possessione[15] bonorum ejus qui se jactavit in terram, assignans ei tantum de bonis ipsius que valeant[16] duplum illius quod petebatur. | [3] Et si ille qui se jactavit in terram pecierit[17] a d. comite et sua curia cartam[18], qualiter se jactavit in terram. et in quam possessionem[19] interpellator positus sit, carta[20] ipsa sine aliquo precio[21] fiat sibi. Et quandocumque[22] qui se jactavit in terram recuperare voluerit bona sua[23], restituat eidem interpellanti[24] dictum yperperum[25]. quo recepto, interpellator bona sua sine dampno[26] et calumpnia[27] eidem restituere teneatur. | [4] Et

si interpellator ipse[28] positus fuerit in[29] possessionem[30] vinee debitoris, qui se jactavit in terram, in[29] primo anno expensas aliquas in ipsa vinea fecerit, et ante tempus vindemiarum vineam ipsam debitori suo, patrono vinee, ut dictum est, restituerit, omnes expense ipse facte per creditorem, ab ipso debitore, secundum extimacionem[31] proborum virorum, qui ad hoc de comuni[32] voluntate elligentur[33], restituentur eidem: bona autem illa, sicut sunt, restitui debent. | [5] Nec interpellator possit aliquid pro melioracione[34] petere, si meliorata sunt; nec ille qui se jactavit in terram possit aliquid pro deterioracione[35] petere, si pejorata sunt, nec fructus nec aliquid aliud. | [6] Quibus bonis sibi restitutis, vocatus ipse teneatur interpellanti omnino[36] respondere, si hoc interpellator voluerit; et debitor ipse non possit habere aliquod inducium, nisi octo dierum tantum, et non ultra, post quos dies nulla ex illis partibus reffutare[37] vel fugere curiam possit. Si autem interpellator noluerit coram illa curia convenire debitorem illum, sed[38] voluerit aliam curiam expectare, licitum sit ei hoc facere; et cum alia curia fuerit, possit interpellare ipsum cum omni consuetudine civitatis. Et debitor similiter respondeat cum omni consuetudine civitatis[39], et habeat omne inducium quod datur aliis Raguseis. | [7] Istum autem ordinem servari volumus super assignandis bonis debitoris qui se jactavit[40] in terram: quod primo assignentur denarii, seu ulcimonia, si ipsa debitor habeat; que si ad satisfacionem[41] non sufficiant[42], assignentur ipsius animalia; que si non sufficiant vel non sint[43], naves, barcusii et alia navigia, sive in[29] parte sive in totum sint ipsius debitoris, assignabuntur creditori ipsius, pro illis videlicet partibus que[44] sunt sue. Que omnia si non fuerent[45] vel non sufficerent[46] pacamentum[47], servi[48] ipsius debitoris[49] assignabuntur sibi; qui[50] similiter si non sufficient[51], creditori ipsi ancille debitoris [2] assignabuntur. Que omnia si ad satisfacionem[53] debiti non sufficient, tunc in[54] possessionem rerum stabilium ipse creditor ponetur, secundum formam prescriptam. Sed si ex una re posset creditori ad plenum satisfieri, creditor non possit petere duas. | [8] Addimus etiam quod si interpellatus pro aliquo debito qui jactaverit se in terram, non habuerit mobile sive stabile quod possit assignari[55] interpellanti, vel habuerit sed non sufficerint[56], teneatur vicarius assignare illi personam ejus qui se[57] jactavit in terram. et tunc locum habeant eciam[58] omnia supradicta.

[1] C. D. E. licentiam [2] D. ellegerit [3] E. iperpero [4] E. iperperum [5] B. C. D. interpellantem, E. interpellatorem [6] E. fuerit [7] D. mobili, E. immobili [8] E. vicarius ponet [9] E. interpellatorem [10] D. im [11] C. E. in possessionem [12] B. ipi rei stabilis, C. E. ipsius stabilis [13] C. fuit [14] E. interpellatorem [15] B. C. D. possessione, E. in possessionem [16] D. valeat [17] D. E. petierit [18] E. cartam, chartam [19] E. possessionem, posessionem [20] E. carta, charta [21] C. E. pretio [22] D. quandocunque ipse [23] C. E. bona fide restituat [24] E. restituat interpellanti [25] E. iperperum [26] E. damno [27] E. calumnia [28] D. interpellator positus [29] C. D. im [30] C. E. possessione [31] C. E. exstimationem [32] D. E. communi [33] C. E. eligentur [34] C. E. melioratione [35] C. E. deterioratione [36] E. omni modo [37] E. refutare [38] D. si [39] E. „Et debitor — civitatis" ommissa [40] E. jactavit se [41] C. satisfationem, E. satisfactionem [42] C. suffitiant [43] C. sunt, D. possint [44] B. qui (sic), C. D. E. que [45] C. E. fuerint [46] E. sufficient [47] E. pagamentum [48] B. C. sm = secundum. In C. correctum: serui, D. secundum, E. servi [49] C. debitores [50] E. quod [51] E. sufficiet [52] B. C. debitori [53] C. satisfationem, E. satisfactionem [54] C. D. im [55] B. asignari [56] E. sufficeret [57] B. „se" in margine adscriptum, C. se qui (sic) [58] C. D. E. etiam.

XIII.

De vocato ad placitum qui est supra viagium[1].

[1] Si super enticis et colloganciis[2] et credenciis[3] aliquis vocetur ad curiam, et veniens dicat et[4] probet se esse supra[5] viagium[1], d. comes cum sua curia, habita provisione supra[5] ipsum viagium[1], dabit ei de reddeundo[6] ad faciendum racionem[7] terminum competentem. | [2] Et si infra ipsum terminum non venerit, nec fuerit qui pro eo respondeat, d. comes ponet creditorem in[8] possessionem bonorum ipsius, secundum formam datam super illis qui se jactant in terram. | [3] Si autem qui recipit[9] enticam, colloganciam[10] aut credenciam[11] cum ipsis[12], diu moram contraxerit extra Ragusium, et ille qui dedit sibi enticam, colloganciam[10] aut credenciam[13] super hoc pecierit[14] a d. comite sibi fieri racionem[7], d. comes cum sua curia, habito respectu et provissione[15] ad locum ubi debitor ipse dicitur comorari[16], statuat ei terminum, sicut sibi videbitur melius, infra quem si non venerit, predictus d. comes cum sua curia faciat racionem[7] interpellanti, secundum formam predictam de illis qui jactant[17] se in terram.

[1] E. viaggium [2] C. collogantiis, D. E. collegantiis [3] C. E. credentiis [4] D. quod [5] D. E. super [6] D. redeundo, E. reddendo [7] C. E. rationem [8] D. im [9] D. recepit [10] C. collogantiam, D. E. collegantiam [11] C. D. E. credentiam [12] E. „cum ipsis" ommissa. [13] D. E. credentiam [14] C. E. petierit [15] E. provisione [16] C. E. commorari [17] D. E. se jactant.

XIV.

De induciis[1] mensis augusti.

[1] Si aliquis vocatur ad[2] placitum et inducium petat, et ipsum inducium deveniat a primo die augusti in antea, | [2] volumus quod occasione[3] vendemiarum[4] usque ad s. Michaelem respondere minime teneatur. | [3] A festo autem s. Michaelis in antea hoc respondeat ordine, quod illas[5] consuetudines quas prius habuit[6], non habeat iterum, exceptis ultimis octo[7] diebus, quos habeat[8], sive prius habuerit sive non.

[1] D. indutiis [2] E. et, ad [3] D. occhasione [4] C. D. E. vindemiarum [5] D. verba: „hoc respondeat ordine, quod illas" desunt [6] B. prius non habuit. C. D. E. prius habuit [7] B. C. D. octo, E. 8 [8] E. habet.

XV.

Existens supra viagium[1] infra terminum sibi datum possit recedere.

[1] Homo qui vocatur ad placitum super aliis et non de presenti viagio[2], si fuerit supra viagium[1], quod probari possit, et pecierit[3] a d. comite et sua curia terminum[4] octo dierum et habuerit, possit infra illos octo dies ire in predictum viagium[1] sine aliquo impedimento curie. Sed si usque ad octavum diem steterit in civitate Ragusii, omnino teneatur respondere, secundum usum civitatis ipsius. | [2] Si vero, postquam receperit terminum, vellit[5] accipere viagium[1], recedere de civitate non possit[6], nisi dimisso procuratore suo legittimo[7], qui pro eo respondeat et satisfaciat, si a curia condempnetur[8]. | [3] Excepto si interpellatus possideret bona sta-

bilia, valencia[9] debitum, quod petitur ab eo, tunc enim sufficiat ordinare procuratorem, et obligare[10] pro eo bona sua.

[1] E. viaggium [2] E. viaggio [3] C. petierit, E. et a d. [4] E. terminum petierit [5] C. D. vellet, E. velit [6] C. posset [7] D. E. legitimo [8] E. condemnetur [9] C. D. E. valentia [10] E. obbligare, obligare.

XVI.

Vocatus super hiis[1] que spectant ad primum[2] viagium[3], non habeat terminum[4].

Si inter patronum navis et mercatorem[5], vel inter nauclerium et patronum, vel inter patronum et marinarios, seu inter aliquos simul euntes ad viagium[3], super aliquibus pertinentibus ad ipsum[6] viagium[3] presentem, questio oriatur, vocatus ad curiam super hiis[7] incontinenti respondere teneatur, et aliquod inducium habere non possit.

[1] E. super, que [2] C. presentem, E. presens [3] E. viaggium [4] E. verba: „non habeat terminum" desunt [5] D. merchatorem [6] E. ad viaggium [7] E. his.

XVII.

Vocatus per foresterium non possit exire de Ragusio.

[1] Si foresterius, preter Sclavos[1] de Sclavonia, vocaverit Raguseum ad placitum, volumus quod Raguseus ipse non possit habere inducium, nisi trium dierum tantum[2], et non plus, quibus transactis Raguseus ipse eidem foresterio respondere teneatur omnino. | [2] Et Raguseus ipse infra dictum terminum trium dierum[3] exire non possit de civitate Ragusii, | [3] eciam[4] si paratus esset ad aliquem[5] viagium[6], vel esset in navi aut in alio ligno seu in viam[7], donec respondeat et compleat racionem[8] foresterio supradicto, | [4] nisi legitimum[9] procuratorem dimiserit qui pro eo respondeat et solvat illud ad quod fuerit condempnatus[10].

[1] E. Sclavus [2] D. dierum, et [3] D. terminum exire [4] D. E. etiam [5] B. aliquē, C. aliquod [6] E. viaggium [7] C. E. via [8] C. D. E. rationem [9] C. legittimum [10] E. condemnatus.

XVIII.

Vocatus super deposito nullum habeat[1] inducium.

Statuimus quod vocatus ad placitum super aliquo deposito nullum inducium possit habere.

[1] E. nullum inducium (sic).

XIX.

De placitis inter homines Ragusii et homines Dalmacie[1].

[1] Si aliquis homo de Dalmacia[2] vocaverit ad placitum aliquem Raguseum, et inter comune[3] civitatis, unde Dalmatinus ille est civis, et comune[3] Ragusii propter aliquam causam fuerit stanicum[4] ordinatum, possit Raguseus ipse, si vult, predictum stanicum expectare, nec[5] coram d. comite, vel qui pro eo fuerit, respondere predicto foresterio teneatur. | [2] Dictus autem d. comes eidem Raguseo[6] precipiet quod in statuto termino debeat

ire ad stanicum supradictum, infra quem terminum Raguseus ipse in viagium[7] extra Ragusium ire non possit, nisi dimisso procuratore qui pro eo forestèrio ad stanicum respondeat, et solvat[8] si fuerit condempnatus[9]. [3] Si vero predictum stanicum per d. comitem et comune[3] Ragusii dimittatur, quia eis non apparuerit utile, et dictus Dalmatinus iterum coram d. comite, vel qui pro eo fuerit, vocaverit dictum Raguseum ad placitum, Raguseus ipse teneatur respondere eidem, nec possit alium stanicum postulare.

[1] C. E. Dalmatie [2] C. E. Dalmatia [3] E. commune [4] C. stinicum (sic) [5] D. ne [6] B. C. Rag. D. Raguseo, E. Racusino [7] E. viaggium [8] C. E. respondeat, si uerit [9] E. condemnatus.

XX.

De hiis[1] que[2] petuntur in stanico[3].

Raguseus qui supra aliquem foresterium ad statutum stanicum petere voluerit racionem[4], possit, si vult, procuratorem suum ad stanicum mittere, qui pro eo interpellet et faciat omnia que pertinent ad placitum[5], que ipse faceret si esset presens, ita tamen, si hoc ordinate faciat cum noticia[6] d. comitis.

[1] E. his, ijs [2] D. qui [3] D. stanicho [4] C. E. rationem [5] E. omnia, que ipse faceret [6] D. E. notitia.

XXI.

De foresterio qui aliquid recepit a Raguseo et super hoc vocatur.

Foresterius aliquis existens in Ragusio, recipiens de bonis alicujus Ragusei, si antequam de Ragusio exeat, super bonis ipsis per eundem Raguseum vocetur ad curiam, teneatur coram d. comite et sua curia facere racionem[1], habendo inducium trium dierum tantum et non plus, si terminum pecierit[2] foresterius ipse.

[1] C. E. rationem [2] C. E. petierit.

XXII.

De foresterio qui habet cartam[1] supra[2] Raguseum.

[1] Si vocaverit foresterius aliquem Raguseum ad curiam super aliquo debito, de quo[3] cartam vel cartas[4] hostendat[5], ad usuram vel sine usura, et supra[2] ipsum Raguseum vel bona ejus appareant carte[6] antiquiores, id est facte ante cartas vel cartam[7] foresterii supradicti, volumus, quod carta[8] vel carte[9] que prius facte apparent, primo debeant judicari et placitari et firme haberi, et bona illius Ragusei[10] illi debeant assignari qui cartas[11] primo factas ostendit. | [2] Nisi aliquis alicui in viagium[12] eunti mutuaverit pecuniam[13], vel crediderit merces suas: tunc enim in illo primo viagio[14] prius debet ei satisfieri de bonis mobilibus, eciam[15] si appareant alie carte[6] prius facte; quod si plures fuerint ipsi creditores primi viagii[16], omnibus solvatur pro rata, nec unus possit habere plus quam alter.

[1] D. chartam, E. cartam, chartam [2] E. super [3] E. debito, et cartam [4] D. cartham vel carthas, E. cartam vel cartas, chartam vel chartas [5] In C. correctum

manu recentiori: ostendat, D. E. ostendat [6] D. carthe, E. carte, charte [7] D. carthas vel cartham, E. cartam vel cartas, chartam vel chartas [8] D. cartha, E. carta, charta [9] E. carte, charte [10] B. Ragusei, C. Ragusini, E. Racusei [11] D. carthas, E. cartas, chartas [12] E. viaggium [13] D. peccuniam [14] E. viaggio [15] E. etiam [16] E. viaggii.

XXIII.

De cartis[1] continentibus usuram vel penam de quinque in sex.

Debitor alicujus, supra quem carta[2] apparet cum usura aut[3] pena de quinque in sex per annum, si decesserit, post mortem ipsius carte[4] ipse vel carta[2] in suo robore et vigore[5] permaneant, sive in[6] morte debitoris debitum ipsum quesitum fuerit, sive non.

[1] D. carthis, E cartis, chartis [2] D. cartha, E. charta [3] E. vel [4] D. carthe, E. carte, charte [5] E. robore permaneant [6] D. im.

XXIV.

Cartam[1] majorem penam continentem quam de[2] quinque in sex.

Si carta[3] fuerit facta cum majori pena[4] quam de quinque in sex per annum ad certum terminum, termino illo conpleto[5] dicta pena non currat[6] nec valeat a termino in antea, nisi in quinque in sex per annum.

[1] E. cartam, chartam [2] E. quam quinque [3] E. carta, charta [4] D. E. poena [5] D. E. completo [6] D. curat.

XXV.

De carta[1] sine usura vel pena[2] de quinque in sex[3].

[1] Creditor qui supra debitorem suum cartam[4] sine usura aut sine pena de quinque in sex per annum, vel testes sine carta[1] habuerit, si in[5] morte ipsius debitoris ipse debitum ipsum[6] non pecierit[7], post mortem debitoris ejusdem debitum ipsum[8] ulterius petere non possit. | [2] Sed carta[1] vel testes ipsi sint vacui et nullius[9] vigoris[10], nisi creditor ipse tempore mortis debitoris non fuerit in Ragusio, vel | [3] nisi debitor ipse morte subitanea moriatur, vel | [4] extra Ragusium moriatur; tunc enim carta[1] vel testes ipsi in suo robore remaneant, et creditor salva habeat jura sua.

[1] E. charta, carta [2] E. poena [3] C. E. in sex supra (E. super) morientem [4] E. cartam, chartam [5] D. im [6] E. suum [7] C. D. E. petierit [8] E. ipsum, suum [9] D. nulius [10] C. valoris vel vigoris, E. valoris.

XXVI.

De debitore morienti[1] cui petitur debitum.

Si debitori suo infirmo jacenti in lecto aliquis debitum suum pecierit[2], et debitor ipse responderit[3]: „paratus sum tibi facere racionem[4], fac ut curia veniat huc“, nisi interpellans curiam ad debitorem infirmum adduxerit, volumus quod post mortem debitoris creditor ipse, vel alius pro eo, non possit petere debitum illud ab heredibus mortui, vel ab hiis[5] qui possidebunt bona ipsius.

[1] C. D. moriente [2] D. E. petierit [3] E. respondeat [4] C. D. E. rationem [5] E. his, ijs.

XXVII.

De placitis[1] inter laycum[2] et clericum[3].

Clericus si cum layco[4] placitum habuerit in curia seculari, omnia teneatur dare et facere, que dant et faciunt layci[5] in ipsa curia, cum litigant inter se.

[1] C. placis (sic) [2] E. laicum [3] D. inter clericum et laycum [4] E. laico [5] E. laici.

XXVIII.

De hiis[1] qui falsos introducunt testes.

[1] Quia non tantum per instrumenta, verum eciam[2] per testes consueverunt litigantes intenciones[3] suas probare, statuimus[4]: | [2] quod si aliquis super aliquo placito falsos introduxerit testes, quos probari sibi poterit[5] corrumpisse[6], condempnetur[7] in tantum quantum erat illud, super quo eos introducebat. | [3] Et in tantundem[8] condempnetur[7] ipse falsus testis, quod qui solvere non poterit, fustigetur[9] et boletur[10].

[1] E. his, ijs [2] C. D. E. etiam [3] E. intentiones [4] E. sancimus [5] D. potterit [6] C. E. corrupisse, D. corumpisse [7] E. condemnetur [8] D. E. tantumdem [9] C. frustigetur [10] B. D. boletur, C. buletur, E. bulletur.

XXIX.

De testibus assignatis.

Statuimus quod testimonium alicujus non valeat nec teneat, nisi fuerit assignatus in testem per ambas partes, vel saltim[1] per unam. Excepto super possessione rerum stabilium, ubi testes eciam[2] non assignati possint[3] testificari et valeat dictum eorum.

[1] E. saltem [2] D. E. etiam [3] E. possunt.

XXX.

De hiis[1] qui repelluntur a testimonio.

Presenti constitucione[2] sancimus[3] quod omnes illi qui non tenentur contra aliquem advocare, racione[4] consanguinitatis seu affinitatis, non possint[5] pro eo testimonium ferre.

[1] E. his, ijs [2] C. E. constitutione [3] C. santimus [4] C. E. ratione [5] C. possit.

XXXI.

Quod clericus admitatur[1] ad testimonium.

Presbiteri et clerici in omnibus causis testes esse possint ut laici[2]; si sunt ydonei[3] secundum provideneiam[4] d. comitis et sue curie, valeat testimonium eorundem.

[1] E. admittatur [2] C. D. layci [3] D. E. idonei [4] C. D. E. providentiam.

*

XXXII.

De testimonio patris vel[1] matris inter filios.

Pater inter filios et filias ejusdem uxoris testis esse potest, et valeat[2] ejus testimonium[3], licet sit solus; mater autem, cum sit mulier, inter filios vel[4] filias testis esse non potest[5].

[1] E. et matris. [2] E. et ejus [3] E. testimonium valeat [4] E. et [5] C. D. possit.

XXXIII.

Quod testimonium unius non valeat.

[1] Erat anticum[1] statutum quod in maleficiis valebat unus testis. | [2] Idcirco[2] nos Marinus Badoarius miles[3], comes Ragusii, cum voluntate minoris et majoris consilii, et cum laudo populi, statuimus et ordinamus: quod de cetero in maleficiis pro quibus aliqua persona deberet mori, vel perdere membrum, unus testis non valeat, sed duo ad minus sint[4] necessarii[5]. | [3] Salvo quod in aliis maledictis et malefactis valeat unus testis, secundum antiquam consuetudinem. In aliis vero causis unus testis non valeat: Quia vox unius, vox nulius[6].

[1] E. antiquum [2] D. id circho [3] B. milex, C. E. miles [4] E. sunt [5] E. neccessarii [6] C. E. nullius.

XXXIV.

Qualiter testes recipi debent.

[1] Si aliquando testes super aliquo placito introducantur, d. comes, habitis primo nominibus ipsorum testium, ipsos vocari faciat coram se sub certa pena, a quibus ipse d. comes, vel qui pro eo fuerit, cum sua curia de veritate dicenda recipiat sacramentum. | [2] Et postea eos examinet privatim et semotim, hoc est unum post alterum, quos interrogabit de loco, et tempore. | [3] In quibus, si eos discordes invenerit, testimonium ipsorum non habebit pro vero seu pro bono. | [4] Si autem ipsi testes vel aliquis dicant se non recordari de loco vel tempore, valeat testimonium eorum. [5] Sed si testis dicat se non recordari si fuit assignatus in testem vel non, sit in providencia[1] d. comitis et sue curie si valeat ejus testimonium aut[2] non. Quod eciam[3] locum habebit[4] in[5] parva curia.

[1] C. E. providentia [2] E. vel [3] C. D. E. etiam [4] D. habeat [5] D. im.

XXXV.

De publicacione testium[1].

Sancimus[2] ut testes qui super aliquo placito introducuntur[3], debeant publicari ante senteneiam[4]. Et si aliqua parcium[5] testes ipsos reprobare voluerit, audiatur.

[1] C. E. „De publicatione et reprobatione testium“ [2] C. santimus [3] E. introducentur [4] C. E. sententiam [5] C. D. E. partium.

XXXVI.

De fide testibus danda.

Quia judex melius scire potest utrum fides debeat adhiberi[1] testibus, volumus quod in providencia[2] d. comitis et sue curie sit si testes producti sint ydonei[3] vel non, et utrum dictis eorum fides debeat dari vel non.

[1] D. adiberi [2] E. providentia [3] D. E. idonei.

XXXVII.

Quod sentencia[1] scribatur ante quam detur.

Ne[2] a modo super sentenciis[3] nascatur aliqua questio, statuimus quod de omni placito rei stabilis debeat scribi sentencia[1], postquam inventa est inter judices, antequam detur.

[1] C. D. E. sententia [2] D. nec [3] E. sententiis.

XXXVIII.

De illo qui debet solvere judicium[1].

[1] Quicumque amiserit[2] placitum solvat judicium. | [2] Excepto in maleficiis[3], ubi qui vincet solvat judicium[1] ipsum. | [3] Volumus eciam[4] quod qui perdit placitum, perdat expensas, secundum quod est in[5] parva curia ordinatum[6].

[1] C. juditium [2] C. D. ammiserit [3] C. malefitiis [4] E. etiam [5] D. im [6] E. „ordinatum" deest.

XXXIX.

De credencia[1] quam habent[2] patroni vini venditi.

[1] Si inter patronum vini venditi et tabernarium vel tabernariam nascatur questio, quia patronus dicat sibi minus assignatum per tabernarium seu tabernariam, habeat ipse patronus super hoc infra annum credenciam[3], post annum vero non habeat credenciam[3], nisi cum testibus.

[2] Anno Domini MCCCLXXVIII[4], indicione prima, die vigessimo nono[5] julii[6], in[7] majori consilio sono campane more solito congregato et[8] cum laudo populi, additum fuit dicto statuto de credentia quam habet patronus vel patrona vini supra[9] suum tabernarium vel tabernariam: quod quociens[10] venerit patronus vel patrona vini ad d. rectorem, et voluerit suum tabernarium vel tabernariam debere capi et incarcerari[11], d. rector teneatur mittere suam familiam et facere capi illum vel illam, et incarcerari in carcere vel poni in

castellum[12], prout voluerit patronus vel patrona vini venditi a tabernario vel tabernaria, jurando per sacramentum quantum debet recipere ab ipsis tabernario vel tabernaria.

[1] C. D. E. credentia [2] E. habet patronus [3] C. D. E. credentiam [4] E. 1378 [5] E. 29. [6] D. jullii [7] D. im [8] E. congregato, cum [9] E. super [10] D. quotiens, E. quoties [11] D. incarzerari [12] E. in castello.

XL.

De credencia[1] quam habet tabernaria.

[1] Si aliqua tabernaria dicat se alicui dedisse de vino in credenciam[2], infra triginta dies postquam vendiderit vejetem[3] ipsius vini, habeat ipsa tabernaria credenciam[2]. | [2] Si vero ille qui vinum recipit in credencia[1], fugerit antequam solvat, condempnetur[4] in duplum, et tabernaria habeat illud quod credidit[5] et comune[6] habeat aliud, et ipsa tabernaria habeat credenciam[2] infra terminum supradictum.

[3] Anno Domini MCCCXXXII[7], indicione XV[8] de mense[9] januarii, declaratum fuit hoc statutum per majus consilium: quod nulla tabernaria habeat credenciam[2] supra aliquam personam, nisi de duodecim[10] grossis.

[1] C. D. E. credentia [2] C. D. E. credentiam [3] B. C. ueietem. In C. correctum in ueg-, D. vegetem, E. vejetem [4] E. condemnetur [5] C. D. E. crediderit [6] E. commune [7] E. 1332. [8] D. XVa, E. 15 [9] E. die . . . mense (lacuna) [10] E. nisi 12 gross.

XLI.

De forma testamentorum.

[1] Si quis testamentum facere voluerit, teneatur coram duobus ydoneis[1] testibus vel pitropis ad minus facere illud, et testamentum ubi duo testes non intervenerint nichil[2] valeat. | [2] Valeat tamen, si patrinus cum uno alio sufficiente teste interfuerit. | [3] Qui testes vel pitropi infra triginta dies post mortem ejus qui condidit testamentum, venient coram juratis judicibus et jurato notario, et testificabuntur ordinacionem[3] defuncti, seu defuncte; | [4] de quorum testificatione notarius ipse coram duobus judicibus juratis ad minus, secundum quod ab ipsis audierit[4], faciet[5] testamentum. | [5] Nullus autem pitropus seu testis de hiis[6] que sibi a mortuo vel[7] mortua dimittuntur[8], testificari valeat. Sed ad utilitatem aliorum pitroporum vel aliarum personarum testificacio[9] ejus valeat et scribatur.

[1] E. idoneis [2] D. E. nihil [3] C. D. E. ordinationem [4] D. audiet [5] D. E. faciat [6] E. his [7] D. seu, E. vel, seu [8] D. dimititur [9] C. D. E. testificatio.

XLII.

De testamentis factis extra Ragusium.

[1] Si contingerit[1] quod aliquis Raguseus vel Ragusea extra Ragusium moriens fecerit testamentum, volumus quod testes vel pitropi qui ipsi testamento[2] presentes fuerint, possint et debeant infra unum mensem,

postquam pervenerint ad civitatem Ragusii, venire coram d. comite et judicibus suis et jurato notario, et annunciare[3] testamentum predictum. [2] Qui postquam a predictis[4] d. comite et judicibus et notario fuerint exsaminati[5], si eis ydonei[6] videantur, notarius ipse cum ipsis judicibus teneantur[7] secundum dictum eorum scribere ipsum testamentum, et testamentum sit firmum. | [3] Quod si forte non fuerit in ipso testamento nisi unus Raguseus tantum et alter foresterius, valeat testimonium[8] foresterii, sicut si esset Raguseus. | [4] Idem sit, si nullus interfuerit Raguseus, set[9] ambo fuerint foresterii. silicet[10] quod dictum eorum valeat et habeantur[11] in loco Raguseorum.

[1] D. E. contigerit [2] D. pitropi ipsi testamento [3] D. annuntiare [4] D. predicto [5] E. examinati [6] E. idonei [7] E. teneatur [8] B. testamentum, C. D. E testimonium [9] C. D. E. sed [10] E. scilicet [11] E. habeatur.

XLIII.

De creditoribus illorum qui propter maleficia amitunt[1] bona sua.

Si propter aliquod maleficium quod aliquis comisit[2], seu offensionem, amiserit omnia bona sua mobilia et stabilia, et super bonis ipsis[3] appareat aliquis habere aliquam[4] racionem[5], vel probare poterit cum carta[6], vel sine carta[6], bona ipsa[7] sibi obligata fuisse, volumus quod debitum illud sit illi salvum, nec propter hoc perdat aliquis suam racionem[5].

[1] C. D. E. amittunt [2] C. E. commisit [3] C. D. E. ipsius [4] C. D. habere rationem [5] C. D. E. rationem [6] E. carta, charta [7] E. ipsius.

XLIV.

De vocato ad curiam ab uno yperpero[1] inferius.

Interpellatus ab aliquo, ab uno yperpero[1] inferius, inducium seu consuetudinem aliquam habere non possit, sed in continenti respondere teneatur. Illud idem statuimus, si interpellatus fuerit de mercato[2] a quinque yperperis[3] inferius.

[1] E. iperpero [2] D. merchato [3] E. iperperis.

XLV.

De induciis devenientibus[1] ad secundam curiam.

[1] Vocatus ad curiam, si receperit inducia[2] octo dierum, duorum vel quatuor[3] mensium, secundum antiquam consuetudinem civitatis, et ipsa inducia devenerint ad aliam curiam, firma sint eciam[4] in sequenti curia, et interpellatus illa iterum habere non possit. | [2] Sed ille[5] qui interpellat infra unum mensem a die elapsi inducii[6], ex suo deffectu[7] non sequitur suam racionem[8]. | [3] Tunc enim si elapso mense predicto iterum vocet illum ad curiam interpellatus, iterum habebit inducium, nec obstabit illi quod jam habuit eam[9].

[1] E. pervenientibus [2] C. D. induciam, E. inducium [3] D. quattuor [4] E. etiam [5] C. sed si ille („si“ corr. supra lineolam). [6] D. indutii [7] C. D. defectu, E. deffectu, defectu [8] C. D. E rationem [9] B. C. eam, D. E. ea.

XLVI.

De aptagi.

[1] Et si aliquis Raguseus debitor fuerit alterius Ragusei, cum carta vel sine carta[1], et ille qui debet recipere debitum illud venerit ante d. comitem, vel qui pro eo fuerit, et suam curiam Ragusii, et pecierit[2] racionem[3] ab eo, dicens, quod faciat pactari[4] sibi suum debitum, sive cum ira sive cum bona voluntate fuerit peticio[5] ejus, d. comes debet vocare illum[6] supra[7] quem queritur[8] illud[9] debitum, et si ipse negaverit debitum illud, licitum sit ei respondere interpellanti suo cum consuetudine civitatis, in curia aut extra curiam in civitate, cum consuetudine terre, et debet habere omnem aliam consuetudinem civitatis ille qui respondet. | [2] Et si ipse confiteretur debitum illud ante d. comitem et alios homines, qui possent[10] esse testes in eo, et ille qui debet recipere[11] debitum voluerit dare aptagi d. comiti, seu[12] per iram seu per bonam voluntatem, tunc d. comes debet providere ad suam iram vel ad bonam voluntatem, et eciam[13] ad quantitatem debiti, si fuerit magnum vel parvum, et similiter debet providere ad possibilitatem debitoris; et providendo d. comes ad omnia ista et suam voluntatem, debet dare terminum illi qui pactare[14] debet debitum illud, dicendo ei ut infra terminum illum sibi datum, aut solvat debitum[15] aut concordet se cum creditore[16] suo. | [3] Et si infra[17] terminum illum debitor non solveret debitum nec concordaret se cum creditore suo, tunc d. comes debet facere racionem[18] illi qui recipere debet[19] debitum illud, recipiendo aptagi in voluntatem illius qui debet recipere debitum ad dandum aptagi, et debet ei facere racionem[18]. | [4] 'Et est sciendum quod[20] aptagi debet habere d. comes de decem[21] unum tantum de capitali, de prode autem nichil[22] debet habere; et illi qui debet pactare[14] debitum debet etiam pactare[14] aptagi. | [5] Et si ille qui debet recipere debitum, voluerit et pecierit[23] racionem[18] de toto prode, secundum tenorem[24] sue carte[25], tunc d. comes debet ei facere racionem[18] de prode sine aptagi, et etiam judices non debent habere judicium[26] de illo prode. | [6] Et si debitum illud fuerit tantum quod d. comes possit ponere creditorem in mobile debitoris, debet eum ponere in pactamentum[27] de servis vel ancillis, et de bestialiis et de navibus, et habet potestatem vendendi mobile illud et paccandi[28] se. | [7] Et si debitum illud esset tantum quod de mobili debitor non posset paccare[29] creditorem suum, d. comes debet ponere creditorem in tantam quantitatem de vineis debitoris, que valeat duplum debitum de prode et capitali, ad voluntatem creditoris, de quibus vineis placuerit ei. | [8] Et etiam si debitum fuerit tantum quod creditor non possit paccare se[30] de vineis, et debitor habuerit domum vel domos, d. comes debet ponere creditorem in illas domos, secundum formam de vineis, et habeat potestatem creditor laborandi vineas illas, vel illas domos[31] aut[32] domum si voluerit, in sua voluntate est. | [9] Et totum prode quod creditor habuerit de vineis aut domibus illis, est suum, non computando eum in suo paccamento. | [10] Et ab illo die in antea quo ipse dederit aptagi, suum debitum non crescat ad prode vel usuram, | [11] salvo quod si[33] vinea illa vel vinee laborate fuerint de omni laborerio, et ille positus fuerit in illas vineas laboratas, per d. comitem, in tempore colligendi fructus et redditus de vineis illis, creditor debet computare redditus[34] illius primi[35] anni tantum in suo

paccamento. | [12] Et si debitum fuerit de uno yperpero[36] vel inde inferius, aptagi est vicarii. Et si fuerit de uno yperpero[36] in supra, aptagi est d. comitis, et vicarius habet decimum illius aptagi.

[13] Et si aliquis Raguseus fuerit debitor alicui foresterio, et foresterius ille poterit[37] probare suum debitum verum ante d. comitem et suam curiam, d. comes debet tollere aptagi a foresterio, secundum suprascriptam formam supra Raguseum; et si necesse fuerit placitum, utraque pars debet esse ante d. comitem et suos judices, secundum formam et consuetudinem que est inter Raguseum et foristerium[38].

[14] Et sciendum est quod si aliquis foresterius positus fuerit pro aliquo debito cum aptagi in domum vel vineam, aut navem, barcam, barcusum aut aliud aliquod lignum, potestatem habet foresterius ille inpegnandi[39] vel alienandi[40] cuicumque sibi placuerit illud in quo positus fuerit, in tantum, quantum[41] fuerit debitum suum cum aptagi.

[15] Et si aliquis foresterius fuerit debitor alicui Raguseo, d. comes debet facere racionem[18] Raguseo, et non debet habere aptagi a nulla parte, secundum antiquam consuetudinem.

[16] Et omnes[42] peticiones[43] que fuerint de debitis, per cartam[44] vel sine carta[45], tantum de re mobili, d. comes debet habere aptagi de decem yperperis[46] unum tantum de capitali, de usura autem nichil[22] debet habere: et ille qui debet recipere debitum debet dare d.[47] comiti pignus de aptagi, et tale pignus quod placeat d. comiti, secundum capitale debiti: et debitor debet emendare illud aptagi[48] suo creditori.

[17] Et si aliquis homo dederit aptagi supra aliquem hominem pro aliquo debito, et illud debitum non fuerit inventum verum, vel non dederit aptagi secundum ordinem et[49] consuetudinem civitatis Ragusii, quando debitor paratus fuerit[50] paccare debitum illud sine aptagi, et ille qui debet recipere debitum dederit[51] aptagi stulte et contra ordinem, ipsemet est emendator et paccator de aptagi; et d. comes non perdit racionem[18] suam, et debitor non tenetur in aliquo pro illo aptagi.

[18] Et si aliquis Raguseus debitor fuerit[52] alicui Raguseo, et ille qui debet recipere debitum voluerit[53] habere reditum[54] suum cum aptagi, et debitor quesierit misericordiam a creditore suo ut ipse intret[55] in tenutam[56] de suis bonis sine aptagi, si[57] creditor audierit preces ejus, licitum sit ei ad suam voluntatem intrare in tenutam sine aptagi: et tunc d. comes non debet habere aptagi. Et si creditor penitus voluerit habere debitum suum cum aptagi, licitum sit ei habere eum cum aptagi, et tunc debet habere d. comes aptagi[58]. | [19] Et est sciendum quod d. comes non debet habere aptagi de aliqua re, nisi ille qui debet recipere debitum dederit ei pignus de quantitate illius debiti, videlicet de capitale tantum, si ipse fecerit ei racionem[18]; et si non, ipse non debet habere aptagi.

[20] Et si debitum fuerit de colligancia[59], et creditor pecierit[60] racionem[18] a d. comite et sua curia, d. comes cum sua curia debet ei facere racionem[18] et debet habere aptagi, secundum quod superius dictum est in omnibus. | [21] Et si debitor ille non habuerit mobile vel stabile ad satisfaciendum et paccandum illud debitum suo creditori, et destruxerit illud quod habuerit, videlicet denarios debiti, malo modo et in sua culpa, d. comes debet dare personam debitoris creditori debiti, dando aptagi d. comiti ipse creditor. Et si debitor ille[61] judicio[62] Dei et non in sua culpa,

quod sit clare factum, perdiderit illud quod habuit a creditore suo, tunc d. comes non debet dare personam debitoris creditori.

[22] Et si debitum non fuerit de colligancia[59], et debitor non habuerit mobile vel stabile ad satisfaciendum et paccandum illud debitum, et creditor debiti pecierit[63] personam debitoris, d. comes, sine aliqua condicione[64], debet ei dare personam debitoris recipiendo aptagi.

[23] Et si aliquis homo quesierit racionem[18] ante d. comitem et suam curiam de aliquo debito supra aliquem Raguseum, et creditor debiti poterit probare suum debitum verum, et debitum illud judicatum fuerit ad paccandum[65] per sentenciam[66] d. comitis et suorum judicum, in illa presente[67] peticione[68], d. comes debet habere aptagi, si ille qui quesierit racionem[18] voluerit eum dare.

[24] Et si aliquis homo quesierit supra aliquem Raguseum res stabiles, videlicet domum vel domos, vineam vel vineas, terram vel terras et de omni stabili, et debitor ante d. comitem et alios homines confitebitur illud debitum, vel vincetur ad paccandum per racionem[18], in illa presenti peticione[68], ille qui debet recipere illud stabile debet dare yperperum[69] unum vicario et non plus; et yperperum[69] est vicarii, et d. comes precipere debet vicario ut ipse ponat illum qui querit illud stabile in quamcunque[70] possessionem stabilis quam ipse pecierit[23].

[1] E. carta, charta [2] D. E. petierit [3] C. D. E. rationem [4] D. paccari [5] D. E. petitio [6] C. D. eum [7] C. D. super [8] D. querit [9] D. querit debitum [10] C. D. possunt [11] C. D. E. accipere [12] D. comiti, per [13] D. E. etiam [14] D. paccare [15] D. datum aut concordet [16] C. D. creditori [17] B. Et infra, C. D. E. Et si infra [18] C. D. E. rationem [19] D. recipere debitum [20] C. D. quia [21] C. D. E. centum [22] D. E. nihil [23] D. E. petierit [24] B. tenore (sic), C. E. tenorem [25] E. carte, charte [26] D. juditium [27] D. paccamentum [28] E. pactandi [29] E. pactare [30] D. se paccare, E. se pactare, paccare, pacare (in diversis exemplaribus) [31] D. domos illas [32] E. vel [33] D. quod vinea [34] D. reditus [35] C. D. illius anni [36] E. iperpero [37] E. petierit [38] E. foresterium [39] C. D. impignandi, E. impi(-pe)gnandi [40] B. alienadi, C. D. E. alienandi [41] E. in quantum [42] D. et si omnes [43] E. petitiones [44] E. cartam, chartam [45] E. carta, charta [46] C. D yperperos, E. iperperis [47] E. dare comiti [48] E. illud suo [49] E. secundum consuetudinem [50] E. esset [51] E. debitum aptagi stulte [52] D. fuerit debitor [53] D. noluerit [54] E. redditum [55] D. ipse in [56] E. tenuta [57] E. aptagi, et si [58] D. verba: „licitum sit ei habere eum cum aptagi et“ desunt. E. verba: „Et si creditor . . . comes aptagi“ desunt. [59] C. D. E. colligantia [60] E. petierit [61] D. ille debitor [62] C. D. juditio [63] C. D. E. petierit [64] C. E. conditione [65] D. fuerit per [66] C. D. E. sententiam [67] E. presenti [68] E. petitione [69] E. iperperum [70] C. quacumque.

XLVII.

De confessione facta coram d. comite et vicario.

[1] Et si aliquis homo per[1] aliquem suum debitorem vocaverit[2] d. comitem et suum vicarium, et si d. comes ad se fecerit venire debitorem illum, et inter se et suum vicarium[3] in secreto interrogaverit eum de debito illo, et ibi non fuerint alii homines qui possint esse testes, nisi d. comes et vicarius, et debitor ille tunc coram eis confitebitur illud debitum, et postea[4] alia die vel alia hora ipse negaverit[5] illud debitum et primam confessionem, confessio quam prius fecit[6] in aliquo non noceat ipsi debitori; et si in confessione[7] quam ipse fecerit fuerint alii homines qui possint esse testes in eo[8], tunc racio[9] teneatur firma.

[2] Et nulla confessio que facta fuerit in secreto coram d. comite et suo vicario tantum, de qua[10] aliquod prode deveniat eis, sit credenda nec habenda firma, si ille qui eam fecerit, postea negaverit eam, et non noceat ei; | [3] nisi ibi fuerint alii homines qui in eo possint[11] esse testes, secundum antiquam consuetudinem.

[1] C. E. homo aliquem [2] C. E. vocaverit ad [3] C. E. vicarium et in secreto [4] E. propterea [5] E. hora negaverit [6] C. E. illud debitum, prima confessio, quam prius fecit [7] D. confessionem [8] C. E. ea [9] C. D. E. ratio [10] C. quod [11] D. possunt.

XLVIII.

Quando comune[1] Ragusii racionem[2] petit[3] supra[4] aliquem.

Et si comune[1] Ragusii ad querendum habuerit supra aliquem Raguseum ullam racionem[2], si Raguseus ille voluerit respondere in platea ante curiam, licitum sit ei respondere: et si ipse noluerit respondere in[5] platea et voluerit trahere curiam ad aliquem locum secretum in civitate, curia debet ire ad locum illum; et si ipse noluerit respondere in[5] platea nec in aliquo loco in civitate, et voluerit trahere curiam usque ad Cromam, curia debet ire usque ad Cromam ad audiendum illum Raguseum, et ibi debet finiri placitum, secundum antiquam consuetudinem.

[1] E. commune [2] C. D. E. rationem [3] E. querit [4] C. E. contra [5] C. im platea, D. im.

XLIX.

De consuetudinibus inter homines Jadre et Ragusii.

[1] Notandum est quod si aliquis Raguseus habuerit ad querendum racionem[1] supra aliquem hominem Jadre vel Jadratinus supra aliquem hominem Ragusii, sciendum est quod Jadratinus, secundum antiquam consuetudinem, debet venire Ragusium ad petendum racionem[1] Raguseo[2], et Raguseus debet ire Jadram ad petendum racionem[1] Jadratino.

[2] Et si contingeret quod aliquod discordium cresceret inter comune[3] civitatis Ragusii et comune[3] civitatis Jadre, propter quod ipsi vellent facere comunale[4] stanicum et parlamentum per comunem[5], secundum antiquam consuetudinem, utraque pars debet esse ad s. Mariam de Lesna in insula Farre, ad parlamentum et stanicum, et ibi debent justificare se coram judicibus ex utraque parte; et tot judices debent esse ex una parte quot ex alia, districti per sacramentum. | [3] Et quecumque pars venerit[6] ante ad dictum locum, debet expectare aliam que non venerit per octo dies completos. Et illa pars[7] que infra dictum terminum octo dierum non venerit ad dictum locum, debet perdidisse placitum, salvo tamen impedimento Dei. | [4] Et illa pars que venerit ad dictum locum, debet assignare[8] testes, homines[9] illius loci, et debet esse lucrata placitum. | [5] Et est sciendum quod stanicum debet fieri secundum ordinem capituli de Chelmo.

[1] C. D. E. rationem [2] E. a Racuseo [3] E. commune [4] E. communale [5] E. parlamentum commune [6] D. pars ante [7] C. pars illa [8] C. asignare [9] D. testes illius loci homines

L.

De consuetudinibus inter homines Ragusii et homines de Sibinico[1], Tragurio, Dalmisio[2] et Spaleto.

[1] Sciendum est quod si aliquis homo Ragusii ad querendum habuerit racionem[3] supra aliquem hominem de Sibenico vel de[4] Tragurio vel de Dalmisio, aut de Spalato[5] vel de Farra, vel aliquis ex istis civitatibus quilibet[6] per se ad querendum habuerit racionem[3] supra aliquem Raguseum, presciendum est quod Raguseus vadit ad civitatem sui debitoris ad querendum racionem[3] ibi; et ille qui habet ad petendum supra Raguseum ex istis supradictis civitatibus, debet venire Ragusium ad querendum[7] racionem[3] a Raguseo.

[2] Et si contingeret quod aliquod discordium cresceret inter comune[8] civitatis Ragusii et comune[8] alicujus civitatis[9] ex istis supradictis, propter quod ipsi vellent facere comunale[10] stanicum et parlamentum per comunem[11], secundum antiquam consuetudinem. utraque pars debet esse ad unum locum qui dicitur Prevlac[12] de Stagna. | [3] Et si aliqua pars de[13] supradictis haberet dubium de aliqua segnoria[14] eterrena[15], Ragusei debent ire ad illam partem de Prevlac[16] ad ripam. Et si Ragusei haberent dubium de aliqua signoria[17] Sclavonie, dicte partes debent venire ad istam partem de Prevlac[18] super ripam. Et si pax fuerit, ipsi debent convenire in medio. [4] Quod stanicum debet fieri secundum ordinem capituli de Chelmo.

[1] C. E. Sibenico, D. Sibinicho [2] E. Tragurio et Spaleto [3] C. D. E. rationem [4] E. vel Tragurio [5] C. E. Spaleto [6] D. quelibet [7] E. querendam [8] E. commune [9] D. civitatis alicuius [10] D. E. communale [11] B. C. D. comunem (sic), E. per commune [12] B. p͡ulac, C. preulac, D. Prieulach, E. Prevlaz [13] C. D. ex [14] B. C. segnoriā, D. E. signoria [15] B. C. D. eterrena (sic), E. terrena [16] D. Priulac, E. Preulaz [17] B. E. signoria, C. segnoria [18] D. Prieulac, E. Preulaz.

LI.

De consuetudinibus inter Raguseos et homines comitatus Chelmi.

[1] Et si aliquod discordium vel debitum, aut aliquod malefactum deveniret inter homines Ragusii[1] et homines de comitatu de Chelmo[2], et comes Ragusii cum comune[3] Ragusii et comes de Chelmo propter hoc vellent ordinare constitutum terminum esse ad stanicum, sciendum est quod utraque pars debet esse ad locum constitutum ad s. Stephanum in Malfo[4] de foris, et ibi debent se conjungere ad plenerium[5] stanicum. | [2] Et debent eligere[6] tot judices ex una parte quot ex alia, qui debent jurare ad evangelium[7] Dei[8] judicare omnes questiones et placita que ibi fient[9], bona fide sine fraude, secundum antiquam consuetudinem. | [3] Et d. comes Ragusii tenetur et debet facere ut omnes Ragusei qui tempore illo inveniuntur in Ragusio, et vocati fuerint a Sclavis ad stanicum ad racionem[10], veniant ad stanicum illud, aut debent[11] mittere pro eis ad faciendum racionem[10] ad illud stanicum. | [4] Et comes de Chelmo simili modo tenetur facere ut homines de Chelmo omnes[12] qui vocati fuerint ad stanicum, veniant ad faciendum racionem[10] ad illud stanicum, vel debent[13] mittere pro eis. | [5] Et si per illos juratos[14] judices judicatum fuerit sacramentum ad

aliquem comitem vel ad ejus filium aut[15] filios, licitum sit illi[16] cui judicatum fuerit, ut per se faciat jurare unum de suis nobilibus viris; et ille quando jurat debet stare prope illum pro quo jurare debet ad latus ejus, et debet osculari[17] eum ore. | [6] Et si comes de Chelmo per se habuerit ad querendum racionem[10] supra comitem et comune[18] Ragusii, vel supra aliquem de Ragusio, hoc debet esse primum placitum quod prius debet placitari ibi[19]. Et si comes de Chelmo per se non habuerit ad querendum racionem[10] supra comitem et comune[18] vel aliquem de Ragusio, et comes vel comune[18] Ragusii ad querendum habuerit supra comitem vel aliquem de Chelmo, istud debet esse primum placitum quod ibi placitetur. | [7] Et sit primum placitum comitis de Chelmo, secundum debet esse comitis et comunis[20] Ragusii. Et si comes et comune[18] Ragusii et comes de Chelmo per[21] se non habuerint ad querendum, alii homines qui ibi fuerint ad querendum raciones[22] suas debent ponere tessiram[23] que pars debeat prius incipere placitare, et illa pars que per tessiram[24] vicerit debet primo placitare, et alia pars secundo; et sic complentur omnia placita usque ad finem: una pars unum placitum, et alia aliud placitum. | [8] Et ille homo qui perdiderit placitum suum per sentenciam[25] illorum judicum, de quacumque parte, dominus ejus sine mora debet facere racionem[10] illi qui vicerit placitum, nisi ipsi se ad invicem concordaverint.

[9] Et si stanicum plenerium[26] non fuerit ordinatum, et aliquis homo de Chelmo venerit ad querendum racionem[10] supra aliquem hominem Ragusii ante curiam Ragusii[27], si Raguseus voluerit respondere et facere ei racionem[10] ante curiam Ragusii, faciat; et si noluerit, ordinet stanicum ante curiam Ragusii ad constitutum locum et ad certum terminum, secundum quod ordinatum fuerit ante curiam; et quelibet pars debeat[8] esse in illo loco, pars Raguseorum cum judicibus Ragusii quos portare voluerit, et pars Sclavorum cum judicibus Sclavis quos ducere voluerit, et sint tot judices ex una parte quot ex alia. Et quecumque ex illis partibus non veniret ad terminum constitutum sine impedimento Dei et dominacionis[29] terre, sit[30] torta, et perdiderit placitum. | [10] Et si Sclavus non concordaret se cum Raguseo ante curiam Ragusii, Raguseus debet ordinare ante d. comitem et curiam Ragusii certum terminum eundi ad stanicum cum Sclavo. | [11] Et in illo die Raguseus ad suam voluntatem debet elligere[31] judices ab uno in supra, et Sclavus simili modo debet facere: qui judices sine sacramento debent judicare placitum vel placita que ibi fient.

[12] Et si aliquis Sclavus venerit Ragusium et comprehensus fuerit ab aliquo Raguseo in aliquo debito vel alio[32] malefacto, licitum sit Raguseo ducere Sclavum ante d. comitem et suam curiam. Et si Sclavus ille sua voluntate per placitum voluerit facere racionem[10] Raguseo, d. comes cum sua curia debet ei facere racionem[10]; et si ipse[33] noluerit et pecierit[34] stanicum, licitum sit utrique parti[35] ordinare stanicum ad suam voluntatem, secundum predictam formam et ordinem. | [13] Et eciam[36] si Raguseus se voluerit concordare cum Sclavo illo per stanicum aut alio quocumque modo, ante quam eum ducat ad d. comitem, ipse bene potest facere hoc et erit firmum. Et si aliquis Raguseus venerit ad d. comitem et pecierit[34] ei litteras[37] suas, et voluerit ire ad comitem de Chelmo cum litteris ad querendum racionem[10] supra aliquem Sclavum de Chelmo, d. comes debet ei facere suas litteras[38]; et Raguseus cum litteris[39] illis[40] debet ire ad co-

mitem de Chelmo, et ille Sclavus qui debet facere racionem[10] Raguseo, ante comitem de Chelmo debet placitare et facere racionem[10] Raguseo, et illa sentencia[41] que data fuerit per comitem de Chelmo erit firma. | [14] Et quecumque pars non venerit ad stanicum constitutum, et vocata fuerit et non[42] habuerit justum inpedimentum[43] clare factum, videlicet inpedimentum[43] Dei et contradicionem[44] domini terreni, et judicata fuerit, perdiderit placitum et erit torta. | [15] Et si judicatum fuerit sacramentum vel sacramenta Raguseo in stanico[45], Sclavus non potest dicere Raguseo: „volo quod talis et talis juret tecum"; sed Raguseus[46] jurare debeat cum illis suis propinquis quos ipse habere poterit[47]. | [16] Et eciam[36] si aliquis Raguseus habuerit ad querendum racionem[10] supra[48] aliquem Sclavum et ordinatum fuerit stanicum plenerium[26], et Raguseus ille noluerit[49] ire ad stanicum illud ad querendum racionem[10] suam, illud non prejudicat ei in suo jure, et bene potest manere. Et si Sclavus ille inde in antea venerit Ragusium, Raguseus non potest vetare ei terram Ragusii, nec potest eum pignerare vel facere pignerari, et nec depredare eum pro racione[50] sua[51], donec placitum suum diffinitum[52] fuerit per racionem[10] et per legis sentenciam[53], pro eo quod noluit[54] ire ad diffiniendum[55] ad stanicum.

[1] C. Ragusei (sic) [2] E. homines Chelmi de comitatu [3] E. communi [4] D. Malpho [5] B. C. plenerium (sic), E. plenarium [6] D. elligere [7] D. evangellium [8] E. s. Dei evangelia [9] C. fuerint [10] C. D. E. rationem [11] E. debeant [12] D. Chelmo qui [13] B. D. debet, C. debent, E. debeant [14] E. illos judices [15] E. vel [16] D. ei [17] E. deosculari [18] E. commune [19] E. quod placitari prius debet ibi [20] E. communis [21] D. pro [22] C. D. E. rationes [23] E. tesseram [24] C. E. tesseram [25] C. D. E. sententiam [26] E. plenarium [27] D. hominem Ragusii, si Raguseus [28] C. debet [29] C. D. E. dominationis [30] B. sic, C. D. E. sit [31] C. eligere, E. elligere, eligere [32] E. vel malefacto [33] C. E. et si noluerit [34] C. D. E. petierit [35] D. parte [36] E. etiam [37] C. E. literas [38] E. literas suas [39] C. literis [40] E. suis [41] B. setencia (sic), C. D. E. sententia [42] E. nisi [43] E. impedimentum [44] C. E. contradictionem [45] E. in Racuseo stanico [46] D. Ragusius [47] D. potterit [48] D. super [49] D. nolluerit [50] C. D. E. ratione [51] E. sui [52] E. deffinitum, definitum [53] D. E. sententiam [54] D. noluerit [55] E. deffiniendum.

LII.

De consuetudinibus inter Raguseos et homines Bossine[1].

[1] Et si aliquis Raguseus ad querendum habuerit racionem[2] supra ducem de Bossina vel supra aliquem hominem de Bossina, Raguseus ille cum litteris[3] d. comitis Ragusii debet ire ad ducem Bossine ad querendum racionem[2] suam, et sentencia[4] que data fuerit ei ibi erit[5] firma.

[2] Et simili modo facit dux de Bossina de suis hominibus qui habent ad querendum racionem[2] supra Raguseos, et veniunt[6] Ragusium cum litteris[3] sui ducis ante d. comitem, et sentencia[4] que data fuerit erit firma.

[1] D. Bosne [2] C. D. E. rationem [3] C. literris (sic) [4] C. D. E. sententia [5] E. sit [6] D. verba: „et veniunt Ragusium" desunt.

LIII.

De consuetudinibus inter Raguseos et homines Rassie.

[1] Et si aliquod discordium aut querimonia cresceret inter regnum et homines de Rascia[1] et comitatum et comune[2] et homines[3] Ragusii,

propter quod vellent ordinare et facere stanicum, si necesse[4] fuerit, sciendum est quod utraque pars debet se[5] conjungere ad stanicum in Joncheto[6], in loco qui dicitur Arena prope ecclesiam s. Triphoni, vel ad Crestam[7] prope ecclesiam s. Michaelis, si Sclavi de sua voluntate voluerint locum de Cresta[8]; et si Sclavi noluerint locum de Cresta[9], stanicum debet fieri in Joncheto[6] in predicto loco. | [2] Et rex Rasie[10] personaliter non tenetur venire ad stanicum, nisi fuerit de sua voluntate, sed ipse tenetur mittere, et similiter facit d. comes Ragusii. | [3] Et hoc stanicum debet fieri secundum ordinem et formam quod[11] fit stanicum de Chelmo in omnibus, sive plenerium[12] fuerit, sive proprium stanicum.

[1] D. Rassia [2] E. commune [3] C. et comitatum et comune Ragusij et homines [4] E. neccesse, necesse [5] B. coniugere (sic), E. debet se conjungere. In ceteris deest „se". [6] E. Jonchetto [7] B. Trestam (sic), C. D. E. Crestam [8] B. Tresta, C. D. E. Cresta [9] B. „Cresta" (sic), sicut in C. [10] C. D. Rascie, E. Rascie, Rassie [11] B. C. D. quod, E. quo [12] E. plenarium.

LIV.

De consuetudinibus inter Raguseos et illos de Genta[1].

[1] Et si aliquod discordium aut querimonia cresceret inter regnum et homines de Genta et comitatum et comune[2] et homines Ragusii, propter quod ipsi vellent ordinare facere stanicum, si necesse esset, sciendum est quod utraque pars se debet conjungere ad Molina[3], prope ecclesiam[4] s.[5] Hylacrioni[6]. | [2] Et hoc stanicum, sive plenerium[7] sive proprium fuerit, debet fieri secundum ordinem et formam in omnibus quod[8] fit stanicum de Chelmo.

[1] D. Zenta [2] E. commune [3] B. C. Malina, D. Mollina, E. Molina [4] C. eclesiam [5] B. C. sancte (sic!) [6] B. C. Hylacrioni, D. Hilacrioni, E. Hilarionis [7] E. plenarium [8] E. quo.

LV.

De consuetudine[1] inter Raguseos et civitates[2] Dalmacie[3] superioris.

[1] Et si aliquis Raguseus ad querendum habuerit racionem[4] supra aliquem hominem de civitatibus Dalmacie[3] superioris[5], vel aliquis homo de illis locis ad querendum habuerit supra aliquem Raguseum, sciendum est quod Raguseus debet ire ad civitatem sui debitoris ad querendum racionem[4] suam. | [2] Et ille qui supra Raguseum habuerit ad querendum ipse debet venire Ragusium[6] ad querendum.

[1] B. C. consuetudine, E. consuetudinibus [2] B. cicitates (sic) [3] B. D. Dalmacie, C. E. Dalmatie [4] C. D. E. rationem [5] B. superiori (sic), C. D. E. superioris [6] D. Ragusii.

LVI.

De consuetudine[1] inter Raguseos et dominos Sclavonie.

[1] Quicumque Raguseus aliquam messitacionem[2] habuerit cum rege Rascie[3] in terris Rascie[3], vel[4] cum duce Bossine in terris Bossine, vel cum comite de Chelmo in terris de Chelmo, vel cum comite de Centa[5] in[6] terris de Centa[5], et messitacio[7] illa poterit[8] probari vera[9], secundum anti-

quam consuetudinem, Raguseus tenetur ire ad illam segnoriam[10] ad paccandum et complendum messitacionem[2] illam quam habet in vita sua. | [2] Et si Raguseus moriretur[11] antequam vocatus esset ad racionem[12], sciendum est, quod uxor vel heredes ejus, aut illi qui possident bona sua, tenentur et debent respondere et[13] facere racionem[12] in civitate Ragusii pro mortuo. | [3] Et si Raguseus nolet[14] respondere et facere racionem[12] ante curiam Ragusii, et peteret[15] stanicum secundum antiquam consuetudinem, utraque pars debet ordinare stanicum ad suam voluntatem ante d. comitem Ragusii. | [4] Et si uxor vel heredes illius mortui, aut illi qui possident bona ejus, non possiderent aliquid de bonis mortui, aut velent[16] dejactare se de possessionibus suis, ipsi non tenentur nec debent facere racionem[12], secundum antiquam consuetudinem.

[1] B. C. consuetudine, D. E. consuetudinibus [2] C. D. E. messitationem [3] C. D. Rasie, E. Rascie, Rassie [4] D. cum rege Rasie vel cum; E. omisit „vel" [5] E. Genta [6] D. et in terris de Centa [7] C. E. messitatio [8] D. potterit [9] E. poterit vere [10] E. signoriam [11] E. moreretur [12] C. D. E. rationem [13] E. et debent facere [14] E. nollet [15] C. D. petierit [16] C. D. E. vellent.

LVII.

De consuetudine inter Raguseos[1] et Sclavos.

Et si aliquis Raguseus ad querendum habuerit racionem[2] supra aliquem Sclavum vel Sclavus supra Raguseum, et Raguseus Sclavo vel Sclavus Raguseo dixerit: „nolo[3] respondere tibi nisi[4] ad plenerium[5] stanicum, et non ad proprium", et stanicum plenerium[5] non fuerit ordinatum per segnorias[6], sciendum est quod aliqua ex illis partibus non debet nec potest petere stanicum plenerium[5], sed utraque pars ordinet parvum stanicum ad certum terminum, et ad illud stanicum debet[7] diffinire[8] questiones suas, secundum antiquam consuetudinem.

[1] D. Raguseo [2] C. D. E. rationem [3] E. volo [4] E. tibi ad [5] E. plenarium [6] E. signorias [7] D. debent [8] E. definire.

LVIII.

De eo qui vincit[1] servum vel ancillam per placitum.

Si aliquis homo vel mulier in stanico vel in curia[2] Ragusii, aut in alio loco extra Ragusium, per placitum vicerit aliquem servum vel ancillam, sciendum est quod ille homo vel mulier potestatem habet portandi ad domum suam illum servum vel ancillam quem vel quam vicerit in[3] placito, sine precepto d. comitis et curie Ragusii, et sine dacione[4] domini[5], et d. comes cum sua curia, secundum antiquam consuetudinem, non potest in hoc dare ei contrarium.

[1] D. vinzit [2] D. foro [3] D. im [4] D. datione [5] C. D. dominii.

(Cap. LIX, LX, LXI non inveniuntur in cod. B.)

LIX.

[1] Anno domini millessimo trecentessimo sexagesimo[1] nono[2], inditione[3] septima[4], die vigesimo[5] tertio[6] mensis[7] madii[8], in majori consilio

sono campane more solito congregato, et cum laudo populi in[9] publica concione statutum et firmatum fuit: quod quociens[10] venerit aliqua persona ad d. rectorem Ragusii et duos judices juratos ad minus, cum instrumento renunpciando[11], quod habebit supra aliquem suum debitorem vel debitores, et petierit quod dictus suus debitor seu[12] debitores capiantur, d. rector cum dictis judicibus qui erunt per tempora, teneantur mittere riparium ad vocandum ad judicium[13] dictum debitorem vel debitores cum familia rectoris, tali condicione[14] quod si dictus debitor vel debitores noluerint[15] venire ad judicium[16] ad respondendum suo creditori, familia rectoris debeat ipsum vel ipsos capere et aducere[17] ad judicium; si vero ille debitor vel debitores venerint[18] voluntarie ad solam vocem riparii, dicta familia nullam sibi debeat facere novitatem. | [2] Et si creditor petierit fraudulenter[19] cum aliqua carta[20] quam ipse fieri fecerit, de qua habuerit suam solutionem, teneatur solvere pro pena ducatos auri centum, cujus pene medietas sit comunis[21], ac[22] alia medietas sit debitoris vel debitorum, a quo vel a quibus petetur debitum supradictum. | [3] Et si dictam cartam[23] debiti non fecerit fieri ipse actor, sed ipsam habuerit ab aliis per successionem vel per alium modum, si dicta carta[20] fuerit soluta, non teneatur ipse actor solvere aliquam penam, sed teneatur se[24] purgare suo juramento, quod non fraudulenter[19] petebat debitum supradictum; si autem jurare noluerit, vel sciverit illud debitum quod petebat fuisse solutum, solvere debeat dictam penam centum ducatorum, ut superius est expressum, aliquo statuto seu consuetudine observatis[25] hactenus in contrarium non obstante.

[1] D. sexagessimo [2] E. 1369. [3] E. indictione [4] E. 7. [5] D. vigessimo [6] E. 23. [7] E. 23 maji [8] D. madii [9] D. im [10] E. quoties [11] D. E. renunciando [12] E. vel [13] D. judicem [14] D. E. conditione [15] D. noluerit [16] D. juditium [17] E. adducere [18] E. venirent [19] E. fraudolenter [20] E. carta, charta [21] E. communis [22] E. et [23] E. cartam, chartam [24] D. teneatur purgare [25] E. observato.

LX.

[1] Anno domini millesimo trecentessimo septuagesimo[1] secundo[2], inditione[3] decima[4], die decimo septimo[5] mensis augusti, in majori consilio sono campane more solito congregato, cum laudo populi in[6] puplica[7] contione[8], statutum et firmatum fuit: quod quilibet Raguseus et qui pro Raguseo se apellat[9], existens debitor alicujus, pro quo debito tenetur respondere in juditio[10] Ragusii, a modo in antea non possit impetrare per se vel per alium, aliquo modo vel ingenio, aliquam literam[11] ab aliquo domino, vigore cujus litere[12] possit in aliqua justitia[13] impediri fienda contra ipsum, secundum nostros ordines Ragusinos, sub pena solvendi centum ducatos auri comuni[14] Ragusii pro quolibet contrafacturo et pro qualibet[15] vice. [2] Pro quibus si statim non solverit, ponatur in carcere, et ibi detineatur donec solverit, nec audiatur in aliquo, nisi prius solvat penam predictam. [3] Et soluta vel non soluta pena, nichilominus[16] teneatur respondere[17] in juditio[18] Ragusii. Et si quis aduxerit[19] vel aduci[20] fecerit literam[11] ab aliquo domino, hujusmodi dicta litera[21] non possit nec debeat in aliquo prejudicare juribus illius, vel illorum, qui petet[22] jus contra illum, vel illos tales literas[23] impetrantes. | [4] Et si pro aliqua littera hujusmodi nostrum commune[24] vel aliqua spetialis[25] persona haberet aliquod dampnum[26], ille, vel illi in favorem cujus vel quorum impetraretur[27] dicta litera[21], debeat

emendare totum dampnum[26] cum expensis et interesse quod comune[24], vel aliqua particularis persona pateretur ocaxione[28] predicta. | [5] Et de dictis dampnis[29], expensis et interesse credatur sacramento illorum qui paterentur dampna[30]. | [6] Et si aliqua litera[21] hujusmodi produceretur comuni[14], in favorem alicujus, et ille excusaret se et diceret se non habere culpam in dicta littera in suum favorem nostro[31] comuni[14] transmissa, si probatio haberi non posset contra illum, judicium de hoc remaneat consilio rogatorum ad discernendum et judicandum utrum fuerit culpabilis[32] vel innocens.

[1] D. septuagessimo [2] E. 1372 [3] E. indictione [4] E. 10 [5] E. 17 [6] D. im [7] D. E. publica [8] D. E. concione [9] D. appellat [10] D. E. judicio [11] D. litteram [12] D. E. littere [13] D. justicia [14] E. communi [15] C. quolibet (sic) uice [16] E. nihilominus [17] D. respondendum [18] E. judicio [19] E. adduxerit [20] E. adduci [21] D. E. littera [22] E. petit [23] D. litteras [24] E. commune [25] D. E. specialis [26] E. damnum [27] E. impetratur [28] D. E. occasione [29] E. damnis [30] E. damna [31] E. communi nostro [32] D. culbabilis.

LXI.

[1] Anno domini millesimo trecentessimo septuagesimo septimo[1], die quinto decimo[2] decembris[3], in majori consilio sono campane more solito congregato, et cum laudo populi in publica contione[4], ut moris est, captum fuit et firmatum: quod creditores possint petere jura sua contra suos debitores ubique locorum, et quod quilibet creditor possit compellere suum debitorem extra Ragusium, tam cum sententia facta in Ragusio quam cum qualibet carta[5] notarii, quam habebit contra ipsum, prout dicto creditori videbitur expedire. | [2] Et quod si quis creditor petierit et compulerit suum debitorem cum carta[5] vel sententia soluta, et fecerit sibi inique solvi, quod possit ei per cartam[6] securitatis probari, quod debeat statim restituere dicto debitori illud quod false abstulisset; et tantundem debeat solvere de pena, cujus pene medietas sit nostri comunis[7] et alia medietas[8] dicti debitoris. | [3] Et quod si quis creditor exegerit aliquid a suo debitore extra Ragusium cum placito, vel de concordio[9] seu voluntate, quod non sit aliquod prejuditium[10] juribus aliorum creditorum, qui debent recipere super debitore predicto. | [4] Et quod d. rector, cum suis judicibus qui sunt et erunt per tempora, teneantur ex parte tocius[11] nostre comunitatis[12] recomendare[13] cartas[14] notarie[15] et sententias que portabuntur a creditoribus[16] vel eorum procuratoribus, | [5] scribendo verba, modos inductivos et preces in dictis recomendationibus[17], prout ipsis melius et hutilius[18] videbitur, ut creditores personas suorum debitorum incarceratas et ipsorum res possint obtinere.

[1] E. 1377 [2] E. 15 [3] E. x^bris [4] D. E. concione [5] E. carta, charta [6] E. cartam, chartam [7] E. communis [8] E. medietas sit [9] E. accordio [10] E. prejudicium [11] D. E. totius [12] E. communitatis [13] D. reccomendare, E. recomandare [14] E. cartas, chartas [15] D. nottarie [16] D. chreditoribus [17] D. E. recomandationibus [18] D. E. utilius.

Explicit liber tercius, incipit liber quartus (B. C.).

(Explicit liber tertius, incipit tabula quarti libri D.)

(Finis libri tertii statutorum E.)

I.

De dote et perchivio[1].

[1] Volentes mulieribus super suis dotibus et perchivio[1] providere, statuimus quod, quocienscumque[2] mulier seu aliquis pro muliere dederit dotem seu perchivium[3], de recepcione[4] ipsius perchivii[5] maritus teneatur facere cartam[6] ipsi mulieri, vel cuicumque sibi perchivium[3] assignaverit. [2] Qui maritus si denarios pro perchivio[1] receperit, ipsos denarios habeat in sua potestate ad faciendum de eis quicquid placuerit sibi; et creditor vel creditores sui possint[7] eum pignerare[8] de dictis denariis. Et d. comes qui per tempora fuerit in Ragusio cum sua curia possit similiter eum de dictis denariis pignerare[8], si propter offensam aliquam dictus maritus fuerit condempnatus[9]. | [3] Ita tamen locum habent omnia supradicta, si maritus habet de bonis suis tantum, unde possit satisfieri mulieri de suo perchivio[1]; aliter nec creditores, nec d. comes possit dictos denarios pignerare[8]. [4] Intentionis[10] enim nostre est, ut semper et in omni casu, dos sive perchivium[3] mulieris[11] sit salvum. | [5] Si vero maritus non denarios, sed alia mobilia, videlicet animalia, navem vel naves[12], barcam[13] vel barcas[14], vel aliquod aliud lignum pro perchivio[1] uxoris sue receperit, omnia sint in[15] potestate dicti mariti ad faciendum quicquid voluerit. Verumtamen[16], creditor seu creditores sui pro aliquo debito, vel d. comes cum sua curia, pro aliqua offensione ipsius, capere seu pignorare[17] non possint ea; | [6] nisi uxor pro qua datum est perchivium[3] illud inveniretur[18] fide jussisse vel manuprehensisse pro eo. | [7] Aurum autem, argentum, perle[19], lapides preciosi[20] et vestimenta, que uxor portaverit in domo viri sui pro perchivio[1], omnia sint in[15] potestate uxoris, et ipsa teneatur salvare et custodire ea ad utilitatem suam et suorum heredum; sed uxor ipsa alienare, impignare[21] aut vendere non possit sine voluntate viri sui. | [8] Soluto autem matrimonio, aurum, argentum, perle et lapides preciosi[22] ipsi mulieri, seu illi[23] qui pro ea remanserit a marito, seu ab illo qui pro eo fuerit, integra restituantur. | [9] Nisi uxor confiteretur se donasse, acomodasse[24] seu aliter amisisse ea vel aliquid ex eis: tunc enim donata, acomodata[25] seu amissa per mulierem maritus restituere non cogatur. | [10] Vestimenta vero, et panni assignati pro perchivio[1], qui superfuerint tempore mortis, restituantur sicut invenientur[26]. | [11] Sed si forte pro faciendis vestimentis uxori sue, maritus receperit denarios, et fecerit illa vestimenta pro quibus ipsos receperit, non teneatur tempore mortis ad restitucionem[27] denariorum, sed pannorum sicut inveniuntur. | [12] Hoc idem de sclavo vel sclava quem vel quam uxor in domo[28] viri duxit, quem vel quam nec maritus sine voluntate uxoris similiter alienare non potest, nec pro aliquo debito seu offensione ipsius viri capi vel pignerari[29]. | [13] Verumtamen, si illud quod aliquis receperit pro perchivio[1] uxoris sue, consistat in rebus stabilibus, seu in perchivio[1] sit aliquid[30] stabile, illud stabile inpignerari[31] vel alienari non possit per maritum, sine voluntate et consensu uxoris, nec stabile illud pro offensione aliqua seu debito mariti valeat pignerari[32]; [14] nisi uxor ejus inventa fuerit manuprehensa. | [15] Addimus eciam[33] huic statuto, quod[34] si post cartam[35] factam de recepcione perchivii[5] a marito, ipse maritus contraxerit aliud debitum, seu fecerit aliam cartam[35],

carta[36] dotis seu perchivii[5] sit majoris vigoris, et primo satisfieri debeat[37] eidem. | [16] Si vero appareant alie carte[38] priores facte ante cartam[35] perchivii[5], priores carte[38] sint majoris vigoris, et in eis primo debeant satisfieri.

[1] D. parchivio [2] E. quotiescumque [3] D. parchivium [4] C. D. E. receptione [5] D. parchivii [6] E. cartam, chartam [7] E. possunt [8] E. pignorare [9] E. condemnatus [10] D. intencionis [11] D. E. omittunt „mulieris“ [12] E. navem, barcam [13] D. barcham [14] D. barchas [15] D. im [16] E. Verum creditor [17] C. pignerare [18] E. invenietur [19] D. perle et [20] E. pretiosi [21] D. impignorare, E. impignare [22] C. E. pretiosi [23] E. ei [24] D. accomodasse, E. accomodasse, comodasse [25] D. acomoda, E. accomodata, comodata [26] D. inveniuntur [27] C. E. restitutionem [28] E. domum [29] E. pignorari [30] E. aliquod [31] E. impegnari [32] E. pignorari [33] E. etiam [34] D. quod post [35] E. cartam, chartam [36] E. carta, charta [37] E. debet [38] E. carte, charte.

II.

De lecto et vestimentis uxoris.

[1] Statuimus quod lectus et res pertinentes ad lectum, et vestimenta uxoris et filie aut filiarum debitoris, aurum, argentum et perle, et alia ornamenta que solent mulieres portare, et ancilla eciam[1] uxoris non possint pro aliquo debito seu culpa[2] viri pignerari[3]; et eciam[1], si uxor debitoris habuerit stabile vel mobile de suo perchivio[4], vel de dono patris aut matris, seu ex parte antecessorum suorum, illud mobile seu stabile pro aliquo facto viri pignorari non possit; | [2] nisi ipsa uxor inventa fuerit fidejussisse pro viro suo in debito suprascripto.

[1] E. etiam [2] D. pro aliqua culpa seu debito viri [3] E. pignorari [4] D. parchivio.

III.

De vestimentis quas[1] debent habere novicie[2].

[1] Ne ulterius super vestimentis que debet habere novicia[3] eveniat aliquod dubium statuimus, quod, quocienscunque[4] aliqua nobilis mulier maritatur, habeat mantellum unum de scarlato fornitum et investitum, secundum consuetudinem civitatis Ragusii, et mantellum unum de salia virida[5] similiter fornitum et investitum, pellem unam de foinis fornitam et cohopertam[6], çuppam[7] unam de cendato fornitam, eciam[8] pellicionem[9] unum leporinum et ancillam unam. | [2] Quod si forte ipsa mulier[10], vel qui eam maritaverit, pro dictis vestimentis voluerit dare denarios, teneantur[11] dare: pro mantello de scarlato[12] yperpera[13] duodecim[14], pro mantello viridi[15] yperpera[13] octo[16], pro pelle de foinis yperpera[13] duodecim[14], pro çuppa[17] de cendato[18] yperpera[13] octo[16], pro pellicione[19] yperpera[13] tria[20], et pro ancilla una yperpera[13] duodecim[21]: | [3] salvo pacto habito inter eos de dando plus vel minus, pro rebus supradictis. | [4] Si vero de auro[22] promisso a muliere, vel ab alio pro ea[23], aliquid defecerit[24] quod datum non sit, detur pro quolibet sacio yperperum[25] unum.

[1] E. que [2] C. D. E. novitie [3] C. E. novitia [4] E. quotiescumque [5] E. viridi [6] C. D. coopertam [7] C. D. çupam, E cuppam [8] E. etiam [9] C. pellitionem [10] D. mulier ipsa [11] C. D. E. teneatur [12] E. scarlatto [13] E. iperperos [14] E. 12 [15] C. D. viride [16] E. 8 [17] D. zupa, E. zuppa [18] E ceridato [19] C. pellitione [20] D. yppr. tria, E. iperperos tres [21] E. 12. [22] C. D. de viro (sic) [23] D. ipsa [24] E. deficeret [25] E. iperperum.

IV.

De dote seu perchivio[1] non dando sine carta[2].

[1] Erat actenus[3] antiqua consuetudo, quod dos sive perchivium[4] sine carta[2] dabatur; | [2] et quod si inter uxorem existentem in domo mariti, vel alium pro ea et maritum, super dote vel perchivio[1] questio verteretur: videlicet quod maritus diceret sibi deficere aliquid de dote, et uxor seu ille qui eam maritaverat[5], dicebat[6] se totam dotem sive perchivium[4] dedisse, et erat[7] prima uxor, totam credenciam[8] habebat corona[9], et nisi probaret maritus se non recepisse, tenebatur ad restitucionem[10]. | [3] Quam consuetudinem, velud[11] juri contrariam, corrigentes[12] statuimus: | [4] quod de cetero nulla dos sive perchivium[4] sine carta[2] publica assignetur[13], et quod dotis sive perchivii[14] assignacio[15], nisi per cartam[16], probari[17] non possit. | [5] Et si questio inter maritum et uxorem que jam intravit in domo mariti cum corona, seu illum qui eam maritavit, de recepcione[18] dotis sive perchivii[14] oriretur, non, ut olim, corona habeat credenciam[19], sed, nisi probetur ex parte mulieris per cartam[16] maritum dotem seu perchivium[4] recepisse, maritus habeat credenciam[19] et juramentum.

Curente[20] anno domini MCCLXXXXIII[21], de[22] mense marcii[23], tempore egregii militis d. Marini Badoarii, comitis Ragusii, per ipsum d. comitem cum voluntate minoris et majoris consilii et laudo populi, additum est statuto de dote: | [6] quod si appareret aliquis cum instrumento debiti, supra aliquem habentem uxorem maritatam ante statutum et ante cartam[16] debiti, et non haberet cartam[16] dotis, quod dicta mulier, si esset de nobilibus, non habeat credenciam[19] nisi de yperperis[24] quadringentis[25], et ab inde[26] inferius. Si vero fuerit de innobilibus[27], et non haberet cartam[16] dotis, et maritata esset ante statutum et ante cartam[16] debiti, remaneat in[28] providencia[29] d. comitis et sue curie; salvo si[30] ipsa mulier per instrumentum vel testes posset suum perchivium[4] reprobare[31]: de questionibus vero[32] inter virum et uxorem, statutum in sua permaneat firmitate.

[1] D. parchivio [2] D. charta, E. carta, charta [3] E. hactenus [4] D. parchivium [5] E. maritaverit [6] E. diceret [7] E. esset [8] C. E. credentiam [9] D. totam habebat coronam [10] E. restitutionem [11] E. velut [12] D. corigentes [13] C. asignetur [14] D. parchivii [15] C. D. E. assignatio [16] E. cartam, chartam [17] D. assignari [18] C. E. receptione [19] C. D. E. credentiam [20] C. currente [21] C. millesimo ducentessimo nonagessimo tercio, E. 1293. [22] E. „de“ deest [23] C. D. E. martii [24] E. iperperis [25] E. 400 [26] E. ab eisdem inferius [27] E. ignobilibus [28] D. im [29] C. D. E. providentia [30] C. „si“ additum manu recentiori. D. salvo ipsa [31] C. E. probare [32] E. omisit „vero“.

V.

De donacionibus[1] quas parentes faciunt filiabus supra perchivium[2].

Contigit aliquando quod patres vel matres filiabus maritatis ultra dotem seu perchivium[2] aliquid donant in[3] morte, et mariti supra ipsis donacionibus[1] molestant uxores; statuimus igitur ut quicquid[4] a patre vel matre vel aliqua alia persona donatum fuerit mulieri, de eo quod potest donari, totum illud sit in[5] potestate et voluntate mulieris ipsius, et heredum suorum post mortem ipsius: ita quod de eis possit facere vele[6] suum, nec maritus habeat aliquid facere super donacione[6] predicta. Et si forte mulier cui

facta est donacio[7], erit secunda uxor, vel tercia[8] aut inde superius, maritus aut filii mariti ex altera uxore nichil[9] habeant in eo facere, sed totus[10] sit ipsius mulieris et heredum ex ea descendencium[11], ut dictum est.

[1] C. D. E. donationibus [2] D. parchivium [3] D. im [4] E. quidquid [5] C. D. E. velle [6] C. donatione, E. supra donationem predictam [7] C. D. E. donatio [8] D. E. tertia [9] D. E. nihil [10] C. D. E. totum [11] C. D. E. discendentium.

VI.

De ordinacione[1] viri cum venit[2] ad mortem.

[1] Cupientes per presens statutum non solum viventibus, verum eciam morientibus subvenire, statuimus ut si aliquis homo uxoratus venerit ad mortem supervivente[3] uxore, et voluerit sue anime providere, possit dimittere pro anima sua quantumcumque sibi placuerit, | [2] usque ad quartam partem bonorum suorum, tam de mobili quam de stabili, sicut actenus[4] antiquam consuetudinem[5] obtinuit.

[1] C. E. ordinatione [2] C. D. E. venerit [3] E. supravivente [4] E. hactenus [5] E. antiqua consuetudo.

VII.

De uxore[1] que possidet[2] lectum post mortem viri.

[1] Si contingat quod mulier post mortem mariti sui voluerit possidere lectum, statuimus quod possidendo lectum possideat omnia bona que fuerunt condam[3] mariti sui; | [2] exceptis hiis[4] que maritus suus pro anima sua dimiserit, usque ad quartam partem, ut superius dictum est. | [3] Si vero mulier voluerit ad secunda vota convolare[5], hoc est accipere alium[6] virum, habere debeat perchivium[7], quod portavit in domo mariti et quicquid[8] maritus donavit[9] ei in[10] morte. Quod si heredes mariti, vel qui pro marito vel herede essent, haberent eam suspectam, ne portaret secum absconse de bonis condam[3] mariti, dicta mulier per sacramentum se purgare ex inde teneatur. | [4] Si vero mulier illa, que lectum mariti mortui possederit[11], alium maritum quereret, et hoc posset[12] sibi per ydoneos[13] testes probari[14], heredes mariti, vel qui pro marito vel heredibus fuerint, cum hiis[4] que superius dicta sunt, possint eam de domo expellere. | [5] Et que dicta sunt de uxore possidente lectum mariti, intelligantur de marito possidere volente lectum uxoris.

[1] B. uxor (sic) [2] B. posidet (sic) [3] C. D. E. quondam [4] E. his [5] C. convalere, D. convolere [6] D. alium accipere [7] D. parchivium [8] C. E. quidquid [9] D. donavit im [10] D. im [11] D. possiderit [12] E. possit [13] E. idoneos [14] C. D. probare.

VIII.

De anulis[1] quos vir dat uxori.

Annullus[2] quem vir dat uxori, cum recipit et sponsat eam, et annulus[3] quem vir ponit ad cingulum uxoris, et annulus[3] cum quo vir annellat[4] eam, sunt in[5] potestate uxoris ad judicandum et faciendum de ipsis voluntatem suam, sive habeat heredes cum viro suo[6], sive non.

[1] D. E. annulis [2] B. annullus, C. anullus, D. anullus, E. anulus, annulus [3] C. anulus, D. E. anullus, annulus [4] D. anellat, E. annellat, anellat, anelat [5] D. im [6] E. viro, sive.

IX.

De viro habente heredes ex prima, qui secundam accipit uxorem.

[1] Erat antiqua consuetudo quod mortua uxore alicujus, ex qua filium seu[1] filios habebat, si maritus ipse velet[2] aliam uxorem ducere[3], quod perchivium[4], quod habuerat cum uxore premortua, daret et assignaret filio vel filiis quos habuerit ex eadem, et eosdem nutrire et dare eis omnia necessaria[5], si cum eo stare voluerint[6] de suo proprio, secundum suam possibilitatem: quod, si suum patrimonium ad danda eis necessaria[5] non sufficeret[7], possit hoc facere de bonis alterius uxoris. | [2] Et quod de secunda uxore, dictum est eciam[8] de aliis uxoribus. Et quod sine patris voluntate filii prime uxoris a domo[9] patris non possent[10] recedere. Qui[11] si contradicente patre et volente[12] eis in domo sua, secundum suam possibilitatem, necessaria[5] exhibere, filii de domo patris exirent et nolent[13] habitare cum eo, pater eis nichil[14] tenetur dare de suo. | [3] Quam consuetudinem ratam habentes in[15] perpetuum confirmamus, addicientes[16] eciam[8]: | [4] quod, si pater habens secundam uxorem, filios quos cum prima uxore habuerat, noluerit secum in domo tenere[17], possit eos de domo eicere[18], dando cuilibet filiorum seu filiarum annuatim[19] yperpera[20] duodecim pro expensis et vestimentis, et pro ancilla annuatim yperperos sex[21].

[1] E. vel [2] C. vellet [3] D. aliam ducere uxorem [4] D. parchivium [5] E. neccessaria [6] D. voluerit [7] B. C. D. sufficere (sic), E. sufficeret [8] C. D. E. etiam [9] B. dono (sic). [10] D. possint, E. possint, possent [11] E. Quod [12] D. nollente [13] E. nollent [14] E. nihil [15] C. D. im [16] E. adjicientes [17] E. in domo, possit [18] E. ejicere [19] D. filiarum iperperos [20] D. E. iperperos [21] E. iperperos sex annuatim.

X.

De viro qui uxorem expellit de domo.

Qui uxorem suam de domo expullerit[1], quousque ipsam recipere noluerit, teneatur sibi dare expensas et omnia necessaria[2], secundum provideneciam[3] d. comitis et sue curie.

[1] D. E. expulerit [2] E. neccessaria [3] C. D. E providentiam.

XI.

De pannis lineis quos uxor facit in domo viri.

Omnes panni lini ad lectum et[1] ad mensam pertinentes, quos uxor facit, postquam intravit[2] in domum[3] viri sui, mortua uxore, in[4] potestate viri remanent, sive habeat de ipsa uxore heredes, sive non.

[1] E. et, vel [2] D. intrat [3] C. domo [4] D. im.

XII.

De potestate patris in uxorandis filiis.

[1] Habeat pater licenciam[1] uxorandi filium infra etatem legitimam constitutum, et accipiendi perchivium[2] uxoris predicti filii sui et ex inde

faciendi suam utilitatem[3]. | [2] Filium autem etatem habentem legittimam[4], possit pater cum voluntate ipsius uxorare[5] et cum ejusdem utilitate[6] similiter perchivium[2] uxoris ipsius[7] recipere[8]. | [3] Quod[9] si filius nolet[10] perchivium[2] uxoris sue pervenire ad manus patris, set[11] ipse vellet eum recipere[8], possit pater ipsum filium cum uxore de domo sua licenciare[12]. | [4] Si vero pater nolet[10] perchivium[2] uxoris sui filii predicti recipere, sed dicat: „cui datur mulier, detur et perchivium“[2], filius ipse, si recepit[13], ad restitucionem[14] perchivii[15] teneatur, et pater pro ipso perchivio[16] nullatenus obligetur[17].

[1] C. D. E. licentiam [2] D. parchivium [3] D. utilitatem suam [4] C. D. E. legitimam, D. E. habentem etatem legitimam [5] C. uxorem (sic). [6] E. ejusdem voluntate [7] E. sue [8] C. E. accipere [9] C. E. Et [10] C. nollet, E. nolet, nollet [11] C. et, D. E. sed [12] C. E. licentiare [13] C. E. recipit [14] C. E. restitutionem [15] D. parchivii [16] D. parchivio [17] C. obligatur.

XIII.

Quod pater possit maritare[1] prius filias quam filios.

[1] Pater habens filios et filias non maritatas nec uxoratos[2], potestatem[3] habeat maritandi et uxorandi filios et filias, ut dictum est. | [2] Quod si filius, antequam maritentur[4] sorores sue, velit[5] uxorem ducere, | [3] nisi sit de voluntate patris, hoc facere non possit. | [4] Sed pater habeat potestatem prohibendi ne filius prius ducat uxorem, quam filie maritentur.

[1] D. maritare possit [2] C. uxoratas [3] B. potestate (sic). [4] D. maritarentur [5] D. vellint.

XIV.

De muliere possidente lectum viri, que cum filio uxorato non vult habitare.

[1] Si mater habens filium uxoratum, que possideat[1] lectum et bona mariti sui[2], nolit cum filio in una domo habitare, potestatem habeat licenciandi[3] eundem, et ipse filius teneatur exire. | [2] Si mater vel pater recepisset perchivium[4] uxoris predicti filii, non possit mater ipsum de domo sua expellere, | [3] nisi assignato sive restituto perchivio[5] supradicto. | [4] Quod si non haberet unde posset dictum perchivium restituere, potestatem habeat vendendi tantum de possessionibus patrimonii, ut dicto filio de ipso perchivio[5] satisfiat[6].

[1] C. E. possidet [2] E. sui mariti [3] C. E. licentiandi [4] D. parchivium [5] D. parchivio [6] C. satisfaciat.

XV.

De patre nolente habitare cum filiis uxoratis.

[1] Si quis habens filium vel filios uxoratos et nolit habitare cum eis, possit eum vel eos cum suis uxoribus de domo sua eicere[1], et ipse filius vel filii exire compellantur de domo, ita tamen, quod si pater receperat perchivium[2] uxoris vel uxorum eorum, ante quam exeat de domo patris, pater ipse perchivium[2] illud ipsis restituere teneatur. | [2] Ultra illud, pater[3], cum exierint de domo ipsius, nichil[4] dare teneatur, nisi quicquid[5] de sua

voluntate ipsis[6] dare voluerit. | [3] Quidquid[7] autem filius vel filii predicti, postquam exiverint[8] de domo patris, lucrati fuerint cum perchivio[9] uxoris sue, seu ex industria persone sue[10], suum sit proprium; | [4] et fratres alii[11] nichil[4] petere possint vel debeant in lucro predicto. | [5] Si autem pater perchivium[2] ipsius filii vel filiorum expendisset ad suam utilitatem, et non haberet unde solveret ei perchivium[2], et voluerit ipsi filio tantum de suo patrimonio assignare, quantum valuit perchivium[2] quod receperat, teneantur ipse filius vel filii illum[12] recipere, et cum eo de domo patris exire. | [6] Si vero habens plures filios uxoratos velit unum vel aliquos de domo sua licenciare[13], et alium seu alios retinere, teneatur pater illi vel illis quos licenciat[14], dare expensas, sicut dat aliis quos retinet secum in domo; quod si facere nolet predictus pater, dicti filii a domo patris exire nullo modo compellantur[15], nec pater possit eos expellere. | [7] Si autem aliquis habeat filios uxoratos vel non uxoratos, tenetur ipse pater filios non habentes uxores tenere in domo, et eis omnia necessaria[16] exhibere[17]; nec alii filii uxorati possunt[18] in aliquo patri contradicere super[19] hoc. | [8] Si vero filius uxoratus de domo patris cum perchivio[9] sue uxoris[20] sine voluntate et licencia[21] patris exiverit, quicquid[22] ipse filius[23] lucrabitur, totum sit comune[24] cum patre et fratribus suis.

[1] E eijcere [2] D. parchivium [3] C. illud, cum [4] E. nihil [5] E. quidquid, quicquid [6] E. voluntate voluerit [7] C. D. quicquid, E. quicquid, quidquid [8] E. exierint [9] D. parchivio [10] C. D. persone, suum [11] E. fratres ibi [12] E. illud [13] C. E. licentiare [14] C. E. licentiat [15] B. copellantur (sic). [16] E. neccessaria, necessaria [17] D. exibere [18] D. posunt [19] C. sub hoc [20] E. uxoris sue [21] C. E. licentia [22] C. E. quidquid [23] C. filius ipse [24] D. E. commune.

XVI.

De patre volente dividere bona sua[1] inter filios.

Si pater voluerit inter filios suos sua bona mobilia dividere et distribuere, possit hoc facere eciam[2] filiis nolentibus: stabilia eciam[2] possit dividere et partem suam unicuique filio assignare, et si voluerint[3], dum vixerit, apud se partes filiorum omnium retinere[4].

[1] C. omisit „bona sua", E. dividere bona inter filios [2] C. D. E. etiam [3] C. „Et si assignare noluerint", corr. in „noluerit", D. E. voluerit [4] C. possit retinere.

XVII.

De patre moriente, quid possit pro anima sua dimittere[1].

Si quis moriens[2] habens filios voluerit de suo[3] pro anima sua testari, possit tam de mobili quam de stabili, usque ad quartam partem bonorum suorum, secundum suam voluntatem pro anima sua disponere; servos eciam[4] et ancillas possit manumittere, hoc est francare[5] ultra quartam ipsam, ita tamen, si eos vel eas de suo proprio comperavit[6].

[1] C. D dimitere [2] B morientes (sic). C. D. E. moriens [3] C. de suo proprio [4] C. D. E. etiam [5] D. franchare [6] B. comperanit (sine abbreviaturis) C. comparavit, E. comperavit, comperaverit.

XVIII.

De eo quod pater potest plus donare filio majori.

Pater decedens, id est moriens, possit majori filio donare aliquid secundum voluntatem suam, usque ad napum[1] unum argenteum de libra una.

[1] E. nappum.

XIX.

De testamento filii uxorati vivente patre.

[1] Si filius habens uxorem, infirmitate gravatus velit condere testamentum super patrimonio suo vivente patre, si ipse pater consenserit, valeat testamentum. | [2] Ceterum, si pater nolet ei[1] consentire, quod faciat testamentum, filius ipse potest secundum suam voluntatem[2] usque ad quartam partem mobilium et stabilium, que ipsum de patrimonio suo contingit, testari; verumtamen testamentum ipsum non possit compleri nec duci ad effectum, nisi post mortem patris. | [3] Illo autem moriente, testamentum ipsum super illa quarta ad effectum ducatur, reliquis tribus partibus penes uxorem ipsius filii[3] seu heredes suos remanentibus. | [4] Filio autem non uxorato morienti pater potest dare licenciam[4] testandi super una quantitate ad voluntatem suam. | [5] Qui filius non uxoratus, si in manibus et potestate patris decesserit, habeat pater potestatem faciendi pro anima ipsius filii, quantum sibi placuerit, et alii filii super hoc non possint contradicere patri. | [6] Et hec omnia intelligenda sunt, quando pater possederit lectum uxoris. | [7] Si vero filius uxoratus non patrem, sed matrem[5] habeat et sorores eciam[6] maritatas, et ipse filius moraretur[7] cum matre, possit filius ipse super parte ipsum[8] contingente de patrimonio suo ad voluntatem suam testari; testamentum autem ipsius in tribus partibus non perducetur ad effectum, nisi post mortem matris, si ipsa tunc lectum patris possederit, et eciam[6] uxoris sue, si possederit lectum suum.

[1] E. ei nollet [2] B. uolutatem (sic). [3] D. uxorem seu [4] C. D. E. licentiam [5] D. non patrem habeat [6] C. D. E. etiam [7] E. moreretur, moraretur [8] E. ipsi.

XX.

De potestate quam mater habet supra[1] filios.

[1] Equiparantes[2], quoad filios, matrem patri[3], statuimus, quod illam potestatem, quam habet pater supra filios in vita sua, | [2] eandem habeat mater[4] post mortem viri sui, possidendo lectum ipsius; | [3] excepto de divisione patrimonii facienda inter filios[5], | [4] et[6] super redendo[7] testimonium inter filios et filias[8]. | [5] Et illud quod filii tenentur facere patri in vita sua, teneantur et matri possidenti lectum et bona mariti.

[1] D. E. super [2] B. Et qui parentes (sic), C. equiparemus, E. equiparantes [3] B. „patris" corr. in „patri", D. patris [4] C. et mater [5] D. inter filios et filias [6] B. verba: „et super — inter filios" eadem manu addita in margine sub columna paginae. [7] D. et illud quod et super redendo [8] D. inter filios, verba autem: „et filias. Et illud quod" omissa in D.

XXI.

De fratribus et sororibus dividentibus bona paterna vivente matre.

[1] Fratres et sorores bona paterna vivente matre, que lectum mariti possidet, bene possunt inter se dividere, eciam[1] matre nolente: | [2] ita tamen, quod mater ipsa in vita sua teneat omnes partes, et post mortem ejus secundum divisionem ipsam quilibet habeat partem suam. | [3] Nolentibus vero filiis, mater inter eos patrimonium[2] eorum dividere non possit.

[1] C. D. E. etiam [2] D. patrimonium inter eos.

XXII.

De filiis renunciantibus[1] hereditatibus parentum.

Filius vel filii debitoris alicujus, qui hereditati paterne vel materne renunciaverint[2], nolentes aliquid de bonis patris sui[3] vel matris, volumus quod nec[4] ad solvenda ipsius patris vel matris debita teneantur.

[1] C. D. renuntiantibus [2] C. renuntiaverint [3] D. patris vel [4] D. quod ad.

XXIII.

Ex quibus causis pater filium exheredare[1] potest.

[1] Deferentes[2] paterne reverencie[3] in hac parte, statuimus: quod si filius, paterna beneficia oblitus, verberaverit patrem aut[4] matrem suam, seu cum amica patris jacuerit, vel eundem patrem coram curia accusaverit tali accusacione[5], hoc est de tali maleficio[6], qua probata pater amitteret vitam vel membrum, aut si vite ipsius[7] patris vel matris per venenum vel alio modo insidiare temptaverit[8]; et hec[9] plene possint[10] probari: | [2] pater talem filium possit exhereditare[11] a tota hereditate patrimonii sui, sine parte[12] facere.

[1] D. exeredare [2] C. deferrentes [3] C. D. E. reverentie [4] E. et [5] C. E. accusatione, D. acusacione [6] C. D. E. maleficio [7] D. vite patris [8] E. tentaverit [9] E. hoc [10] E. possit [11] D. exereditare [12] E. partem.

XXIV.

Quod mortua prima uxore vir secundam non possit accipere, nisi restituto perchivio[1] prime uxoris.

Si aliquis, mortua uxore sua, velit[2] secundam uxorem[3] accipere, reddito prius perchivio[1], quod habuit de prima uxore, heredi vel heredibus aut illis qui essent pro herede prime uxoris, aliam ducat uxorem[4]; ante tamen quam perchivium[5] prime uxoris restituat, aliam uxorem nullo modo ducere possit.

[1] D. parchivio [2] E. vellet [3] D. secundam accipere [4] C. E. omisit „aliam ducat uxorem". [5] D. parchivium

XXV.

Qualiter patrimonium dividi debet[1] inter heredes diversarum uxorum.

Volumus quod heredes duarum uxorum vel plurium, videlicet prime et[2] secunde[3] et inde[4] superius, sive sint masculi sive femine, patrimonium patris sui[5] tam mobile quam stabile equaliter dividere debeant inter se.

[1] D. dividi inter [2] E. et, vel [3] B. secude (sic). [4] E. deinde [5] D. patris tam.

XXVI.

De divisione facienda inter sorores prime uxoris.

[1] Presenti constitucione[1] statuimus: quod filie prime uxoris, si non habent fratrem vel fratres, sint tamquam masculini[2] in[3] patrimonio tam mobili quam stabili patris sui; quod si habent fratrem vel fratres, ipsi fratres sint masculi[4] suis sororibus, et ipse sorores sint femine fratribus suis. | [2] Hoc idem intelligendum est de filiis et filiabus secunde[5] uxoris et eciam[6] omnibus aliis.

[1] C. D. E. constitutione [2] E. masculi [3] D. im [4] C. masculini [5] D. secunde et tertie [6] C. E. etiam.

XXVII.

De sororibus ex prima uxore, que remanent cum fratribus.

[1] Si filie prime uxoris habent fratrem vel fratres ex eadem uxore, sive sint maritate sive non maritate, omnes debent recumbere et esse in fratrem vel fratres suos cum suis partibus[1]. | [2] Et frater vel fratres earum tenentur[2] eas maritare, si maritate non sunt. | [3] Et si necesse[3] fuerit, cum omnibus bonis patris sui tenentur[2] fratres et debent maritare easdem. | [4] Quod si forte bona patris ad ipsas maritandas non sufficerent, ipsi fratres de lucro suo teneantur maritare easdem[4]. | [5] Si vero sorores ipse maritate essent, frater vel fratres earum habeant partem patrimonii ipsis contingentem. | [6] Hoc idem sit de sororibus secunde et tercie[5] uxoris et de omnibus aliis.

[1] D. partibus suis [2] E. teneantur [3] E. neccesse, necesse [4] D. eadem [5] E. tertie.

XXVIII.

De heredibus prime uxoris, qui non traxerint perchivium[1] matris in vita patris.

[1] Si heredes prime uxoris non traxissent perchivium[1] matris sue vivente patre, antequam pater eorum acciperet aliam uxorem, et post mortem patris, si pater habuerit alios heredes cum secunda uxore, heredes prime uxoris prius debent detrahere de bonis paternis perchivium[1] matris sue. | [2] De eo autem quod supererit, detrahant heredes secunde uxoris perchivium[1] matris sue. | [3] Et sic intelligendum est de heredibus tercie[2] uxoris et de omnibus aliis. | [4] Quod si secunda uxor seu ejus heredes

non haberent unde possent trahere suum perchivium[1], quia patrimonium mariti seu patris defecerit, sue fortune inputant[3], et heredes prime uxoris non teneantur ipsis pro ipso perchivio[4] in aliquo respondere. | [5] Hoc idem esse censemus de secunda uxore ad terciam[5] et de omnibus aliis.

[1] D. parchivium [2] D. E. tertie [3] C. D. imputant, E. imputent [4] D. parchivio [5] C. et tercia, D. ad tertiam, E. et tertia.

XXIX.

De viro habente filias ex pluribus uxoribus et maritat filiam ex prima.

[1] Si aliquis homo habens heredes de duabus uxoribus vel de[1] pluribus, maritasset unam de filiabus prime uxoris vel plures cum perchivio[2], et post mortem ipsius patris dicte filie velent[3] detrahere perchivium[4] prime uxoris, videlicet matris sue; volumus quod perchivium[4] seu perchivia[5] filie vel filiarum quas pater maritavit, debeant computari in[6] perchivio[2] ipsius prime uxoris, matris earum. | [2] Quod si perchivium[4] vel perchivia[5] dictarum filiarum majus seu majora essent, quam perchivium[4] prime uxoris, et post mortem viri contingeret quod secunda uxor non habuerit unde possit trahere suum perchivium[4] integrum et completum[7], sed aliquid sibi deficiat: statuimus, quod hoc fortune sue debeat inputare[8], et prime uxoris heredes tam maritati quam non maritati non teneantur secunde uxori pro suo perchivio[2], | [3] quia pater earum dedit eis perchivium[4] in vita sua. | [4] Si vero, detracto perchivio[2] secunde uxoris integro et completo, aliquid in[6] bonis ipsius viri de[9] mobili seu stabili remanserit, volumus quod illud, quod superfuerit, inter ipsos heredes taliter dividatur: videlicet, quod heredes secunde uxoris tantum accipiant supra perchivium[4], quod cohequatur[10] heredibus[11] prime uxoris, et quod remanserit, inter se comuniter[12] tam masculi quam femine dividant per capita singulorum. | [5] Quod si bona illius viri deficerent et non posset fieri coequacio[13] de secundo herede ad primum, sit in fortuna secundi heredis, et primi heredes non teneantur eis propter raciones[14] predictas.

[1] E. vel pluribus [2] D. parchivio [3] C. E. vellent [4] D. parchivium [5] D. parchivia [6] D. im [7] C. conpunctum [8] C. D. E. imputare [9] E. in mobili [10] D. choequatur, E. coequetur [11] C. heredibus maritatis prime uxoris [12] E. communiter [13] C. E. coequatio, D. choequacio [14] C. D. E. rationes.

XXX.

De secunda uxore non habente heredes cum viro.

[1] Uxor secunda, si cum viro suo heredes non habuerit, mortuo marito, bona ipsius viri possit triginta diebus et non amplius possidere; completis vero triginta diebus, cum suo perchivio[1] de domo viri teneatur exire[2]. | [2] Sed si heredes prime uxoris haberent eam suspectam quod si ipsa[3] portet aliquid de bonis mariti, mulier ipsa teneatur jurare, si de bonis ipsius[4] nichil[5] portaret.

[1] D. parchivio [2] E. exire teneatur [3] C. E. quod ipsa [4] E. illius [5] E. nihil.

XXXI.

De secunda uxore habente heredes cum viro.

[1] Si secunda uxor cum viro suo heredes habuerit, mortuo viro suo, debet[1] post triginta dies cum filiastris[2] suis possessiones dividere[3]; | [2] quod si lectum viri possidere voluerit, volumus quod partem filiorum suorum possideat et supra[4] partem habeat lectum, cum lectum possideat. | [3] Hoc idem intelligendum est de tercia[5] uxore et de[6] omnibus aliis. | [4] Si vero lectum viri possidere noluerit, tunc lectum supra partem non habeat, nec partes filiorum ad ipsam perveniant, sed ad ipsos filios, si sunt majores, vel ad tutores[7] eorum, si legittime[8] etatis non sunt.

[1] E. suo post [2] C. figlastris [3] E. dividere debet [4] D. super [5] D. E. tertia [6] D. et omnibus [7] D. tuttores [8] D. E. legitime

XXXII.

De uxore lectum viri possidere[1] nolente.

[1] Mulier, que lectum viri sui[2] jam mortui possidere noluerit, potestatem habeat extrahendi suum perchivium[3] de bonis ipsius mariti, si habet unde possit extrahere; | [2] quod si non habet, sue fortune inputet[4]. | [3] Si autem filios habeat, ab ipsis se[5] non possit dividere[6], nisi velit accipere secundum maritum. | [4] Nam si voluerit vidua permanere, perchivium[3] de bonis mariti non possit detrahere.

[1] B. posidere [2] D. viri jam [3] D. parchivium [4] C. E. imputet [5] E. ab ipsis non [6] E. se dividere.

XXXIII.

De uxore non habente filios et lectum possidere nolente, sed suum perchivium[1] extrahere volente.

[1] Si mulier non habens filios vel[2] filias, mortuo viro suo lectum ipsius viri possidere noluerit, sed cum suo perchivio[3] voluerit exire de domo mariti, perchivium[1] ipsum ab illis ad quos bona ipsius viri pertinent, petere[4] debet[5]; quod si ab ipsis dictum perchivium[1] habere non poterit[6], vadat ad d. comitem et suam curiam, et ab eo petat de suo perchivio[3] racionem[7]; qui d. comes statuat illis presentibus ad quos bona defuncti pertinent, spacium[8] duorum mensium, infra quos restituere debeant perchivium[1] ipsum[9] mulieri predicte. Si vero successores mortui viri non sint presentes in civitate Ragusii, d. comes dabit eis terminum quatuor[10] mensium ad restituendum ipsum perchivium[1] mulieri predicte. | [2] Sed si infra predictos terminos mulier ipsa habere non poterit, d. comes cum sua curia eliget[11] tres bonos viros et faciet[12] eos jurare, quod ipsi faciant paccari[13] vel paccabunt ipsi mulieri suum perchivium[1] de bonis viri sui mortui. | [3] Et si ipsa mulier voluerit accipere de possessionibus condam[14] mariti sui in[15] paccamentum pro suo perchivio[3], predicti tres homines appreciabunt[16] tantum de possessionibus ipsius defuncti, et assignabunt eidem mulieri, quantum valet perchivium[1] supradictum. Que si possessiones noluerit, predicti tres homines, ex auctoritate et precepto d. comitis et sue curie, appreciabunt[17] et vendent tantum de bonis defuncti, quantum est

perchivium[1], et[18] eidem mulieri assignabunt. | [4] Et quicquid dicti tres homines fecerint, tam de appreciacione[19] quam eciam[20] de vendicione[21] possessionum, sit ratum et firmum. | [5] Interim tamen, donec mulier rehabeat suum perchivium, habere debeat expensas et necessaria de bonis viri sui defuncti. | [6] Si vero predicta mulier[22] habeat filios, tunc sit sicut in superiori capitulo[23] continetur.

[1] D. parchivium [2] C. seu [3] D. parchivio [4] D. pettere [5] B. debent, C. E. debet [6] D. potterit [7] C. D. E. rationem [8] C. spatium [9] E. perchivium mulieri [10] D. quattuor [11] D. elliget, E. eligit [12] C. E. faciat [13] E. paccari, pacari [14] E. quondam [15] D. im [16] C. appretiabunt, E apreciabunt [17] C. appretiabunt [18] C. omisit verbum „et". [19] C. appreciatione, D. E. apreciatione [20] C. D. E. etiam [21] C. D. E. venditione [22] D. mulier predicta [23] C. superiori precedenti capitulo.

XXXIV.

Quod pater teneatur prius maritare filias prime uxoris.

Aliquis habens filias ex diversis uxoribus tenetur prius maritare filias prime uxoris, et postea secunde, et sic de aliis per ordinem.

XXXV.

De viro qui recipit stabilia pro perchivio[1] et facit in eis laborerium.

[1] Maritus, si ab uxore sua prima, secunda vel tercia[2] acceperit perchivio[3] aliquod stabile, videlicet terras vel casale, et laboraverit casale vel pastinaverit terras; sciendum est quod eo mortuo, quicquid[4] fecit remanebit uxori; | [2] excepto si vir laborabit[5] illud cum ordine, videlicet cum ydoneis[6] testibus vel cum publico instrumento.

[1] D. parchivio [2] D. E. tertia [3] E. pro perchivio [4] E. quidquid, quicquid [5] E. laborabit, laboraverit [6] D. E. idoneis.

XXXVI.

De habente aliam uxorem et expendit in rebus perchivii[1] prime uxoris.

[1] Homo habens filios ex prima uxore, si secundam vel terciam[2] aut[3] plures uxores acceperit, et fecerit dispendium in domo vel in terris secunde vel tercie[4] uxoris cum carta[5] vel sine carta[5], cum testibus vel sine testibus, et heredes ipsi legittime[6] etatis non fuerint: non noceat illis[7], quod a patre in domo vel in terris predictis fuerit laboratum in[8] partibus que eis competunt. | [2] Sed si homo ille ex prima uxore non masculum filium[9], sed feminam tantum habet, sive sit etatis legittime[6] sive non, antequam maritetur, non nocet ei expendium factum a patre in dictis domibus vel in terris, sicut non nocet masculis, qui[10] non sunt etatis legittime[6], ut superius est expressum[11].

[1] D. parchivii, E. perchivium prime [2] D. E. tertiam [3] E. vel [4] D. E. tertie [5] D. cartha, E. carta, charta [6] D. E. legitime [7] D. eis [8] C. D. im [9] D. masculum, sed [10] D. si [11] C. superius dictum est.

XXXVII.

De vetacione[1] heredum prime uxoris ad patrem.

[1] Filii ex prima uxore, in legittima[2] constituti etate, patri habenti secundam uxorem vetare possunt, quod non expendat bona sua in terris vel domibus quas in perchivium[3] pro secunda uxore accepit. | [2] Hoc idem possunt[4] filie maritate[5] ex prima uxore nate, ubi filii masculi[6] non supersunt; | [3] nisi secunda illa uxor velit[7] se filiastris suis[8] per cartam[9] vel coram ydoneis testibus obligare in eo quod maritus ejus, videlicet pater eorum, expendiderit in terris vel[10] domibus sui perchivii[11], salvum sit jus eorum. Tunc enim filii prohibere non possunt patri[12] quod non laboret. | [4] Idem est de secundo herede ad tercium[13], et sic de aliis.

[1] C. E. vetatione [2] E. legitima [3] D. parchivium [4] C. E. Hoc idem filie [5] B. maritare (sic). [6] C. masculini [7] D. vellet [8] C. E. illis [9] D. cartas, E. cartam, chartam [10] C. E. uel in domibus [11] D. parchivii [12] E. possunt quod [13] D. E. tertium.

XXXVIII.

De perchivio[1] mulieris, que plures maritos habuit.

[1] Quecumque[2] mulier successive duos vel tres maritos habuerit, si ipsis mortuis alium maritum accipiat, totum perchivium suum nec non donum vel partem, quod vel quam a patre vel a matre accepit in[3] potestate sua, si vult accipere, potest. | [2] Ita tamen quod post mortem mulieris ipsius[4], filii ultimi mariti habebunt[5] totum perchivium ejus; | [3] donum autem vel pars[6] quod vel quam accepit a patre vel matre[7], vel undecumque[8] sibi obvenerit, dividetur per capita inter filios omnium maritorum.

[1] D. parchivio [2] D. quecunque [3] D. im [4] E. mulieris, filii [5] D. habeant [6] C. donum aut pars [7] D. vel a matre [8] D. undecunque.

XXXIX.

De uxore secundi mariti habente heredes ex primo.

[1] Uxor secundi mariti, si ex primo marito heredes habuerit et non cum secundo, si moriatur secundo marito superstite, maritus ipse bona ipsius uxoris possidere non potest, nisi triginta diebus tantum. | [2] Completis vero triginta diebus, omnia predicta bona perveniant ad heredes primi mariti; | [3] eo salvo quod mulier ipsa potest dimittere quartam partem ipsorum bonorum pro anima sua ad vele[1] suum, quod intelligitur vel[2] minus quantum voluerit. | [4] Et si dicti heredes primi mariti haberent dictum secundum maritum suspectum[3], quod portaret aliquid de bonis matris sue, teneatur ipse maritus de hoc per sacramentum purgare, si heredes hoc ellegerint[4].

[1] C. D. E. velle [2] E. ad minus [3] B. „susceptum“ corr. in „susc^e^ptum“ (sic). [4] E. e(l)legerint.

XL.

De uxore secundi mariti non habente heredes ex primo.

[1] Secundus maritus mulieris non habentis ex primo marito heredem possit post mortem mulieris ipsius bona ejusdem possidere: | [2] eo[1] salvo, quod uxor ipsa usque ad quartam partem tam de mobili quam de stabili possit pro anima sua dimitere[2] ad voluntatem suam.

[1] B. „possidere (lacuna) saluo", in margine manu recenti „eo", C. „eo saluo", D. possidere (lacuna) salvo, E. possidere. Eo salvo [2] C. D. E. dimittere.

XLI.

De muliere[1] habente heredes ex[2] pluribus maritis.

[1] Si qua[3] mulier ex duobus vel pluribus maritis habens heredes, alium acciperit[4] virum et cum eo filios[5] non habuerit, post mortem ipsius omnia bona sua perveniant ad illos heredes quos habuerat cum aliis viris; [2] ita tamen, quod usque ad quartam partem bonorum ipsorum possit pro anima sua dimittere ad voluntatem suam. | [3] Qui heredes bona ipsa per capud[6] hominis divident inter se, et in hoc femina sit femina fratribus suis. | [4] Que si fratrem masculum non habuerit, sit sibi[7] ipsa idem masculus.

[1] B. mulier (sic). [2] C. omisit „ex" [3] D. aliqua, E. quę, quae [4] E. accipit [5] D. alios [6] E. caput [7] E. sit ipsa idem.

XLII.

De muliere[1] habente heredem[2] cum ultimo marito tantum.

[1] Ex uno vel pluribus maritis habitis, mulier si heredem non habuerit, sed ex ultimo viro filios habeat, ea mortua, totum suum[3] perchivium[4] ad heredes ultimi mariti perveniat: | [2] eo salvo, quod usque ad quartam[5] partem mulier ipsa pro anima sua de ipso potest dimittere vel minus ad voluntatem suam.

[1] B. mulier (sic). [2] B. C. heredum (sic), D. E. heredem [3] D. totum parchivium [4] D. parchivium [5] B. quartem (sic).

XLIII.

De muliere[1] secundum virum recipiente[2], que retinuit sibi de perchivio[3].

Mortuo viro alicujus mulieris, si mulier ipsa accepto suo[4] perchivio[5] et omnibus que pertinent ad eam, alium virum accipiat, retenta sibi parte perchivii[6] vel aliorum bonorum, volumus quod totum illud quod sibi retinuit nec assignavit marito, sit in[7] potestate mulieris ipsius et heredum suorum.

[1] B. „mulier", corr. literis nigris in: „muliere" [2] D. reccipiente [3] D. parchivio [4] E. accepto perchivio [5] D. parchivio [6] D. parchivii [7] C. D. im.

XLIV.

Quod filii teneantur parentibus pauperibus subvenire, et e contra.

[1] Dicebat[1] antiqua consuetudo: quod filius vel filii uxorati vel non uxorati[2], habentes patrem vel matrem simul vel divisim ita pauperes, quod non haberent unde vivere possent[3], tenentur ipsis sufficienter in suis necessitatibus[4] subvenire, ut decenter vivere possent, et eis dare ydonea[5] vestimenta, secundum possibilitatem eorum. | [2] Quam presenti statuto firmamus, | [3] addentes quod pater et mater e converso filiis pauperibus ad similia teneantur. | [4] Filios tamen non uxoratos, | [5] nisi pro culpa et malicia[6] eorum, pater vel mater a se expellere non possint[7].

[1] E. discebat [2] E. vel filii uxorati, habentes [3] C. posset (sic), E. possint [4] E. neccessitatibus, necessitatibus [5] E. idonea [6] C. E. malitia [7] D. possit.

XLV.

De patre qui recipit perchivia[1] filiorum.

[1] Pater, qui perchivium[2] duorum filiorum vel plurium recepit[3], si uni ex eis perchivium[2] suum reddiderit[4], teneatur et aliis, si hoc pecierint[5], sua perchivia[1] reddere. | [2] Qui, si non haberet unde posset omnia perchivia[1] suis filiis reddere, dampnum[6] ejus, quod defficit[7], omnes filii comuniter[8] per sua perchivia[1] porciantur[9].

[1] D. parchivia [2] D. parchivium [3] E. recipit [4] D. rediderit [5] D. E. petierint [6] E. damnum [7] C. deficit, E. defficit, deficit [8] D. E. communiter [9] C. E. portiantur, D. portientur.

XLVI.

De filio diviso[1] a patre cum suo perchivio[2].

Si unus ex filiis, recepto a patre suo[3] perchivio[2], iverit in suum patrimonium cum predicto perchivio[2], sine contradicione[4] aliorum fratrum, si postea remanentibus deficeret[5] aliquid, quod non possent a patre habere completa sua perchivia[6], frater qui suum recepit[7], aliis fratribus reffundere[8] vel restaurare aliquid nullo modo teneatur[9].

[1] D. de filiis divisis [2] D. parchivio [3] B. „suo“ bis. [4] C. D. E. contradictione [5] D. defficeret, E. deficeret, defficeret [6] D. parchivia [7] E. recipit [8] E. refundere [9] B. teneantur, C. D. E. teneatur.

XLVII.

Quod filie maritate cum perchivio[1] in residuo[2] nullum jus habeant[3].

[1] Si quis non habens uxorem, vel si qua[4] non habens maritum filiam vel filias quas habet, cum perchivio[5] maritaverint[6], in hiis[7] que sibi remanserint, habeat[8] plenariam potestatem; filie autem predicte in hiis nullum habeant jus. | [2] Sed si quedam ex filiabus sint maritate, quedam non maritate: que non sunt maritate, statuimus quod debeant cum perchivio[5] maritari. | [3] Et quod superfluum fuerit, de patrimonio seu matrimonio, inter omnes filias comuniter[9] dividatur, | [4] eo[10] salvo, quod mulier

de eo quod sibi remanserit, potest detrahere usque ad quartam partem sui perchivii[11], et dare pro anima sua.

[1] D. „in residuo" additum manu recentiori in margine [2] E. ressiduo [3] B. habeat, C. D. E. habeant [4] E. que [5] D. parchivio [6] E. maritaverit [7] E. his [8] C. habeant [9] D. E. communiter [10] B. Et, C. E. eo [11] D. parchivii.

XLVIII.

Quod pater contradicentibus filiis possit filias maritare.

[1] Pater vel mater, cum pater non est, habens filias et filios, potestatem habeat[1] maritandi filias, | [2] eciam[2] filiis contradicentibus, ipsorum filiorum contradicione[3] non obstante. | [3] Qui si filie vidue, quam maritat[4] iterum, velit de suo proprio pro[5] perchivio aliquid addere, possint[6] hoc facere. | [4] Nec noceat[7] aliquid contradicio[8] filiorum.

[1] E. habet, habeat [2] C. D. E. etiam [3] C. D. E. contradictione [4] B. E. maritat, C. maritare [5] C. omisit „pro" [6] E. possit [7] E. nocet [8] C. D. E. contradictio.

XLIX.

De fratre habente sorores maritatas.

[1] Filius uxoratus sorores maritatas habens, si cum matre steterit[1], potest in ultimis suis ad voluntatem suam condere testamentum super parte sua[2]; | [2] eciam[3] matre contradicente. | [3] Mater tamen possidebis bona[4] ipsius filii usque ad mortem suam; post mortem vero ipsius matris distribuentur ipsa, sicut ipse filius ordinavit; | [4] salvo tamen in omnibut jure uxoris filii supradicti.

[1] D. stetterit [2] E. sua, et etiam [3] C. D. E. etiam [4] E. omnia bona.

L.

De sororibus orfanis[1] inter se paciscentibus.

[1] Sorores virgines non habentes patrem nec matrem, sive stant per se sive cum aliquo[2], si aliquod pactum vel sacramentum cum fratribus aut cum aliqua alia persona fecerint[3], pactum illud | [2] vel sacramentum sit nullius[4] valoris. | [3] Si autem una vel[5] plures de dictis sororibus velent[6] se maritare, potestatem habeant accipiendi partem suam a suis sororibus[7], in qualicumque[8] etate[9] ipse sint; et hoc sit firmum inter sorores orfanas[10] cum fratribus suis. | [4] Que si fratrem vel fratres habeant, fratres[11] ipsi teneantur[12] eas maritare. | [5] Si vero ipse sorores maritare nolent[13], sed regulariter vivere, fratres ipsi secundum possibilitatem suam teneantur eisdem sororibus providere.

[1] C. E. orphanis [2] E. aliquo, aliquod [3] B. fecerit, C. E. fecerint [4] D. nulius [5] E. aut [6] C. E. vellent [7] E. a sororibus suis [8] D. qualicunque, E. qualicumque, quacunque [9] D. qualicunque ipse [10] C. E. orphanas [11] E. habeant, ipsi [12] E. teneantur teneatur [13] E. nollent se, sed.

*

LI.

De fratribus non habentibus patrem nec matrem nec sorores.

[1] Fratres non habentes patrem, neque matrem, neque sorores; donec ad legittimam[1] etatem pervenerint, simul cohabitent; | [2] ita tamen quod habentes etatem legittimam[1] non possint impignerare[2] neque vendere nec donare aliquod stabile, quod noceat fratribus aliis non habentibus etatem legittimam[1] in[3] partibus suis. | [3] Cum autem omnes erunt etatis legittime[4], tunc secundum quod magis voluerint, aut simul maneant vel divisim.

[1] D. legitimam [2] E. impignorare, impignerare [3] C. D. im [4] E. legitime.

LII.

De fratribus non habentibus patrem vel matrem nec[1] sorores, qui se uxorare voluerint.

[1] Si[2] fratres patrem vel matrem non habentes simul steterint, et aliqui illorum legittime[3] etatis fuerint, et unus ex eis uxorem cum perchivio[4] acceperit et ipsum in compagniam aliorum fratrum posuerit[5]; volumus, quod perchivium[6] illud sit salvum; | [2] et cum ipsi fratres bona sua inter se dividere voluerint, quod probare[7] poterit[8] de omnibus rebus comunibus[9] ipsorum fratrum, dictum perchivium[6] prius salvum et integrum extrahatur. | [3] Et reliqua que superfuerint, fratres ipsi equaliter dividant inter se. | [4] Si autem tempore divisionis, bona ipsorum fratrum ad complendum totum ipsum perchivium[6] non sufficerent, teneatur quilibet ipsorum fratrum ad id quod defecerit[10] pro rata[11]. | [5] Et si aliter solvere non poterint[12], tenebuntur ad complimentum[13] ipsius perchivii[14], cum uxores acceperint, de perchivio[4] uxorum suarum. | [6] Quod si frater ipse uxoratus probare non poterit[8] se posuisse[15] perchivium[6] suum in comunitate[16] fratrum, ipsi fratres eidem ad[17] hoc nullo modo teneantur[18]. | [7] Aliquo autem ex ipsis[19] fratribus existente in[20] minori etate, frater ipse perchivium[6] ipsum a comunitate[16] extrahere non possit. | [8] Qui[21] si ante divisionem ipsam moriatur, et uxor ejus alium virum velit accipere, libere, et sine aliqua calumpnia[22] perchivium[6] suum a comunitate[16] extrahere possit, et fratres mariti sui defuncti ad restitucionem[23] sui perchivii[14] teneantur. [9] Statuimus eciam[24], quod si prius frater uxoratus perchivium[6] uxoris sue in comunitate[25] fratrum posuerit vel non posuerit, alii fratres, cum uxores acceperint, similiter facere teneantur.

[1] E. nec, vel [2] B. Fi fratres (F miniatum errore pro S) [3] E. legitime [4] D. parchivio [5] B D. possuerit, C. E. posuerit [6] D. parchivium [7] E. probari [8] D. potterit [9] E. communibus [10] E. deffecerit, defecerit [11] B. pro tota (sic), C. E. pro rata [12] D. potterint [13] D. complementum [14] D. parchivii [15] C. possuisse [16] E. communitate [17] E. ad, de [18] E. tenentur [19] C. dictis [20] D. im [21] E. Qui, Quod [22] D. calupnia, E. calumnia [23] D. E. restitutionem [24] C. D. E. etiam [25] D. E. communitate.

LIII.

De fratribus simul stantibus, qui ponunt perchivium[1] uxorum suarum in comunitate[2].

[1] Si unus aut plures ex fratribus simul habitantibus perchivium[1] quod ex uxoribus suis receperint, in comunitate[2] aliorum fratrum posuerint, ordinamus quod omnes expensas[3] uxorum suarum et heredum, nec non et nutricum heredum faciant[4] de tota comunitate[2]. | [2] Si vero frater uxoratus perchivium[1] suum in comunitate[2] non posuerit, omnes expensas quas pro predictis[5] personis fecerit, de suo perchivio[6] faciat et non de comuni[7]. | [3] Quas[8] si de comunitate[2] fecisse probetur, ipsas[9] sibi in[10] parte sua volumus computari.

[1] D. parchivium [2] E. communitate [3] E. expense [4] E. fiant, faciant [5] C. pro dictis [6] D. parchivio [7] E communi [8] E. Quod, Quas [9] C. D. ipsa [10] D. im.

LIV.

De fratribus recipientibus perchivium, unus[1] ex eis sine voluntate patris et matris.

[1] Si plures sint fratres, habentes patrem et matrem, et aliquis illorum uxorem cum perchivio acceperit[2] et pater aut mater perchivium[3] ipsum accipere[4] noluerit[5] in comunitate[6], alii fratres, si voluerint, supra se perchivium ipsum[7] recipere possint: | [2] ita tamen, quod pater vel mater eidem filio pro ipso perchivio[8] non obligentur in vita sua. | [3] Post mortem vero patris vel matris, perchivium[3] illud de bonis illorum fratrum integrum extrahatur.

[1] E. unus, unius [2] E. illorum cum perchivio acceperit uxorem [3] D. parchivium [4] B. recipe (sic). [5] D. noluerint [6] E. communitate [7] D. parchivium recipere [8] D. parchivio.

LV.

De divisione patris cum filiis prime uxoris.

[1] Pater habens heredes de duobus[1] vel pluribus uxoribus, si cum filiis prime uxoris dividere voluerit bona sua, | [2] cum voluntate eorum possit divisionem ipsam facere: | [3] salvo perchivio[2] prime et secunde uxoris: | [4] ita videlicet, quod heredes prime uxoris recipiant partem suam, et pater recipiat similiter suam et partem heredum secunde uxoris. [5] De quibus bonis, tam mobilibus quam stabilibus, pater ipse pro parte sua habebit tantum, quantum habebit unus ex filiis suis. | [6] Et si uxor ipsius tempore divisionis fuerit pregnans, habebit ipse pater pro illo filio non nato[3] tantum, quantum habebit unus ex filiis suis jam natis.

[1] C E. duabus [2] D. parchivio [3] D. non nato filio.

LVI.

De filiis prime uxoris nolentibus habitare cum patre.

[1] Si[1] filii prime uxoris[2] cum patre habitare noluerint, sed ab eo se dividere voluerint, statuimus: quod pater teneatur eis restituere perchivium[3]

matris eorum, et eciam[4] perchivium[3] uxorum illorum, si illud pater recepisse probetur. | [2] Et quicquid[5] postea dicti filii lucrati fuerint sine patre, ipsis debeat remanere. | [3] Post mortem autem patris de bonis paternis habeant partem suam.

[1] B. Fi (F miniatum errore pro S) filii, C. E. Filii prime, D. Si [2] C. E. uxoris si cum [3] D. parchivium [4] C. D. E. etiam [5] E. quidquid, quicquid.

LVII.

De dono quod mater potest facere filiis de comunitate[1].

[1] Mater potestatem habeat donandi omnibus filiis et filiabus suis equaliter et non aliis de comunitate[2] archam[3] cum rebus intus habitis ad suam voluntatem; | [2] excepto auro, quod dare non possit. | [3] In morte autem sua, si vult, dimittere[4] possit usque ad quartam partem sui perchivii[5] et vestimenta sua.

[1] E. facere de communitate [2] E. communitate [3] E. arcam [4] B. dimitere [5] D. parchivii.

LVIII.

De dono patris ad filios.

Pater[1] sine voluntate filiorum suorum aliquid donare non possit.

[1] B. ater (P omissum a miniatore).

LIX.

De viro et uxore non habentibus filios, si ad mortem deveniant.

[1] Maritus et uxor filios vel filias invicem non habentes, si ad mortem devenerint, inter ipsos tale jus volumus observari: quod, si alter eorum morte preveniatur, et alter velit lectum morientis possidere, moriens super rebus suis taliter possit facere testamentum, quod usque ad quartam partem bonorum suorum possit pro anima sua dimittere et illud in continenti, per illum qui supervixerit[1], exolvatur[2]. | [2] Super reliquis tribus partibus volumus quod moriens possit, secundum voluntatem suam[3], testari et dimittere[4], cui sibi placuerit; | [3] ita tamen quod qui supervixerit, cum lecto possideat illas tres partes in vita sua. | [4] Post mortem vero ipsius voluntati[5] prius mortui compleatur, detracto tamen semper perchivio[6] mulieris. | [5] Si autem qui prius decesserit super tribus partibus nichil[7] dixerit, predicte tres partes volumus quod vadant ad propinquiores successores ipsius, post mortem tamen ejus qui supervixerit[8], ut dictum est; | [6] quarta autem intelligatur detracto perchivio[6]. | [7] Si vero alter eorum omnino intestatus decesserit, teneatur qui supervixerit dare in continenti pro anima mortui quartam partem bonorum seu perchivii[9] ipsius, reliquis tribus partibus sibi in vita sua remanentibus, et post ejus mortem[10] ad propinquiores jam mortui pervenientibus, ut dictum est. | [8] Volumus eciam[11], quod si uxor primo moriatur habens ancillam babiçam[12], possit eam liberare et facere de ea ad voluntatem suam.

[1] D. superfuerit, E. supervixerit, supravixerit [2] D. exsolvatur, E. exolvatur, exsolvatur [3] E. suam voluntatem [4] E dimmittere, dimittere [5] E. voluntas [6] D. parchivio [7] E. nihil [8] E. supervixerit, superviverit [9] D. parchivii [10] C. post mortem eius, D. post mortem ipsius [11] C. D. E. etiam [12] D. babicham, E. babizam.

LX.

De concordio inter virum et uxorem schepatos.

Si vir et uxor schepati in vita sua aliquod concordium fecerint, quod per cartam[1] notarii, aut per ydoneos[2] testes a duobus in supra possit probari, censemus ipsum ratum et firmum.

[1] E. cartam, chartam [2] E. idoneos.

LXI.

De potestate patris et matris ad maritandas[1] filias.

[1] Statuimus quod pater, vel mater ubi pater non est, potestatem habeat monachare[2] filiam suam etatem legittimam[3] non habentem, et dare ei quantum sibi placuerit, et quicquid[4] sibi promiserit valeat et sit firmum. | [2] Filiam autem legittimam[3] habentem etatem[5], pater vel mater sine ipsius voluntate monachare[6] non possint[7]. | [3] Si vero filia ipsa voluntarie ire voluerit in monasterium, pater teneatur sibi promittere, quantum promitteret filie legittime[8] non habenti etatem, et quicquid[4] ei promiserit, sit firmum et ratum. | [4] Et cum pater vel mater ad mortem venerit, possit filie sue[9] monache ad voluntatem suam dimittere de eo quod remanserit de bonis suis, secundum possibilitatem suam.

[1] D. supra „maritandas" alia manu scriptum: „monicandas", E. matris monacandi filias [2] E. monacare [3] D. E. legitimam [4] E. quidquid, quicquid [5] D. habentem, pater (alia manu supra „autem" adscriptum est: „etatem") [6] C. D. monachari, E. monacari, monacare [7] C. D. E. possit [8] B. C. D. legittime (sic, pro -am), E. legitimam [9] E. filie monache.

LXII.

De fratribus habentibus sorores, que ad monasterium ire volunt.

Fratribus sine patre et matre habentibus sorores etatis legittime[1], si aliqua de ipsis sororibus in monasterium ire voluerit, omne[2] pactum quod sorores ipse cum fratribus suis fecerint vel eciam[3] concordium, volumus esse ratum et firmum.

[1] D. E. legitime [2] B. „ome" scriptum in rasura, C. omnes (sic). [3] C. D. E. etiam.

LXIII.

De muliere que sine voluntate suorum iverit in monasterium.

Si alicujus filia sine voluntate patris vel matris vel fratrum fugeret vel iverit in[1] monasterium, statuimus quod pater vel mater seu fratres ejus

teneantur ei secundum ipsorum voluntatem in aliquo providere. Hoc idem intelligendum est, si fuerint plures[2] sorores.

[1] D. fugeret in [2] B. plure (sic).

LXIV.

De dono matris ad filiam religiosam.

Mater habens filiam[1] religiosam, de archa[2] sua eidem, quicquid[3] sibi placuerit, potest donare.

[1] D. filiam suam [2] E. arca [3] E. quidquid, quicquid.

LXV.

De biçochis[1] et aliis religiosis.

[1] Volentes non tantum[2] mundanis, verum eciam[3] religiosis per presens providere statutum, ordinamus: quod si aliquis vel aliqua habeat filiam biçocham[4], vel aliter viventem[5] in[6] penitencia[7] extra monasterium, pater vel mater teneatur in vita sua prestare sibi omnia necessaria[8], post mortem vero suam, teneatur[9] sibi aliquid dimittere pro vita sua sustentanda[10]; | [2] ita tamen, quod post mortem ipsius religiose, illud quod pater suus vel mater sibi dimiserat, perveniat ad fratres masculos ipsius religiose vel heredes eorum, et si fratres masculos non haberet, perveniat[11] ad sorores et heredes eorum[12]. | [3] Et illi teneantur dare pro anima ipsius usque ad quartam partem valoris ipsius rei, quam pater vel mater sibi dimiserat[13]. | [4] Si vero fratrem masculum vel sororem[14] non habuerit, predicta biçocha[15] vel aliter religiosa, de hiis[16] que sibi pater vel mater dimiserat, in mortem suam faciat[17] vele[18] suum.

[1] E. bizochis [2] D. non solum [3] C. D. E. etiam [4] E. bizocham [5] C. D. vivente [6] D. im [7] C. D. E. penitentia [8] E. neccessaria, necessaria [9] C. teneantur. E. tenentur [10] C. E. sustinenda [11] B. perueniant (sic), C. E. perveniat [12] B. ad sorores et heredum (sic) eorum, C. D. heredes eorum, E. heredes earum [13] C. E. dimiserit [14] E. sorores [15] E. bizocha [16] E. hiis, iis [17] D. faciant [18] C. D. E. velle.

LXVI.

De dono patris ad filium euntem ad monasterium[1].

Si unus ex pluribus filiis cum patris voluntate in monasterium ire voluerit, pater ipse potest ei dare illud quod sibi placet, ita tamen, quod illud quod sibi dederit, sit infra illam partem que pertinet ad eum vel procedit ei, et quicquid[2] pater minus eidem promiserit, sit firmum et ratum.

[1] B. monesterium (sic). [2] E. quidquid, quicquid.

LXVII.

Si unus ex pluribus fratribus iverit in monasterium.

[1] Plures fratres sine patre et matre, si etatis legittime[1] fuerint et unus aut plures ex eis in monasterium ire voluerint, volumus quod potestatem habeant extrahendi partem, que pertinet vel procedit eis. | [2] Si

autem volentes intrare religionem etatis legittime[1] non fuerint, alii fratres non teneantur aliquid eis dare. | [3] Et si contingat eos exire de religione[2] ipsa, antequam ad legittimam[3] etatem perveniant vel postquam pervenerint, infra annum, habeant[4] integras partes suas. | [4] Hoc idem statuimus intrantibus religionem, postquam etatis legittime[1] fuerint, si exierint infra annum, silicet[5] quod habeant integras partes suas.

[1] D. E. legitime [2] D. eos de religione exire [3] D. E. legitimam [4] C. habeat [5] B. C. D. silicet, E. scilicet.

LXVIII.

De dono patris ad filium clericum.

[1] Filio clerico[1] cum d. archiepiscopo presentabitur, pater vel mater potestatem habeat[2] donandi seu promittendi donum[3] de rebus stabilibus suis ab yperperis[4] quinquaginta[5] inferius, secundum suam possibilitatem supra partem suam, que eum contingit de bonis paternis; | [2] de quibus habere debet, quantum unus de aliis fratribus | [3] Donum autem ipsum, quod pater vel mater sibi promiserit[6], habere non possit nisi post mortem patris vel[7] matris.

[1] D. clericho [2] E. habeant, habeat [3] E. promittendi de rebus [4] E. iperperis [5] C. quinquagenta [6] D. promisserit [7] E. vel, et.

LXIX.

Si unus ex pluribus fratribus voluerit fieri clericus.

Si fuerint plures fratres sine patre et matre, et aliquis illorum[1] voluerit fieri clericus, sufficiat sibi pars sua, tantum videlicet, quantum habet unus ex aliis fratribus, et ultra id[2] nichil[3] a fratribus suis petere[4] possit.

[1] C. D. eorum [2] D. eo [3] E. nihil [4] D. pettere.

LXX.

De genero ad filiandum.

[1] Si intervenerit aliquis in[1] domum soceris[2] vel socere ad filiandum per cartam puplicam[3], sine qua nil valeat[4], moriretur[5] sine herede, uxor ejus, salva consuetudine patris et matris sue, bene se poterit[6] iterum maritare et quociens[7] voluerit, sive ad filiandum sive ad non filiandum, dum fuerit sine herede. | [2] Sed[8] si uxor ipsa vivente viro premoritur, vir ipse[9] possideat, dum possidebit lectum uxoris[10], omnia bona que possidebat vivente uxore sua, ad filiandum. | [3] Qui si vivente socero et socera ad mortem pervenerit, de omnibus hiis[11] que ipse portavit secum in domum soceri[12] et socere, testetur et ordinet ad suam voluntatem; in rebus autem ipsius soceri et[13] socere[14] nullam habeat potestatem, sed[15] ipse socer et socera habeant potestatem faciendi de eis, ad voluntatem suam. | [4] Si vero socer et socera premorirentur[16], possint ipsi[17] socer et socera quartam partem ipsorum bonorum pro anima sua dimittere, reliquis tribus partibus ipsi filio afiliato[18] remanentibus ad voluntatem suam pro anima sua, uxoris,

soceri[19] et socere, ad ecclesias, loca religiosa et pauperes extraneos dimittendi. | [5] Si autem consanguineis suis de bonis[20] comunis aliquid dederit, donacio[21] ipsa non teneat, nisi tantundem[22] det consanguineis[23] uxoris sue. | [6] Sed si mortua filia, socer afiliati[24], dimissa uxore[25] sua et genero afiliato[26] premoriretur[27], et gener ipse ad mortem venerit vivente socera, possit in bonis que fuerunt soceri, ad voluntatem suam testari et ordinare, ita tamen, quod ipsa socera, dum velit mariti lectum possidere, possideat et bona ipsius, et post mortem ejus testamentum generi impleatur. | [7] Hoc idem in[28] premortua socera socero remanente. | [8] Sed si contingerit quod gener ipse afiliatus[29] cum uxore sua heredes habuerit, nichil[30] super bonis, que habuit cum uxore ad filiandum, valeat ordinare, set[31] ipsa omnia ipsa possideat cum heredibus ipsis, donec lectum viri defuncti voluerit possidere. | [9] Si autem alium virum accipere voluerit, bona ipsa per medium dividantur, quorum medietatem mulier ipsa secum ad alium virum portet, alia medietate apud heredes quos cum marito suo afiliato[32] habuit remanente. | [10] Si vero uxor ipsa premoriretur[33], remanentibus heredibus et marito, donec maritus ipse lectum uxoris possederit[34], possideat et bona[35] cum heredibus supradictis. | [11] Qui si aliam uxorem accipere voluerit, omnia bona que fuerunt soceri et socere et uxoris, remaneant heredibus uxoris filiate defuncte, et nichilominus[36] a patre victum habeant et vestitum et partem bonorum ipsius, secundum illud scriptum, qualiter alii filii habent[37] a patribus suis. | [12] Pro debito autem quod maritus ipse, sive antequam uxorem receperit[38] sive post, fecerit, bona illius uxoris pignorari vel alienari non possint, nisi uxor ipsa inventa fuerit per cartam[39] notarii de ipso debito fidejussor. | [13] Vir eciam[40] ipse bona illius uxoris nec vendere, nec donare, nec pignerare[41], nec alienare possit, nisi uxore ipsa per cartam[39] notarii consenciente[42].

[1] E ad [2] C. soceri, E. soceris, soceri [3] E. cartam, chartam, cartham publicam [4] E. valet, valeat [5] E. moreretur [6] D. potterit [7] D. quotiens, quoties, E. quoties [8] C. D. E. Et [9] C. D. ipse vir [10] E. uxoris sue [11] E hiis, iis [12] E. soceris, soceri [13] C. vel [14] E. verba „testetur — socere" omissa [15] C. D. E. et [16] C. D. E. premorientur [17] E. ipsi, ipse [18] C. D. filio filiato, E. filio filiato, genero filiato [19] D. soceris, E. soceris, soceri [20] E. de bonis ipsis aliquid [21] C D. E. donatio [22] D. tantundem, E. tantum, dum [23] C. D. sanguineis [24] E. affiliati [25] B. C. uxorie [26] D. affiliato [27] E. genero premorereretur [28] C. D. im [29] D. E. affiliatus [30] E. nihil [31] C. D. E. sed [32] E. affiliato [33] E. premorereretur [34] D. possiderit [35] E. bona sua [36] E. nihilominus [37] B. „habent" in rasura, C. D. habeant, E. habent [38] E. acceperit [39] E. cartam, cartham, chartam [40] C. D. E. etiam [41] E. pignorare [42] D. E. consentiente.

LXXI.

De potestate patris in filios bastardos.

[1] Habens filios vel filias bastardos[1] potestatem habeat, in[2] morte sua, assignandi et dimittendi eisdem unam parvam quantitatem de bonis suis, secundum possibilitatem[3] suam. | [2] Et eciam[4] in vita sua maritandi eandem in unum equalem hominem illi; et post mortem ipsius patris, illi qui possident bona ejusdem, tenentur maritare eandem secundum ordinacionem[5] patris predicti.

[1] E. bastardas [2] D. im [3] C. possibillitatem [4] C. E. etiam [5] C. D. E. ordinationem.

LXXII.

De bastardis.

[1] Si vero bastarda ipsa non maritata devenerit meretrix vel malefica aut ruffiana, tam ipse pater | [2] quam filii sui legittimi[1] potestatem habeant castigandi et percuciendi[2] eandem[3], expellendi[4] et eciam[5] extra civitatem vendendi. | [3] Et si bastardus ipse fuerit masculus et latro, aut habens in se aliud malum vicium[6], ipse pater et legittimi[1] filii sui eundem ad voluntatem suam verberent et castigent: | [4] quam potestatem verberandi et castigandi in masculum et feminam concedimus eciam[5] uxori ipsius patris[7].

[1] E. legitimi [2] C. D. E. percutiendi [3] E. eandem, eam [4] E. et expellendi [5] C. E. etiam [6] C. D. E. vitium [7] E. „patris" deest.

LXXIII.

De potestate parentum ad filios et filias.

Filios et filias pater potestatem[1] habeat verberandi et castigandi sine pena. Frater[2] eciam[3] in fratres et sorores, soror eciam[3] in sorores et fratres, avunculus et amita, frater et soror videlicet patris et matris, avus et avia in nepotes et neptes similem habeant[4] potestatem.

[1] D. pater habeat [2] E. Fratres [3] C. D. E. etiam [4] E. habeant, habeat.

LXXIV.

De constitucione[1] pitroporum.

[1] Mulier vel homo, cum ad mortem devenerit, potestatem habeat dimittendi et ordinandi pitropos ad suam voluntatem, super hiis[2] que ad eos pertinent. | [2] Qui pitropi teneantur facere et complere de bonis ipsis, secundum quod ipse homo vel mulier statuerit et[3] ordinaverit. | [3] Et si aliquis propinquus illius mortui vel mortue usque ad quartam propinquitatem quesierit racionem[4] ab ipsis pitropis, volens scire si bona defuncti data sunt secundum ordinacionem[5] mortui predicti, teneantur ipsi pitropi super hiis[2] eidem[6] propinquo facere racionem[4]. | [4] Qui propinquus, si bona ipsa data non invenerit[7] juxta disposicionem[8] defuncti, possit ire ad curiam spiritalem[9]. | [5] Que curia, ad peticionem[10] ipsius propinqui, compellat pitropos ordinacionem[5] defuncti perducere ad effectum.

[1] E. constitutione [2] E. iis [3] C. D. vel [4] C. D. E. rationem [5] C. D. E. ordinationem [6] D. ipsi [7] D. inveniret [8] C. D. E. dispositionem [9] E. spiritualem [10] E. petitionem.

LXXV.

De potestate pitroporum.

Presenti statuto ordinamus: quod, si homo ad mortem deveniens ordinaverit[1] pitropos, et se in[2] manibus et potestate ipsorum dimiserit super bonis que[3] spectant vel pertinent de jure ad eum, nemo de propinquis

seu heredibus suis possit epitropis ipsis[4] in aliquo contradicere, quod ordinamentum[5] mortui ad complementum non ducant[6].

[1] D. ordinat [2] D. im [3] D. que sibi [4] E. suis [5] D. ordinationem [6] B. ducat, C. D. E. ducant.

LXXVI.

De pitropis illorum qui heredes relinquunt infra etatem legittimam[1].

[1] Epitropi ordinati ab hiis[2], qui heredes habuerint etatem legittimam[1] non habentes, quesciti[3] vel vocati ad curiam ad placitum, pro dictis heredibus, respondere pro eisdem[4] minime teneantur, | [2] donec aliquis ex ipsis heredibus ad etatem pervenerit[5] legittimam[1], videlicet masculus ad quatuordecim[6] annos, femina vero ad duodecim. | [3] Nec eciam[7] ipsi heredes per se teneantur alicui respondere[8], nisi unus eorum vel plures ad ipsam etatem pervenerint. | [4] Tunc enim epitropi pro eis et ipsi, majores et minores, respondere omnibus[9] teneantur. | [5] Si vero epitropi ipsi contra formam istius statuti pro minoribus ipsis responderint, et aliquod dampnum[10] eis supervenerit, totum illud dampnum[10] teneantur[11] ipsi epitropi de suo proprio dictis minoribus emendare, si hoc pecierint[12], cum pervenerint ad etatem legittimam[1].

[1] D. E legitimam [2] E. his [3] C. D. E. quesiti [4] C. D. eis [5] E perveniat [6] D. quindecim [7] C. D. E. etiam [8] C. D. respondere alicui [9] C. D. omnibus respondere [10] E. damnum [11] D. „eis, teneatur“, alia manu additum: „eis evenerit“ [12] C. D. E. petierint.

LXXVII.

De vidua habente filios infra etatem legittimam[1].

[1] Si remanserit mulier vidua habens heredes[2] etatem legittimam[1] non habentes, et pro predictis[3] heredibus vocetur ad placitum, pro ipsis omnino teneatur respondere. | [2] Si vero[4] mulier ipsa secundum maritum acceperit, locum habeat, quod superius dictum est, videlicet quod uno ex ipsis perveniente ad legittimam[1] etatem, omnes, tam majores quam minores, teneantur omnibus respondere.

[1] D. E. legitimam [2] D. heredem [3] E. dictis [4] C. D. Si autem.

LXXVIII.

De pactis factis inter sorores habentes etatem legittimam[1].

Due[2] sorores vel plures habentes etatem legittimam[1], quicquid[3] inter se fecerint, et si una consenserit alteri in[4] maritacionibus[5] suis et intrando[6] monasterium, sit ratum et firmum.

[1] D. E. legitimam [2] D. que [3] E. quidquid, quicquid [4] D. im [5] C. D. E. maritationibus [6] C. E. in intrando.

LXXIX.

De divisione patrimonii inter fratres facienda, et partium assignacione[1] post divisionem, et eciam[2] inter sorores.

[1] Si fuerint fratres volentes inter se patrimonium dividere, junior, id est minor frater, sive sit clericus sive laicus[3], tenetur dividere domos, casilia[4], staciones[5], furnos tam de lignamine quam de petra, terenum[6] prope civitatem, ortos[7] et molendina ad suum velle. | [2] Qua divisione facta, major frater primo recipiat partem suam, et post eum secundus a majore et sic alii successive, secundum quod nati fuerint, ita quod ultima pars remaneat fratri minori. | [3] Et si aliquis ex ipsis[8] fratribus addere voluerit alteri fratri denarios vel aliquid aliud pro parte sua, non possit[9] hoc facere nisi cum voluntate omnium aliorum fratrum. | [4] Facta autem ipsa divisione, ille qui de hoc voluerit[10] partem suam recipere, habeat inducium octo dierum ad habendum consilium super[11] parte sua recipienda, quibus completis recipiat partem suam. | [5] Quod si tempore divisionis ipse vel aliquis ex ipsis[12] fratribus steterit in domo vel in alia re que dividi debet, et ille qui dividit, dixerit ei quod de domo vel de re ipsa exeat, exire sine condicione[13] aliqua[14] teneatur. | [6] Major autem frater, sive sit clericus, sive sit laicus[15], dividat vineas et terras que sunt ad frumentum, cum omnibus condicionibus[16] supradictis, sub modo et forma prescripta; [7] ita tamen, quod minor frater prius recipiat partem suam de terris et vineis, et post eum secundus a minore, et sic omnes alii, a minore usque ad majorem. | [8] Si vero res que inter fratres dividi debent, sint mobiles, videlicet: argacium[17] domus et omnia alia mobilia, tunc frater medianus vel[18] fratres mediani divident ipsum argacium[17] domus et cetera mobilia. [9] Et tunc frater major prius recipiat partem suam et post eum omnes alii, secundum quod nati sunt, servato in omnibus supradicto modo et forma, et ultima pars remaneat ei[19] qui divisit: quod si duo fuerint qui diviserint, major eorum prius[20] recipiat partem suam. | [10] Volumus autem quod illi qui diviserint, debeant hostendere[21] et assignare partes divisas omnibus illis qui partem debent recipere, tam de vineis quam de terris, quibus assignatis et hostensis[22], qui prius debet recipere[23], habeat inducium, ut predictum est, et post eum omnes alii, et sic quilibet recipiat[24] partem suam. | [11] Si vero duo sint tantum fratres, qui inter se bona debent[25] dividere, minor frater, qui dividit domos, dividat eciam[26] argacium[17] domus[27], naves et barcas[28]; et major, qui dividit vineas, dividet[29] argacium[30] vinearum, animalia, denarios et familiam. | [12] Quod si sorores tantum fuerint, que patrimonium volunt dividere non habentes fratrem, ille ordo et modus inter eas servetur, qui inter fratres dividentes servari superius est statutus.

[1] C. D. E. assignatione [2] C. D. E. etiam [3] C. D. layeus [4] B. C. casilia (sic), D. E. casalia [5] D. stationes [6] E. terrenum [7] E. hortos [8] E. dictis [9] E. posset, possit [10] B. omisit „voluerit“ [11] D. supra [12] C. D. ipsius [13] B. condicione, C. conditione, D. E. sine contradictione [14] D. sine contradictione teneatur [15] C. D. layeus [16] E conditionibus [17] C. D. E. argatium [18] E. seu [19] D. illi [20] D. eorum recipiat [21] C. D. E. ostendere [22] C. D. E. ostensis [23] C. D. E. accipere [24] D. accipiat [25] E. debent, debeant [26] C. D. etiam, E. et (sic). [27] E. domus et naves [28] D. barchas [29] E. dividat [30] C. E. argatium, D. argatia.

LXXX.

De parte intestatorum devenienti ecclesie s. Blaxii[1] de Plathea[2].

[1] Quia quarta bonorum illorum qui decedunt sine testamento melius dispensari non potest, quam per modum infrascriptum, per majus et generale consilium et cum laudo populi sono campanarum[3] congregatum, ut moris est, captum fuit et firmatum[4]: quod quarta omnium bonorum defunctorum ab intestato, de tempore preterito et futuro[5] usque ad decem annos, converti debeat in laborerium ecclesie sancti Blaxii[6] de Plathea[7]. | [2] Quam quartam petere possint procuratores dicte eclesie[8], sicut prius petere poterat d. comes cum parvo consilio; | [3] considerando, quod dicta quarta intestatorum melius dispensari[9] non potest pro ipsorum animabus. | [4] Et si ante decem annos dicta ecclesia foret completa, ipsa quarta intestatorum revertatur ad dictum d. comitem et parvum consilium, ad dispensandum sicut prius.

[1] D. E. Blasii [2] D. platea. E. omisit verba „de platea". C. D. addidit: „Rubrica LXXX". B. non habet hoc capitulum. [3] D. campanorum [4] E. captum et firmatum fuit [5] E. de futuro [6] D. E. Blasii [7] D. E. platea [8] D. E. ecclesie [9] D. dispensari pro ipsorum.

Explicit liber quartus, incipit liber quintus (B. C.).

(Explicit liber quartus, incipit tabula sive rubrica quinti libri D.)

(Finis libri quarti statutorum E.)

I.

De divisione platearum.

[1] Ut super factis platearum nulla in posterum dubitacio[1] oriatur, sancimus: ut domus que sunt ex uno latere[2] platee, habeant terciam[3] partem de ipsa platea, et alie domus, que sunt ex alio latere, habeant[4] aliam terciam[5], et comune[6] aliam terciam[7]. | [2] Et quilibet possit in sua tercia[8] facere amblitum et scalam de petra vel de ligno, sicut voluerit, et portam scale et canipe[9]; et medietas celi est unius partis, et alia medietas[10] alterius partis. | [3] Si vero domus ipse habeant antiquas scalas de petra, sive scale[11] ipse minus habeant[12] sive plus quam tercium[13], semper in eo[14] statu permaneant, et que minus habent[15], non possint eam acrescere[16];

ellevare[17] autem eam in altum possint, quantum voluerint. | [4] Si autem voluerint eas refficere[18] in eo statu, refficiant[19] sicut fuerunt antiquitus. | [15] Sed si antiqua[20] scala fuerit de lignamine, et patronus voluerit eam in[21] petram commutare[22], vel de lignamine renovare, et in antiqua fuerit minus quam tercium[13] aut plus, possit usque ad tercium[13] accipere et non plus.

[1] C. D. E. dubitatio [2] D. lattere [3] D. E. tertiam [4] E. habent [5] C. D. tertiam partem, E. aliam tertiam [6] E. commune [7] D. omisit verba: „et comune aliam tertiam". [8] D. E. tertia [9] E. canape [10] E. medietas est [11] C. D. sive scasale (sic). [12] E. habeant minus [13] D. E. tertium [14] D. eodem [15] E. habent, habeant [16] E. accrescere [17] E. elevare [18] E. reficere, refficere [19] E. reficiant, refficiant [20] B. C. antiqua, E. aliqua [21] D. voluerit im [22] D. comutare.

II.

De domibus, tectus quarum descendit versus montem.

[1] Omnes domus tectus quarum descendit versus montem, et omnes platee[1] que[2] vadunt a pellago[3] versus montem, possunt habere et facere[4] scalam de petra vel de ligno ad suum velle, in tercia[5] parte platee[1], et quelibet pars habet[6] medietatem de celo[7]. Est eciam[8] sciendum quod celum in altum ita debet esse divisum, ut inde possint portari tine et buticelle[9], et mulieres portare galetas[10] in capite. | [2] Platee autem et domus que vadunt de oriente in occidentem, si de novo voluerit[11] facere amblitum, faciant amblitum longobardiscum in se, qui habeat gradum unum de foris. | [3] Et ubi antiquo tempore fuit scala aut terminus scale, terminus permaneat sicut fuit antiquitus.

[1] C. D. plathee [2] C. qui [3] C. E. pelago [4] D. habere scalam [5] D. E. tertia [6] D. E. habeat [7] E. medietatem celi [8] D. E. etiam [9] E. butticelle, buttigelle [10] E. galeatas [11] B. volucrit, C. voluerint, E. voluerit, voluerint.

III.

De fenestris et balchionibus[1].

[1] Potest quilibet in suo pariete seu in sua parte fenestram facere vel balchionem, | [2] nisi ex alia parte ab opposito[2], id est per medium, sit fenestra vel balchio; tunc enim balchionem vel fenestram facere non potest.

[1] C. D. balchonibus [2] B. apposito (sic), C. D. E. opposito.

IV.

De cloachis.

Quelibet pars domus partem habeat in coacla[1], videlicet in tantum, quantum illa pars domus capit de coacla[1] comuni[2], secundum omnem[3] divisionem; portam autem ex opposito, id est in frontem alterius porte, vel fenestram in fronte alterius fenestre facere non potest, nec eciam[4] super coaclam[5] alterius fenestram aliquis facere potest[6], nec in sua coacla[1] coquinam[7].

[1] B. C. coacla (sic), D. chloacha, E. cloaca, cloacha [2] E. communi [3] E. communem [4] D. E. etiam [5] E. cloacam, cloacham [6] E. possit [7] D. choquinam.

V.

De gayſis[1] et coquina.

Quelibet domus facere potest in suo medio celo gayſum[2] et in ipso gayſo[3] coquinam, ita tamen, quod ab ipso non spargeat[4] aquam in via.

[1] E. gaiſis, caiſis [2] E. gaifum [3] E. gaifo [4] C. D. E. spargat.

VI.

De solariis.

Super tectum domus alterius solarium facere nemo potest.

VII.

De dampno[1] dato vicino per laborerium.

Quicunque[2] laboret[3] in altum in suo proprio, dampnum[4] quod vicino suo fecerit, eidem[5] emendare et restituere teneatur.

[1] E. damno [2] E. quicunque, quicumque [3] B. laboret, C. D. E. laborat [4] E. damnum [5] E. fecerit, emendare.

VIII.

De muro comunali[1].

[1] Si quis suum laborerium in comunalem[2] murum affirmare voluerit, de tanto quanto se in eundem murum affirmaverit, secundum quod boni homines dati per d. comitem et suam curiam illud appreciabuntur[3], domino alterius partis solvere teneatur. | [2] Sed[4] si in dictum murum affirmare noluerit, dimisso[5] spacio[6] unius pedis ab ipso muro, laboret in se.

[1] D. E. communali [2] D. comunale, E. communalem [3] E. appretiabunt [4] C. D. Quod [5] E. dimmisso, dimisso [6] C. E. spatio.

IX.

De edifficacione[1] prope murum novum non facienda[2].

[1] Nullus possit de cetero edifficare[3] domum prope novum murum civitatis, intus vel extra, usque ad tres passus. | [2] Et si infra illud spacium[4] aliquis habeat territorium[5], comune[6] teneatur illud emere vel dare sibi ex cambio.

[1] C. D. hedificatione, E. edificatione [2] C. D. faciendi [3] C. D. E. edificare [4] E. spatium [5] B. E. territorium, C. D. introitum [6] E. commune.

X.

De domibus que sunt versus pellagus[1].

Decernimus quod prime domus que sunt versus[2] pellagus[1], volvere debeant archum[3] voltum versus pellagus[1] et versus montem, et omnes alie

volvant archum[4] voltum versus montem, et sic vadat[5] usque ad murum civitatis.

[1] C. D. pellagum, E. pelagum [2] E. usque pelagum [3] C. D. E. arcum [4] C. E. arcum [5] B. vadat, C. D. E. vadant.

XI.

De laboreriis lignaminum.

Antiqua consuetudo est, quod nullum laborerium lignaminis habeat possessionem vel terminum stabilem.

XII.

Quod venditor rei stabilis super ipsa re testis esse non possit[1].

Venditor alicujus rei stabilis pro emptore cui ipse vendidit, vel contra eum super re ipsa testis esse non potest.

[1] D. potest.

XIII.

De eo qui facit laborerium in domo vel casali quod comparavit[1].

[1] Nolentes[2] quod propter transcursum temporis jus alicujus ex ignorancia[3] pereat, statuimus quod, si quis in domo vel territorio suo laborerium fecerit de petris et calce, per quod laborerium sit[4] prejudicium[5] alicui, ille qui habet petere racionem[6] in dicto laborerio, possit interpellare et petere racionem[7] suam infra terminum octo dierum, postquam sciverit[8] illud laborerium factum fuisse, ac si laborerium illud factum non esset. | [2] Et si quis infra dictum terminum tacuerit, nec racionem[7] suam pecierit[9], non possit ulterius petere aliquod jus in laborerio supradicto.

[1] E. comperavit [2] D. E. Volentes [3] C. D. E. ignorantia [4] B. C. D. sit, E. fit [5] D. prejuditium [6] C. D. rationem, E. rationem suam [7] C. E. rationem [8] B. siverit [9] C. D. E. petierit.

XIV.

De deffensoribus[1] rerum venditarum.

[1] Venditor tamen[2] qui domum vel casale vendiderit, teneatur illud defendere secundum justiciam[3] in vita sua. | [2] Sed si ille qui deffensorem[4] habuerit[5], sine deffensore[6] suo ad placitum se posuerit, deffensor[7] ille ipsum defendere[8] non teneatur. | [3] Comparator[9] autem qui proprietatem aliquam seu stabile comparaverit[10], si super hoc ei ab aliquo calumpnia[11] inferatur, teneatur ostendere qualiter possideat vel habeat[12] proprietatem vel stabile illud.

[1] E. defensoribus [2] D. E. Venditor qui [3] E. justitiam [4] C. E. defensorem [5] E. habuit [6] C. D. E. defensore [7] E. defensor [8] C. D. deffendere [9] E. comperator [10] B. comparaverit, C. D. comparavit, E. comperaverit, comperavit [11] E. calumnia [12] D. teneat.

XV.

De laborerio furni.

[1] Qui domum vel casale comparaverit[1], in vita sua fornum[2] in eo facere non potest. | [2] Post mortem autem ipsius, heres ejus hoc facere potest. | [3] In suo namque[3] patrimonio potest quilibet facere[4] vele[5] suum. | [4] Ille eciam[6] qui assidum inter se et suum vicinum habuerit, furnum[7] facere non possit.

[1] C. D. E. comparavit [2] E. fornum, furnum [3] C. D. suo autem [4] D. quilibet velle [5] B. velem (sed *m* erasum), C. D. E. velle [6] D. E. etiam [7] D. firmum (sic).

XVI.

De laboreriis parietis de lignamine inter duas domos existentis.

[1] Si inter duas domus[1] fuerit comunis[2] paries de lignaminibus, et domini ipsius voluerint[3] eum laborare de lapidibus, fundamentum illius muri fiat in comunali[4] terra, videlicet quod tantum dimittatur[5] de terra ex una parte, quantum ex altera, et opus illud fiat ad expensas ambarum parcium[6]. | [2] Si vero una pars occassione[7] paupertatis non posset facere expensas in eo muro necessarias[8] pro parte sua, altera pars que potest, faciat ipsum murum cum suis expensis, ita tamen, quod altera pars teneatur ei per cartam[9] notarii refundere[10] partem suam, quandocunque[11] poterit. | [3] Istud[12] autem „quando poterit", volumus quod sit in[13] providencia[14] d. comitis et sue curie, dum tamen ille qui debet refundere[10], propter hoc vendere de bonis suis[15] non compellatur. | [4] Que eciam[16] omnia predicta locum habeant, quando murus qui est inter ipsas domus[1], est de lapidibus et est ruinosus, quod timeatur quod cadat[17], et de comuni[18] voluntate ambarum partium refficitur[19] ipse murus. | [5] Sed si forte ille[20] qui potest expensas facere, nolet[21] dictum murum laborare, d. comes cum sua curia faciet[22] murum ipsum ruinosum et veterem jactari in terram, ne faciat alicui dampnum[23].

[1] E. domos [2] E. communis [3] B. noluerint [4] E. communali [5] C. D. dimitatur [6] C. D. E. ex altera, et quod illud ad expensas ambarum partium fiat [7] C. E. occasione [8] E. neccessarias, necessarias [9] E. cartam, cartham, chartam [10] D. reffundere [11] E. quandocumque, quandocunque [12] D. Illud [13] D. im [14] C. D. E. providentia [15] E. de bonis suis, de suis bonis [16] D. E. etiam [17] C. D. cadatur (sic). [18] E. communi [19] E. refficitur, reficitur [20] E. forte, qui [21] E. nollet [22] B. faciet, C. D. facit, E. faciat, faciet [23] E. damnum.

XVII.

De laboreriis veteribus et ruinosis.

[1] Si domus aliqua habuerit supra viam aut supra plateam murum, vel archivoltum ita veterem et ruinosum, quod videatur hominibus de facili[1] debere cadere, d. comes cum sua curia vadat ad locum illum, et[2] si ei videbitur ruinosus, faciet[3] a patronis murum vel archivoltum ipsum laborari et renovari. | [2] Sed si ipsi patroni ipsum laborare et renovare[4] noluerint, d. comes faciet eum dirrui[5] in terram, ne noceat alicui.

[1] E. de facile, facili [2] D. etiam [3] C. D. E. faciat [4] D. sed si ipsi patroni noluerint [5] E. dirui.

XVIII.

De fundamentis inventis sub terra.

Fundamentum inventum subtus terram, vel equale ad terram[1], habeatur pro termino et fine illius territorii in quo invenietur.

[1] B. a (sic) terram, C. D. a terra, E. ad terram.

XIX.

De revolucione[1] tecti domorum.

Supra tectum domus vicini sui[2] tectum domus sue volvere nemo potest, videlicet, quod pluvia vadat vel cadat[3] in domum vicini sui, sed tectum ipsum stare debeat[4] sicut stetit[5] antiquitus.

[1] C. E. revolutione [2] E. vicini tectum [3] B. cada (sic). [4] E. debeat, debet [5] E. steterit.

XX.

De teritoriis[1] que sunt extra murum civitatis.

Teritoria[2] que sunt extra murum civitatis, ire debent cum illis terminis qui vadunt per civitatem.

[1] C. D. E. territoriis [2] C. D. E. territoria.

XXI.

De stacione et canipa stantibus supra[1] terram comunis[2].

Supra[1] terram comunis[2], si habuerit aliquis stacionem vel canipam, laborerium aliquod de lignaminibus[3] vel de petra non potest facere extra se.

[1] E. super [2] E. communis [3] B. legnaminibus (sic).

XXII.

De avedatico et inprestito[1] clericorum.

Presbiter seu[2] clericus de hiis[3] que de suo patrimonio habuerit, avedaticum vel imprestitum secundum antiquam consuetudinem facere teneatur[4]

[1] B. „prestito", correctum in: inprestito. In C. illegibile. In rubricis: B. inprestito, C. imprestito [2] E. vel [3] E. iis [4] D. teneantur.

XXIII.

De viis vinearum.

[1] Volumus quod quilibet patronus vinearum habeat viam, per quam vadat[1] ad vineam suam, secundum suam antiquitatem; qui si antiquitatem non haberet, ille qui pastinat terram illam, dabit ei viam in se de loco illo, unde ei placuerit. | [2] Vie autem que fuerunt[2] antiquitus, debent permanere. | [3] Et vie comunis[3] cararie[4] debent[5] esse tam ample, quod duo saumerii honerati[6], si ad invicem unus obviaverit alteri, in eis possint transire[7]. | [4] In tempore tamen[8] vindemiarum, possit quilibet ire per illam

*

viam que sibi videbitur melior et brevior, ad eundum ad ripam vel ad civitatem.

[1] E. vadit [2] E. fuerint [3] E. communis [4] E. carrarie, cararie [5] B. debet [6] D. E. onerati [7] C. transsire [8] E. tempore vindemiarum.

XXIV.

De meja[1] et mergino et macera[2] vinearum.

Si aliqua vinea aut terra fuerit supra aliquam mejam, et aliquis homo subtus ipsam mejam[3] habeat vineam aut terram, patronus illius terre vel vinee que est subtus mejam, si facere voluerit maceram[4], facere possit eam in suo proprio, et mejam illam cum cutello[5] et serpo[6] curare; et dimittere teneatur cubitum unum de terra longe ad[7] dicta meja pro[8] mergejo[9], quod mergegnum[10] ipse[11] possit[12] curare cum çapa[13], non tangendo mejam[14] predictam.

[1] B. C. meia, E. via [2] E. megera [3] C. D. E. ipsam vineam (sic) habeat vineam [4] D. E. maceriam [5] D. cultello [6] C. D. ferpo [7] B. C. ad dicta, D. E. a dicta [8] C. D. E. de [9] B. C. D. mergeio, E. mergino [10] C. D. mergegnio, E. merginum [11] C. D. mergegnio possit [12] C. „non possit", sed „non" deletum et iterum punctis subnotatum. [13] B. C. D. çapa, E. zappa, zapa [14] C. meam (sic).

XXV.

De meja et mergino inter vineas et terras plurium.

Si inter vineas vel terras que in[1] plano sunt, fuerit meja vel mergegnum, illa meja vel mergegnum comune[2] sit inter patronos vinearum vel[3] terrarum ipsarum, et cum patroni predicti laboraverint predictas terras vel vineas, mejam que est inter eos, transire[4] non possint[5]; mergegnum[6] autem[7] sit medium unius partis et medium alterius partis.

[1] C. D. im [2] E. commune [3] C. D. et [4] C. transsire (sic). [5] C. E. possit [6] E. mergignum [7] B. ut (sic), C. D. E. autem.

XXVI.

De arboribus inter vineas duorum natis.

Arbor plantata inter duas vineas vel in latere vinee alicujus, si ramos pendentes habeat supra terram vel vineam alterius, potestatem habeat patronus illius terre vel vinee, supra quam rami ipsius pendebunt, tollendi et comedendi omnes fructus qui fuerint in ramis pendentibus et stantibus supra vineam vel terram suam, et eciam[1] incidendi ramos ipsos, sine pena et dampno[2].

[1] C. D. E. etiam [2] E. damno.

XXVII.

De vineis vel terris que vadunt versus montem.

Patronus terre vel vinee que vadit versus montem, ascendendo ire potest[1] ad suam voluntatem deorsum in sursum, donec inveniat[2] contrarium per consuetudinem.

[1] C. D. possit [2] E. inveniet, inveniat.

XXVIII.
De terra laborata ad blavam.

Si terra aliqua fuerit laborata ad blavam per eum qui eam possideat, et alius super terra ipsa vellit[1] petere racionem[2], laborerium illud sibi non noceat, nec[3] propter hoc perdat racionem[2] suam, cum laborerium illud sit stabile.

[1] E. velit [2] C. D. E. rationem [3] C. D. noceat propter.

XXIX.
De terra que datur alteri ad laborandum.

[1] Qui terram suam desertam, id est lidignam, alteri dederit ad laborandum, usque ad tercium[1] fructum completum ipsam laboratori tollere non potest, nec laborator eam dimittere, usque ad terminum supradictum[2]; et si contingerit[3] quod laborator aliquo tempore eam dimiserit, talem debet eam[4] dimittere[5] qualem recepit, scilicet[6] laboratam vel non laboratam. | [2] Quod autem dictum est de patrono, quod non possit eam tollere laboratori usque ad tercium[1] fructum, verum est, nisi ipse patronus vellit[7] terram ipsam[8] vendere, | [3] vel filie sue dare in doctem[9], seu[10] pastinare; | [4] tunc enim post primum annum quandocunque[11] potest tollere laboratori predicto. | [5] In[12] primo eciam[13] anno potest eam tollere ipsi laboratori[14] propter predictas causas, restitutis sibi expensis. | [6] Si autem terra non fuerit deserta, hoc est lidigna, sed alias laborata, possit patronus post primum annum, quandocunque[15] sibi placuerit, ipsam tollere laboratori.

[1] D. E. tertium [2] C. E. predictum [3] E. contigerit [4] D. E. omittunt „eam" [5] D. dimitere [6] B. C. D. silicet [7] E. velit [8] D. ipsam terram [9] B. C. doctem (sic), D. E. dotem [10] D. vel [11] E. quandocunque, quandocumque [12] D. im [13] C. D. E. etiam [14] E. tollere laboratori predicto [15] C. quandocumque, E. quandocumque, quandocunque.

XXX.
De vinea data ad laborandum per partes.

[1] Qui vineam alterius recipit ad laborandum ad partem, teneatur putare eam juste et fideliter secundum usum civitatis, et postea usque ad medietatem mensis marcii[1] çapare[2] eam et iterum usque ad festum s. Viti juste et fideliter eam çapare[2], et post hec[3] spanpanare[4] ipsam. | [2] Et si laborator in aliquo de predictis[5] laboreriis fraudulenter[6] defecerit[7] et si[8] possit probari, patronus vinee potestatem habet[9] tollere laboratori ipsam vineam et eciam[10] opera que fecit in eam[11], | [3] eo salvo, quod (per[12]) spanpanaturam[13] et curaturam[14] de herbis laborator non perdit fructus nec laborerium, sed tenetur[15] illud complere. | [4] In illa eciam[16] vinea non potest seminari frumentum nec ordeum[17], neque vena[18].

[1] D. E. martii [2] E zappare, zapare [3] E. hoc [4] E. spampanare [5] E. supradictis [6] E. fraudolenter [7] E. deffecerit, defecerit [8] E. sibi [9] E. habeat [10] C. E. etiam [11] B. in eam, C. D. E. ea [12] Solummodo in quibusdam codicibus recensionis E.: per. [13] E. spampanatura [14] E. curatura [15] C. D. E. teneatur [16] D. E. etiam [17] E. hordeum [18] B. C. uena (sic), E. vena.

XXXI.

De domibus vel terris positis in[1] pignore vel datis ad casaticum[2].

[1] Qui domum vel vineam aut terram posuerit in[1] pignore, aut dederit ad casaticum vel ad laborandum ad terminum, si voluerit, possit ipsam[3] vendere vel in[1] perchivium[4] dare, ita tamen, quod laborator qui vineam ipsam laboraverat[5] vel terram seminaverat, habeat partem suam de fructibus illius anni. | [2] Sed si ipsam terram tantum araverat, habeat expensas quas fecit[6] in ea. | [3] Ille autem qui stat in[1] predicta domo solvere debet[7] casaticum[8], pro rata illius temporis quo stetit in ea. | [4] Si autem patronus, qui domum suam dederit ad casaticum, expullerit[9] hominem stantem in ea, nichil[10] habebit de eo quod homo ille stetit in domo predicta. | [5] Et si ille qui moratur in predicta[11] domo, cum voluntate patroni fecisset in ea aliquod laborerium, tenebitur[12] ipse patronus eidem restituere quod expendit. | [6] Sed si absque voluntate patroni fecisset. possit illud laborerium extrahere foris et secum portare. | [7] Si autem ille qui in ipsa domo habitat ad casaticum, posuerit secum alias personas ad casaticum in eadem domo, totum illud[13] casaticum perveniat ad patronum domus. | [8] Et si ille qui habitat in illa domo exeat ab ea, et pro eo tempore, quod[14] debuerat stare, det alteri domum illam et[15] casaticum, totum illud similiter deveniat ad patronum. | [9] Si vero ille qui moratur in ipsa domo, non solverit casaticum ad terminum constitutum, possit patronus illius domus tollere pignus[16] de hiis[17] que in ipsa domo[18] inveniuntur, et claudere portas vel foras extrahere. | [10] Sed[19] si fugeret[20], antequam solvat casaticum, possit patronus de hiis[21], que inveniuntur in domo, | [11] sive illius fuerint sive non, sibi satisfacere de suo casatico.

[1] D. im [2] C. casatici|cum (sed in rubricis hujus libri: casaticum) [3] D. eam [4] D. parchivium [5] C. laborauerauerat (sic!). [6] E. fecerit [7] D. debeat [8] D. cassaticum [9] D. E. expulerit [10] E. nihil [11] E. dicta [12] D. teneatur [13] E. istud [14] C. D. qui, E. quo [15] E. ad [16] C. E. tollere in pignus, D. im pignus [17] E. his [18] E. in ipsa inveniuntur [19] C. E. Et [20] E. fugerit [21] E. iis, his.

XXXII.

De hiis[1] qui, completo termino, morantur in domibus per aliquos dies.

[1] Si detur alicui domus vel stacio[2] ad casaticum ad mensem, et completo mense steterit in ea[3] per aliquos dies et exire voluerit, teneatur solvere casaticum pro illis diebus ad racionem[4]. | [2] Si vero ad annum, et completo uno anno steterit in ea per quindecim dies, et voluerit exire, pro toto anno casaticum solvere teneatur.

[1] E. his [2] C. statio [3] B. eam, C. E. ea [4] C. D. E. rationem.

XXXIII.

De vineis vel terris aquam ex alto recipientibus.

[1] Patronus vel patrona illius vinee vel terre que recipit aquam ex alto, in se ipsam recipere teneatur et aperire in se, ut inferius ad vicinum

suum discurat[1], | [2] excepto, si haberet patacum vel carbonarium[2]; tunc enim potest portare aquam illam in illum suum patacum[3] vel carbonarium[2]. | [3] Que pataca[4] et[5] carbonaria stabunt in illa antiquitate qua steterunt antiquitus; | [4] et aque ibunt secundum quod iverunt antiquis[6] temporibus.

[1] E. discurrat [2] E. carbonariam [3] B. patatum (sic), C. D. E. patacum [4] B. C. patata (sic), D. pataga, mutata, manu posteriori, litera *c* in *g;* E. pataca [5] D. vel [6] B. C. antiquitus (sic), in C. correctum in „antiquis", E. antiquis.

XXXIV.

De terra pastinata que ab alio calumpniatur[1].

[1] Si pastinaverit aliquis aliquam terram et aliquis credat sibi fieri prejudicium[2] per pastinaturam ipsam, possit primo anno quo pastinata est, pastinaturam[3] illam disradicare sine aliquo dampno[4] vel pena, et postea sit ad placitum cum eo qui pastinaverat terram ipsam; et si contingerit[5] quod ille qui disradicavit, perdiderit placitum, emendabit dampnum[6] disradicacionis[7] dicte pastinature. | [2] Qui si eam disradicare noluerit[8], possit infra annum quo facta fuit dicta pastinatura, usque ad s. Michaelem, super ipsa petere racionem[9]. | [3] Si autem infra predictum terminum non interpellaverit, perdat racionem[9] suam et ultra[10] interpellare non possit, | [4] nisi eo tempore quando pastinatur, a Ragusio esset absens[11]; tunc enim, quandocunque[12] redierit[13] infra quatuor[14] menses, possit interpellare, et non fiat[15] ei prejudicium per pastinaturam. | [5] Si autem infra ipsum terminum non interpellaverit[16], perdat racionem[9] suam et ultra non audiatur, eciam[17] si infra ipsum terminum exeat de Ragusio et non redeat[18] infra terminum supradictum.

[1] E. calumniatur [2] C. D. prejuditium [3] E. pastinata est, illam [4] E. damno [5] E. contigerit [6] E. damnum [7] C. D. E. disradicationis [8] E. voluerit, noluerit [9] C. D. E. rationem [10] E. ulterius [11] E. esset absens a Ragusio [12] E. quandocumque, quandocunque [13] D. reddierit [14] D. quattuor [15] C. D. faciat [16] B. interpepellauerit (sic). [17] C. D. E. etiam [18] C. D. reddeat.

XXXV.

De preconiçacione[1] rei que vendi debet.

[1] Si quando rem stabilem voluerit aliquis[2] vendere, et[3] sit cum emptore de precio[4] in concordia, antequam compleatur ipsa vendicio[5] et solvatur precium[6], ordinamus quod vendicio[5] ipsa de mandato d. comitis debeat preconiçari[7] per civitatem, et banum[8] ipsum scribi in quaterno comunis[9]. | [2] Post quod bannum precium[6] sit in depositum per tres menses, infra quem terminum, si veniat[10] aliquis qui probet rem venditam sibi obligatam fuisse, illi de eodem precio[11] satisfiat. | [3] Si autem infra ipsum[12] terminum nullus calumpniator[13] appareat, detur ipsa pecunia venditori, et veniens postea contra emptorem non audiatur, | [4] nisi forte calumpniator[13] ipse, hoc est ille qui dicit rem predictam sibi obligatam, absens fuisset[14] a Ragusio tempore vendicionis[15] et preconiçacionis[16]; tunc enim, quandocunque[17] reddiens[18] infra annum, possit agere contra emptorem et prosequi suam racionem[19]. | [5] Qui si infra annum tacuerit, contra ipsum emptorem nichil[20] dicere possit, salva tamen racione[21] creditoris ipsius contra suum[22]

debitorem[23] in omni casu super aliis bonis suis. | [6] Vendicio[5] autem contra istum ordinem facta nichil[20] valeat.

[7] Tempore nobilis viri d. Marini Mauroceni[24], comitis Ragusii, per ipsum d. comitem et majus consilium ordinatum fuit: quod d. comes non teneatur constringere emptores possessionum deponere precium[6] in camera[25], nisi fuerit de instancia[26] venditorum.

[8] Additum est tempore egregii militis d. Marini Badoarii, comitis Ragusii: quod tabula una ponatur ante lodiam, in qua scribantur omnes vendiciones[27], et stent per spacium[28] trium mensium.

[9] Anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo secundo[29], inditione decima[30], die vigesimo tertio[31] mensis septembris, nos Johanes[32] de Grede, rector comunis[33] Ragusii, cum voluntate minoris et majoris consilii et cum laudo populi sono campane[34] more solito congregati, statuimus et ordinamus: quod que[35] domus de lapidibus et calce edificate[36] sunt et que[37] de cetero edificabuntur super territorio[38] comunis[39] vel ecclesiarum vel aliarum spetialium[40] personarum, que solvunt afictum pro territorio, si venduntur, debeant[41] vendi et banniri secundum ordines et statuta aliarum possessionum stabilium, cum illis modis, consuetudinibus, terminis et statutis, cum quibus alia stabilia venduntur et banniuntur[42]. | [10] Et quod in dicta venditione debeat contineri, super quo territorio fuerit dicta domus et quantum solvitur de affictu; et tam si continetur in dicta venditione[43], cujus sit territorium et quantum solvitur de affictu dicti territorii, quam etiam, si non continetur, illis qui habent jus in dicto territorio nichil[44] prejudicet dicta venditio et bannitio[45], sed semper sit salvum jus ipsorum de territorio prelibato, | [11] tam si se presentaverint[46] in terminis[47], quam non.

[1] C. preconiçatione, E. preconizatione [2] D. quis [3] D. E. vendere, sit [4] C. E. pretio [5] C. D. E. venditio [6] C. D. E. pretium [7] D. E. preconizari [8] C. D. E. bannum [9] E. communi [10] E. veniat, veniatur (sic). [11] C. D. E. pretio [12] E. dictum [13] E. calumniator [14] E. fuisset, fuerit [15] C. D. E. venditionis [16] C. D. preconiçationis, E. preconizationis [17] E. quandocumque, quandocunque [18] C. rediens, E. reddiens, rediens [19] C. E. rationem [20] E. nihil [21] C. D. E. ratione [22] D. suum in [23] E. debitorem suum [24] C. Maureceno, D. E. Mauroceno [25] D. camara, E. ca-

meram [26] C. D. E. instantia [27] C. D. E. venditiones [28] C. D. E. spatium [29] D. millio trecentessimo septuagessimo secundo, E. 1372 [30] E. indictione 10. [31] D. vigessimo tertio, E. 23 [32] D. Johannes, E. Joannes [33] E. communis, cum [34] D. campanarum [35] E. quod omnes domus [36] E. calce, que edificate [37] E. et de [38] D. teritorio [39] E. communis [40] D. specialium (alia manu suprascriptum: „spiritualium"), E. specialium [41] E. debent [42] D. baniuntur [43] D. vendicione [44] D. E. nihil [45] D. bannicio [46] D. presentaverit [47] E. territorio.

XXXVI.

De possessione vendita ad alium pertinente.

[1] Si proprietas vel possessio vel vinea aut terra alicujus hominis vel suorum vetranorum[1], vendita fuerit[2] vel alienata, et ipse tunc temporis presens fuerit in Ragusio, possit infra unum mensem a die banni[3] interpellare et revocare vendicionem[4] ipsam; qui[5] si infra ipsum terminum non interpellaverit, interpellans postea non audiatur. | [2] Si autem tempore vendicionis[6] et preconiçacionis[7] de Ragusio esset absens, possit, quandocunque[8] veniat ad civitatem Ragusii, infra duos menses, interpellare et revocare ipsam vendicionem[9]; post ipsum autem terminum interpellans non audiatur. | [3] Hoc idem locum habeat in filiis vel[10] filiabus volentibus trahere res venditas a patre vel a matre[11]; | [4] scilicet[12], quod possint hoc facere, si sunt ab eis divisi. | [5] Ita tamen, quod tam filii quam alii, si emptor haberet ipsos suspectos quod fraudulenter[13] non per se sed pro alio volunt ipsam recuperare, teneatur, qui rem petit, super hoc prestare duodecim sacramenta[14], si hoc emptor pecierit[15].

[1] B. C. D. uetranorum, E. veteranorum [2] E. fuerit vendita [3] C. D. a die termini [4] C. E. venditionem [5] D. E. quod [6] C. D. E. venditionis [7] C. preconiçationis, D. E. preconizationis [8] E. quandocumque, quandocunque [9] C D. E. venditionem [10] E. et [11] E. vel matre [12] B. C. D. silicet, C. D. silicet hoc quod possint facere [13] E. fraudolenter [14] D. sacramento (sic). [15] C. D. E. petierit.

XXXVII.

De sacramentis a defensoribus[1] prestandis.

[1] Si res comparata[2] a comparatore[3] per aliquam personam extraneam evincatur, quam ille qui vendidit, tenetur defendere[4], et per d. comitem, vel eum qui ejus loco[5] fuerit, et suam curiam sacramentum vel sacramenta judicata fuerint illi qui vincit[6], defensor ipse ad sacramentum ordinatum per curiam ipsum[7] ducere possit. | [2] Si autem deffensor[8] ipse illum ad sacramentum nolet[9] ducere, conparator[10], qui possessionem ipsam comparaverat, possit vincentem[11] ipsum ducere ad sacramentum. | [3] Illo autem jurante, ille qui vendiderat possessionem ipsam, restituat illi cui vendiderat, a quo res est evicta, tantum quantum recepit ab eo, secundum quod continetur in carta[12] facta[13] de vendicione[14], videlicet capitaneam[15] tantum. Quod intelligendum est de omnibus, qui deffensores[16] sunt de possessionibus venditis. | [4] Si vero sacramentum vel sacramenta ipsi deffensori[17] fuerint judicata et ipse deffensor[8] nolet[9] jurare, dicens se sacramentum vel sacramenta juste facere non potest[18], teneatur comparator[19] jurare quod non per fraudem nec maliciose[20] se vetat[21] vel fugeat[22] facere sacramentum vel sacramenta predicta, sed quia juste non potest ea facere[23]. | [5] Quo defensore

jurante, et[24] comparator[10] illius rei recipiat a[25] venditore suo tantum, quantum dedit ei quando comparavit[26] rem illam, videlicet capitaneam[15] tantum.

[1] C. D. deffensoribus [2] E. comperata [3] E. comperatore [4] D. deffendere [5] C. D. loco eius [6] E. evincit [7] D. per curiam ducere [8] C. E. defensor [9] E. nollet [10] C. D. comparator, E. comperator [11] E. evincentem [12] E. carta, charta [13] C. D. carta sive de [14] C. D. E. venditione [15] D. capitaniam [16] C. E. defensores [17] C. E. defensori [18] B. C. potest (sic), E. posse [19] B. comparator, C. D. comparatori, E. comperator [20] E. malitiose [21] E. vitat [22] C. D. E. fugiat [23] D. juste ea non potest facere [24] E. „et" omissum. [25] B. C. ad, D. E. a [26] E. comperavit.

XXXVIII.

De creditore, cujus debitor vendidit de bonis suis[1].

[1] Si debitor alicujus, cujus bona creditori obligata sunt, vendiderit de bonis suis, specialiter causa maritandi filias vel sorores, et sibi tantum remaneat unde satisfacere possit creditori, creditor recurat[2] primo contra debitorem suum, et bona que ei remanserunt. | [2] Et si aliquid ei defecerit[3] pro eo, contra emptorem in statuto tempore possit habere recursum, et non alias.

[1] Cod. B. f. 51 columna B habet solummodo verba: „De creditore — bonis suis". In C. in rubricis libri V legimus: „bonis suis pro maritatione". C. D. E. habent: „bonis suis causa maritationis". [2] C. E. currat, D. curat [3] E. deffecerit, defecerit.

XXXIX.

De evacuacione[1] cartarum[2] facta in testamento.

Creditor qui[3] cartam[4] vel cartas[5] debiti supra aliquem habet[6], quomodocunque[7] facte sint carte[8] ille, in ultimo vite sue potest eas rumpere et evacuare[9], dummodo illa evacuacio[10] possit probari[11] per testamentum ipsius vel per cartam[4] publicam[12], per testes autem probare[13] non possit.

[1] C. D. E. evacuatione [2] E. cartarum, chartarum [3] E. creditor cartam [4] E. cartam, chartam [5] E. cartas, chartas [6] E. habens [7] E. quandocumque, quomodocunque [8] E. carte, charte [9] D. evachuare [10] C. evacuatio, D. evachuatio [11] D. probari possit [12] B. plublicam (sic). [13] D. probari.

XL.

De creditore, cujus debitor eo presente vendidit bona sibi obligata.

[1] Si vendiderit debitor bona obligata creditori suo, ipso creditore presente, ita quod creditor in carta[1] vendicionis[2] testis inveniatur, creditor ipse ab eo emptore ipsius rei super re ipsa aliquid petere non possit. | [2] Nec[3] sit prejudicium[4] hoc statutum judicibus qui testantur in instrumentis.

[1] E. carta, charta [2] C. D. venditionis [3] E. Nisi [4] D. prejuditium.

XLI.

De viis.

Que de novo emergunt, novo indigent consilio. Quia igitur, annuente Deo, urbi Ragusii[1] alia nova civitas est adjuncta que[2] burgus actenus[3]

vocabatur, ne super[4] stratis et viis[5] ipsius burgi de cetero dubitacio[6] oriatur, hac editali[7] lege in[8] perpetuum valitura statuimus: quod via que venit a porta Leonis, vadat recta usque ad Campum; et via que venit a porta de Mençi[9], vadat sicut vadit usque ad Campum: et via que venit a porta de Celenga, vadat rectam[10] usque ad viam que est ante castrum. Et via que est inter domum Marini[11] Villani[12] et Michaelis de Binçola[13], eundo ad viam Omnium Sanctorum, que vadit ad portam muri civitatis, debeat[14] stare sicut[15] est. Via autem que venit a porta[16] que est subtus domum[17] Bogdani[18] de Pissino[19], vadat rectam[10] usque ad Campum; et via que vadit ad ecclesiam Omnium Sanctorum vadat rectam[10] usque ad portam muri[20] civitatis; et via porte de sorte[21] vadat recta, usque ad predictam viam Omnium Sanctorum, que vadit ad portam muri civitatis. Et via que exit de via Omnium Sanctorum, que est inter viridarium archiepiscopatus et viridarium dumpni[22] Johannis[23], vadat recta usque ad puteos. Que omnes predicte vie sint[24] latitudinis palmorum novem. Et via que est ante portam castri et vadit inter domum Sergii et Vitalem Glede, vadat recte[25] subtus puteum comunis[26], qui consueverat vocari puteus de Çercua[27], vadat[28] inter ipsum puteum et viridarium ecclesie[29] Omnium Sanctorum, et vadat ad viam comunis[26], que descendit[30] prope dictam ecclesiam[31] Omnium Sanctorum[32]. Et via que est a furno[33] Doymi, vadat ab ipso furno[34] versus ponentem recta linea usque ad viam que descendit a porta de Mençi[35], et vadat ab ipso furno veniendo versus levantem recta linea usque[36] ad staciones[37] comunis[26] que sunt in Campo. Et via que venit a porta de Celagna[38] usque ad ecclesiam Omnium Sanctorum, vadat versus levantem usque ad viam que est subtus territorium Mathie[39] de Mençe[40]. Que quidem vie sint[24] latitudinis palmarum[41] quatuordecim[42]. Et illi qui ad presens possident aliquid ex territoriis, unde predicte vie vadunt, possint[43] super ipsas vias facere archivolta; qui autem a modo in antea emerit[44] dicta territoria, archivolta ipsa facere non possit[45]. De omnibus autem[46] aliis[47] patronatis patroni dabunt inter se viam, qui si[48] concordare non possint ad invicem, d. comes cum sua curia faciat[49] dari viam uni vicino ab altero, et refundi pro ipsa via quod sibi videbitur justum.

[1] D. Ragus(in)e [2] C. D. qui [3] E. hactenus [4] D. supra [5] D. et etiam viis [6] C. E. dubitatio [7] E. edictali, edictuali [8] D. im [9] D. E. Menzi [10] C. D. E. recta [11] E. Marini de Villani [12] D. Julliani [13] C. Bynçola, D. E. Binzola [14] E. debet [15] E sicuti [16] C. ad porta [17] E. domus [18] E. Bogdani, Boghdani [19] E. Pissano [20] D. muri; et [21] B. C. D. E. sorte (sic). [22] E. dumni [23] C. Iohanis, E. Joannis [24] E. sunt [25] E. Glede, subtus [26] E. communis [27] B. C. Çercua (sic), D. Çarcua, E. Zerċva [28] B. C. D. verbum „vadat“ deest [29] C. D. viridarium Omnium [30] D. vadit [31] C. eclesiam [32] E viridarium ecclesie Omnium Sanctorum. Et via [33] D. domo [34] E est a furno versus ponentem. [35] E. Menzi [36] C. verba: „ad viam que descendit recta linea usque“ omissa. [37] E. stationes [38] B. C. Celagna (sic), D. Cellagna, E. Celegna [39] E. Matthie [40] D. E. Menze [41] E. palmorum [42] D. quattuordecim [43] C. D. possit [44] C. E. emerint [45] C. E. possint, D. potest [46] E. „autem“ deest [47] D. autem patronatis [48] B. si non concordare non possint [49] E. faciet.

XLII.

De scalis.

Nulla domus que est in[1] burgo possit habere scalam extra domos[2], et quicunque[3] habuerit ipsam scalam, solvat pro banno yperperum[4] unum.

[1] D. im [2] C. D. domus, E. domum [3] E. quicumque, quicunque [4] E. iperperum.

XLIII.

De compendiis[1].

Volumus quod compendia[2] que sunt in[3] burgo, debeant esse sub terra; et qui supra[4] terram habuerit[5] compendia[2] in[3] burgo, solvat pro banno yperperos[6] quinque; compendia autem que sunt intus in civitate[7], quibuslibet decem annis ad expensas patronorum purgentur, et ad hoc elligantur[8] officiales pro comuni[9].

[1] C. compediis [2] D. compedia [3] D. im [4] C. super [5] E. haberet [6] E. iperperos [7] C. D. civitatem [8] E. eligantur [9] E. communi.

XLIV.

De officialibus eligendis[1] super territoriis et viis.

Ordinamus quod quolibet anno elligantur[2] tres de melioribus hominibus super territoriis et viis, et quod nullus possit hedificare[3] domum, nisi presentibus ipsis vel ad minus duobus ex eis; domus ipsa designetur et secundum illos terminos fiat.

[1] C. D. elligendis [2] C. E. eligantur [3] E. edificare.

XLV.

Qualiter aqua molendinorum debet reduci[1].

Providentes comuni[2] utilitati statuimus: quod quolibet anno in kallendis[3] junii tota aqua molendinorum reducatur et recolligatur in unum cursum sive aqueductum[4], ubi videlicet sunt duo molendina, ita tamen quod lucrum quod fiet[5] de dictis molendinis molentibus, dividatur inter patronos omnium molendinorum.

[1] C. D. que debet reduci [2] E. communi [3] E. Calendis [4] C. D. E. sive ductum [5] E. fient, fiet.

Explicit liber quintus, incipit sextus (B. C.).

(Explicit liber quintus, incipit tabula libri sexti D.)

(Finis libri quinti statutorum E.)

I.

De homicidiis.

B.

Quicunque fecerit homicidium, nisi se defendendo, quod plene possit probari, moriatur. Si autem qui homicidium ipsum comiserit aufugiat, sit in banno perpetuo et perdat omnia bona sua.

C.

[1] In majori consilio et cum laudo populi in publica contione[1], ut moris[2], per sonitum campanarum congregato, captum fuit et firmatum: quod quicunque fecerit homicidium, | [2] nisi se defendendo[3], quod probari possit, mori debeat. | [3] Et si aufugeret ille qui homicidium commiserit, sit in[4]

bampno[5] perpetualiter de Ragusio et ejus districtu, et ejus bona deveniant ad ejus filios masculos, vel ad heredes masculos filiorum, si habebit; et si non haberet nepotes ex filio, deveniant ad neptes. | [4] Et si non essent nepotes vel neptes ex filio, deveniant ad propinquiores ex linea masculina, et si non essent heredes masculini, deveniant ad feminas propinquiores. | [5] Et illi heredes, qui remanebunt de dicto homicida, ipsa bona non possint vendere, alienare vel obligare modo aliquo vel ingenio, in vita illius qui homicidium comisserit[6]. | [6] Salvo pro maritatione filiarum ipsius, vel neptum heredis vel heredum illius omicide[7]. | [7] Remanente semper in sua firmitate possedio mulierum.

[1] D. E. concione [2] E. ut moris est [3] D. deffendendo [4] D. im [5] D. E. banno [6] D. comiserit, E. commisserit, comiserit [7] D. E. homicide.

II.

De hiis[1] qui faciunt compagnias[2].

[1] Qui fecerit compagniam per sacramentum vel per promissionem, quod probari possit, si fuerit caput et auctor ipsius companie[3], moriatur; qui[4] si fugerit[5], sit in[6] banno[7] perpetuo, et perdat omnia bona sua. | [2] Ille autem, qui ipsi companie[8] per sacramentum vel per promissionem[9] astringeretur, et non erit[10] caput, perdat yperperos[11] viginti quinque[12]; quos si solvere non poterit[13], perdat manum dextram; qui[4] si auffugerit[14], sit in[6] banno[7] perpetuo, et perdat omnia bona sua.

[1] D. E. illis [2] C. D. compagniam [3] D. E. compagnie [4] D. quod [5] D. aufugerit [6] D. im [7] C. D. bampno [8] D. E. compagnie [9] C. promissum [10] C. D. esset [11] E. iperperos [12] C. D. xxv, E. vigintiquinque, 25 [13] D. potterit [14] C. D. E. aufugerit.

III.

De percussionibus[1] factis cum armis[2].

[1] Si quis percusserit[3] alium cum spata, vel alio gladio, vel de macia de ferro[4], et fecerit sanguinem, perdat pro omni culpo yperperos[5] viginti quinque[6]. | [2] Si vero percuserit[7] eum in[8] membro. et propter hoc percussus ipsum membrum amittat[9], aut in facie, perdat pro ipso culpo yperperos[5] quinquaginta. Si autem ipsa[10] yperpera[11] solvere non poterit, perdat manum dextram[12], et comune[13] teneatur facere medicinari[14] percussum[15], si percussus voluerit. | [3] Qui[16] autem percusserit alium de petra aut de macia de ligno, ita quod ruperit et fecerit sanguinem vel livorem, perdat yperperos[5] duodecim; sed si non ruperit et non[17] fecerit sanguinem nec

livorem, perdat yperperos[5] sex, que[18] si solvere non poterit, fustigetur et boletur[19]. | [4] Qui autem cum manu percusserit alium, perdat yperpera[5] sex, que[18] si solvere non poterit, fustigetur. Si vero percussor fugerit, sit in[8] banno[20], et perdat tantum ad quantum comdempnaretur[21]. si esset presens, et medietatem ejusdem ultra id; nec de banno ipso exire possit, nisi prius predicta persolvat. | [5] Si vero bannitus, id est bandiçatus[22] capiatur, sit in[8] potestate d. comitis et sui parvi consilii, punire eum secundum[23] qualitatem maleficii perpetrati ab eo. | [6] Sed si forte percussus non pecierit[24] racionem[25], d. comes ex suo officio[26] possit inquirere et condempnare[27]. | [7] Sed si sit mulier, que percusserit et dicat se non posse solvere, teneatur in carceribus donec solvat.

[8] Tempore egregii militis[28] d. Marini Badoarii, comitis Ragusii, currente anno domini M°CC°LXXXXIII[29], indictione[30] VIa[31] de mense marcii[32], per ipsum d. comitem, cum voluntate minoris et majoris consilii et cum laudo populi, additum fuit huic statuto de percussionibus, videlicet: quod si aliquis percusserit aliquem cum manu, et percussus[33] in illo eodem loco et momento repercusserit illum, qui primo percusserit eum, et hoc plene probari poterit[34], condempnetur[35] ille, qui primo percussit et rixam incepit, yperpera[36] VI[37], et alter nullam senciat[38] penam. | [9] Verumtamen, si ambo percucierint[39] se et probari non poterit[34] qui primo percussit et rixam incepit, ambo predicti condempnentur[40] yperpera[5] sex, videlicet yperperos tres[41] pro quolibet.

C.

Pro terminis datis pro homicidiis[42].

In majori consilio sono campane in[8] platea comunis[43] more solito congregato captum fuit et firmatum ad laudem (sic) populi[44] in[8] publica contione[45] sono campane in platea comunis[43], ut consuetum est, de dando plenam et liberam potestatem, auctoritatem et baliam[46] d. comiti[47] qui per tempora fuerit et sue curie dare et assignare terminum et terminos, sicut sibi placuerit et videbitur convenire, omnibus illis qui accusati fuerunt[48] de aliquo homicidio vel aliquo maledicto et malefacto ad comparendum coram eis, habito respectu ad locum, ubi factum et commissum[49] fuerit illud maleficium sive homicidium, non obstante aliquo statuto vel ordinamento[50] hinc retro facto, loquente contra hanc libertatem.

[1] D. perchusionibus [2] C. D. cum armis et sine armis [3] D. percuserit [4] E. macia ferrata [5] E. iperperos [6] C. XXV, E. 25. [7] C. E. percusserit [8] D. im [9] C. D. ammitat [10] E. ipsos [11] B. yppra, E. iperperos [12] D. E. dexteram [13] E commune [14] E. medicinam [15] E. percusso [16] E. qui, quis [17] D. et fecerit [18] E. quos [19] E.

bolletur [20] D. bampno [21] E. condemnaretur [22] E. bandizatus [23] C. D. eum et secundum [24] C. D. E. petierit [25] C. D. E. rationem [26] C. offitio [27] E. condemnare [28] D. millitis [29] C. Millesimo ducentessimo nonagesimo tercio. D. millesimo ducentessimo nonagessimo tertio, E. 1293 [30] C. indicione, D. inditione sexta [31] E. 6. [32] D. E. martii [33] C. D. percussor [34] D. potterit [35] E. condemnetur [36] B. yppa, C. D. yppr., E. iperperos [37] C. D. E. sex [38] C. D. E. sentiat [39] E. percusserint [40] E. condemnentur [41] E. iperpera tria [42] Haec additio deest in B. Hoc loco invenitur in C. D.; in E. autem inserta est infra in fine cap. 29 (§ 6) hujus libri. [43] E. communis [44] E. cum laudo populi de dando plenam [45] D. concione [46] D. bailiam, E. balliam [47] D. comitti [48] E. fuerint [49] D. comissum [50] D. statuto hinc.

IV.

De furtis.

[1] Ille qui fecerit furtum, pro[1] primo furto condempnetur[2] in quadruplum, pro secundo condempnetur[2] in octuplum[3], pro tercio[4] pro uno in duodecim, pro quarto vero pro uno in viginti. | [2] Qui si non habet unde solvat, et furtum fuerit a duobus yperperis[5] infra, fustigetur[6]. Si autem furtum ipsum[7] fuerit a duobus usque ad quinque yperpera[8], fustigetur et boletur[9]. | [3] Si autem a quinque usque ad decem, perdat unum occulum[10]; si vero a[11] decem usque viginti[12], perdat manum dextram[13]. | [4] Si a viginti superius, perdat ambos occulos[14].

[De furtis mulierum][15].

[5] Nobilis vir d. Andreas Dauro[16], comes Ragusii, de[17] voluntate sui minoris et majoris consilii, et cum laudo populi ad sonum campanarum[18] more solito congregati, m°cc°lxxxxviiii°[19], indictione[20] secunda[21], die xxa[22] mensis decembris, statuit et ordinavit: quod si qua[23] mulier furtum fecerit a perperis ii[24] usque in v[25], et non habuerit unde solvat[26], frustigetur[27]; si a v usque in xx[28], frustigetur[27] et buletur[29]; et si a xx[30] superius, perdat nasum et bandiatur de civitate Ragusii et districtu.

[1] C. D. furtum. primo [2] E. condemnetur [3] E. octo duplum [4] D. E. tertio [5] E. iperperis [6] C. D. fustigatur [7] D. furtum fuerit [8] E. iperpera [9] E. bolletur [10] C. E. oculum [11] C. ad (sic) decem [12] E. ad viginti [13] E. dexteram [14] C. E. oculos [15] C. D. habent hanc rubricam. In B. addita est manu saeculi XV. [16] D. Daure [17] C. D. cum [18] E. campane [19] C. millesimo ducentessimo quadragesimo (sic) nono, D. millessimo ducentessimo quadragessimo nono, E. 1299 [20] C. indicione [21] D. ..indicione ii" deest, E. 2 [22] C. vigesimo, D. vigessimo, E. 20 [23] E. que [24] C. a yperperis duobus, D. a ppr duobus, E. ab iperperis duobus (2) [25] C. D. E. ad quinque [26] C. E. unde solvere [27] C. D. E. fustigetur [28] C. D. E. a quinque in viginti [29] C. boletur, D. E. bolletur [30] C. D. a viginti, E. a viginti, a 20.

V.

De robatoribus[1] stratarum.

[1] Robatores stratarum pro prima robaria condempnentur[2] in octuplum[3], pro secunda vero pro uno in[4] sexdecim, et sic inde superius semper pena duplicetur[5]. | [2] Qui si rapuerit usque ad unum yperperum[6] et non habeat unde possit solvere penam[7], fustigetur et boletur[8]; si autem rapuerit ab uno yperpero[9] usque ad tres[10] et non habeat unde solvat[11], perdat unum occulum[12]. | [3] Si autem a tribus usque ad sex, perdat manum dextram[13].

[4] Sed si a sex usque ad decem, perdat ambos occulos[14]; si vero[15] a decem[16] superius, suspendatur.

[1] C. D. arobatoribus [2] C. condemp|tentur (sic), E. condemnentur [3] E. octo duplum, duplum [4] E. vero in [5] E. duplicetur, dupliciter [6] E. iperperum [7] D. solvere, fustigetur [8] E. bolletur [9] E. iperpero [10] E. usque tres, usque ad tres [11] D. solvere [12] C. D. E. oculum [13] E. dexteram [14] D. E. oculos [15] D. autem [16] C. ad (sic) decem.

VI.

De violenciis[1] mulieribus inlatis[2].

[1] Si mulierem quis contra voluntatem ipsius[3] forçaverit[4], quod possit probari, solvat yperperos[5] quinquaginta, quod si non poterit solvere, perdat ambos occulos[6]. | [2] Nisi mulierem volentem velit[7] accipere in uxorem; tunc enim si de comuni[8] sit voluntate, nichil[9] solvat, sed illam[10] accipiat in uxorem.

[1] C. D. E. violentiis [2] B. C. ilatis, D. inlatis, E. illatis [3] D. voluntatem forçaverit [4] E. forzaverit [5] E. iperperos [6] C. D. E. oculos [7] D. vellit [8] E. communi [9] E. nihil [10] E. si illam.

VII.

De herbariis.

[1] Quecunque[1] persona fecerit herbariam vel maleficium herbarie, de quo aliquis posset mori vel perdere sensum, et hoc possit probari, quod[2] per ipsam herbariam sit mortuus vel admiserit[3] sensum, comburatur; et si non moriretur[4] nec amiserit[5] sensum, sit in[6] providencia[7] d. comitis. | [2] Eciam[8] si non probabitur maleficium herbarie, sed de eo suspicio[9] habeatur, d. comes, secundum quod ei placet, inquirat maleficium supradictum.

[1] E. quecumque, quecunque [2] D. quia [3] B. C. admiserit, E. amiserit, ammiserit [4] D. E. moreretur [5] B. E. amiserit, C. D. admiserit [6] D. im [7] C. D. E. providentia [8] C. etiam, E. et [9] C. suspitio.

VIII.

De hiis[1] qui cartam[2] falsam fecerit[3].

Qui cartam[2] falsam fecerit vel conscripserit, perdat manum dextram[4], si ei poterit[5] probari[6].

[1] E. his [2] E. cartam, chartam [3] E. fecerint [4] E. dexteram [5] B. poterit, C. D. E. potuerit [6] D. probari potuerit.

IX.

De hiis[1] qui cartam[2] falsam produxerint.

[1] Si[3] cartam[2] falsam ad placitum pro sua utilitate quis[4] adduxerit, perdat placitum et veritatem suam et yperperos[5] quinquaginta[6]; quod si solvere non poterit, perdat manum dextram[7]. | [2] Et hoc locum habeat, si ipse fecit fieri[8] cartam[2] ipsam. | [3] Si autem carta[9] ipsa producta ad placitum que probatur falsa, fuerit patris vel avi vel antecessorum suorum, tunc qui eam producit defendat se per manus undecim hominum secum jurantium, quod cartam[2] illam nescivit esse falsam, nec fecit eam, nec

argumentavit illam, et perdat placitum tantum. | [4] Si autem probaretur fecisse cartam[2] illam vel jurare non poterit, paciatur[10] penam superius comprehensam.

[1] E. his [2] E. chartam, cartam [3] C. D. E. Qui [4] C. D. E. utilitate adduxerit [5] E. iperperos [6] D. quadraginta [7] E. dexteram [8] E. facere [9] E. charta, carta [10] E. patiatur.

X.

De furtis vinearum.

Intrans in vineam alicujus si uvam rapuerit, vel aliquod[1] aliud dampnum[2] fecerit[3], reddat dampnum et[4] perdat yperperos[5] quinque; quod si non habet unde possit[6] solvere, fustigetur.

[1] E. aliquid [2] E. aliud fecerit [3] C. omisit verba: „fecerit, reddat dampnum et" [4] D. E. omittunt verba: „reddat dampnum et" [5] E. iperperos [6] E. posset.

XI.

De hiis[1] qui incidunt arbores.

[1] Si quis incideret[2] arborem alicujus sine voluntate patroni illius arboris puniatur in yperperos[3] duodecim, cujus pene medietas deveniat ad comune[4] et alia medietas ad patronum arboris, | [2] si patronus ipse[5] de hoc fuerit conquestus. | [3] Si autem d. comes ex suo officio[6] sine lamentacione[7] patroni hoc inquisierit, totum ipsum bannum deveniat ad comune[4].

[1] E. his [2] B. incideret (correctum), C. D. E. inciderit [3] B. C. D. yppr., E. iperperos [4] E. commune [5] D. patronus de [6] C. offitio [7] C. E. lamentatione.

XII.

De eo qui percusserit[1] vicarium.

Quicunque[2] percusserit vicarium seu[3] ripparium[4] suum officium exercentem condempnetur[5] in duplum, et duplicem penam subsisteat[6] quam subsisteret[7] vel[8] condempnaretur[9] si alium hominem percussisset.

[1] E. percussit [2] E. quicumque, quicunque [3] E. seu, vel [4] E. riparium [5] E. condemnetur [6] B. C. subsisteat (sic), D. substineat, E. sustineat [7] D. substineret E. sustineret [8] E. et [9] E. condemnaretur.

XIII.

De eo qui fraudat dacium[1] in aliqua civitate, unde venit dampnum[2] Ragusio[3].

Qui extra Ragusium in aliquo loco fraudaverit aliquod dacium[1] vel abstulerit aliquid, nisi offendendo inimicos nostros, et propter hoc aliquod dampnum[2] aliquo[4] Raguseo evenerit, dampnum[2] ipsum illi[5] componat, vel vadat ad terram[6] ubi dampnum[2] fecit et faciat racionem[7].

[1] D. E. datium [2] E. damnum [3] D. Ragusii [4] E. alicui [5] E. ille [6] E. terras [7] C. D. E. rationem.

XIV.[1]

De blasfemantibus[2] Deum.

Qui blasfemaverit[3] Deum et sanctos suos, solvat pro banno yperperum[4] unum, quem[5] si solvere non poterit[6], ligetur ad palum.

[1] B. XV, et inde usque ad libri VI finem semper uno numero plus quam capituli C. D. E. [2] E. blasphemantibus [3] E. blasphemaverit [4] E. iperperum [5] E. quod [6] D. potterit.

XV.

De hiis[1] qui inprestant[2] ludentibus.

Qui alicui ludenti ad datos[3] vel ad alios ludos, cum pignore vel sine pignore, inprestaverit[4] solvat pro banno yperpera duo[5], et reddat[6] debitori pignus sine aliqua peccunia[7].

[1] E. his [2] C. D. E. imprestant [3] C. D. E. dados [4] C. D. E. imprestaverit [5] B. D. yppr. duo, C. ypp. duos (*s* postea additum), E. iperpera duo [6] D. redat [7] E. pecunia.

XVI.[1]

De sale.

[1] Qui salem portaverit in Ragusio, sive sit extraneus sive civis, discarcare[2] salem ipsum vel vendere non possit, nisi comuni[3] Ragusii, sine voluntate et[4] licencia[5] d. comitis. | [2] Qui si cum comuni[3] concordare[6] non potest, nec habere licenciam[7] a predicto d.[8] comite vendendi salem ipsum alteri quam comuni[3], possit portare salem ipsum[9] ubicunque[10] voluerit extra Ragusium[11]. | [3] Si autem extraneus aliquis sine licencia[5] d. comitis vendiderit salem alicui Raguseo, solvat pro banno yperperos[12] decem, et Raguseus qui comparaverit[13] solvat pro banno yperperos decem[14], et insuper[15] perdat salem. | [4] Additum est quod quicunque[16], tam Raguseus quam foresterius, exoneraverit salem in Ragusio, solvat dictum bannum et perdat salem.

[1] B. VII. (sic!) [2] B. C discarcare (sic), D. discargare, E. discaricare [3] E. communi [4] E. Racusii, sine licentia [5] C. D. E. licentia [6] C. D. concordare cum comuni [7] C. D. E. licentiam [8] E. a predicto comite [9] D. salem ubicunque [10] E. ubicumque, ubicunque [11] B. Raguseum (sic), C. D. Ragusium [12] B. D. yppr., C. yppos, E. ipp. [13] E. comperavit [14] D. omisit verba: „et Raguseus qui comparaverit . . . . yperperos decem". [15] D. et perdat [16] E. quicumque, quicunque.

XVII.

Quod nullus vendat salem in Ragusio.

[1] Nullus Raguseus in Ragusio vendat salem alteri Raguseo vel extraneo, ad minutum neque in grossum, sine licencia[1] d. comitis, et qui contra hoc fecerit, perdat totum salem, et det[2] pro banno yperperos[3] sex: quod si solvere non poterit[4], fustigetur. | [2] Et qui a capite Comari[5] versus[6] Ragusium, et a Budua versus[6] Ragusium vendiderit salem, det pro banno yperperos[3] viginti sex, et perdat precium[7] salis quem[8] vendidit. [3] Eodem modo puniatur qui salem cum suo ligno vel cum ligno extraneorum ad naulum, vel quocunque[9] alio modo vel ingenio, portaverit ad vendendum infra loca predicta.

[4] m°ccc°viiii[10], die vi[11] augusti, tempore d. Andree Dauro, comitis Ragusii, per minus et majus consilium et in[12] publica concione[13] additum fuit huic statuto: quod nullus Raguseus vel foresterius, cujuscunque[14] condicionis[15] sit, audeat emere vel vendere in Ragusio vel districtu salem ab aliqua persona, nec contractum[16] mercati, nec mercatum de sale facere per se vel per alium, aliquo modo vel ingenio, sine licencia[17] d. comitis et sui minoris consilii. Et qui contrafecerit, solvat pro banno yperperos[3] x[18], et perdat salem vel valorem salis, tam qui emerit quam qui vendiderit. [5] Et simili pena puniatur mediator illius mercati[19]. | [6] Et qui accusaverit habeat medietatem. | [7] Et quilibet officialis[20] personaliter teneatur[21] accusare.

C.

[8] m°cccc°viii[22], die vi[23] mensis junii, tempore d. Alovisii de Gocis[24], rectoris, in majori conscilio[25] ad sonum campane more solito congregato, in quo consilio fuerunt consiliarii lxi[26], captum fuit per quinquaginta tres[27], quod adatur[28] prescripto statuto salis hec aditio[29], videlicet: quod barcha[30] vel aliud lignum que vel quod inventus[31] (sic) fuerit portare sal in contrabando[32] ad loca vetita, comburatur omnino, et quod patronus, cum marinariis navigantibus cum ipsa barcha[33], stet in carceribus comunis per tres menses[34] continuos, non obstantibus aliis statutis et penis; que statuta et pene remaneant in sua firmitate.

[1] C. E. licentia [2] D. solvat [3] B. C. D. yppr., E. ipp. [4] D. potterit [5] „Comari“ codices omnes [6] E. usque [7] D. E. pretium [8] D. quod [9] E. quocumque, quocunque [10] E. 1309 [11] E. 6 [12] D. im [13] C. D. contione [14] E. cujuscumque, cujuscunque [15] C. D. E. conditionis [16] B. contractu (sic). [17] C. D. E. licentia [18] E. decem [19] D. merchati [20] C. offitialis [21] D. teneatur personaliter [22] E. 1408 [23] E. 6 [24] E. Goziis, Gozziis [25] D. E. consilio [26] E. 61 [27] E. 53 [28] D. E. addatur [29] D. E. additio [30] D. E. barca [31] E. inventum [32] E. contrabanno [33] E. barca [34] E. tres menses, menses tres.

XVIII.

De hiis[1] qui elliguntur in officiis[2].

[1] Ellectus[3] in ambaxatorem[4] vel ad aliquod aliud officium, si ire vel officium ipsum facere noluerit, solvat pro banno yperperos[5] viginti quinque. [2] Nisi justum habeat impedimentum in[6] persona sua, de quo impedimento credatur ellecto[7] in ambaxatorem[4] juranti[8]; | [3] aliis[9] autem non, nisi probent ipsum impedimentum: tunc enim nichil[10] solvant. | [4] Additum est quod ellectus in[6] ambaxatorem[4], si poterit[11] probare legittime[12] quod ceperit viagium[13] antequam fuerit electus[14], aut si poterit[11] probare quod pater vel mater, frater aut uxor vel filius sive filia sit impeditus vel

impedita gravi infirmitate corporea, vel eciam[15] si poterit probare, quod sit paratus[3] facere nupcias[16] filii vel filie, videlicet ad tale tempus quod non possit redire de ambaxaria[17] ad quam fuerit electus[14], vel ad tempus illud in quo ordinavit facere nupcias[16]. | [5] Si poterit[11] probare legittime[12] aliquod ex dictis inpedimentis[18], jurando eciam[15] quod ipse non remanet propter aliud, nisi propter aliquod ex inpedimentis[18] predictis: | [6] tunc non compellatur ire in dictam ambaxariam[19], nec penam aliquam solvere teneatur.

[7] Tempore egregii militis d. Marini Badoarii, comitis Ragusii, additum est huic statuto: quod infrascripti officiales non solvant penam: superstans arsenatus, comites insularum et astaree, officiales[20] cere.

[1] E. iis [2] B. in margine additum manu recentiori: „vel ambasa(rias)". [3] E. electus, ellectus [4] E. ambassatorem [5] E. iperperos [6] D. im [7] E. ellecto, electo [8] B. iurantem (sic), C. D. E. juranti [9] C. alliis [10] E. nihil [11] D. potterit [12] D. E. legitime [13] E. viaggium [14] C. D. ellectus, E. ellectus, electus [15] C. D. E. etiam [16] C. D. E. nuptias [17] E. ambassaria [18] C. D. E. impedimentis [19] E. ambassariam [20] E. astaree et officiales cere.

XIX.

De minoribus commitentibus[1] maleficia.

Infans minor, videlicet quatuordecim[2] annorum, si aliquod maleficium commiserit[3], sit in[4] providencia[5] d. comitis et sue curie punire eum, habito respectu ad etatem suam.

[1] C. D. comittentibus, E. commitentibus, committentibus [2] D. quattuordecim [3] D. comisserit [4] D. im [5] C. D. E. providentia.

XX.

De hiis qui vadunt post tercium[1] sonum campane.

Inventus post tercium[1] sonum campane sine lumine, solvat pro banno yperperum[2] unum, nisi veniret de vinea, vel iret ad succurendum[3] navem, quando est tempestas maris et venti, quod sit in[4] providencia[5] d. comitis et sue curie. Si vero inventus portaverit lumen, sit in[4] providencia[5] d. comitis qui habebit respectum ad famam illius.

[1] D. E. tertium [2] E. iperperum [3] E. succurendum, succurrendum [4] D. im [5] C. E. providentia.

XXI.

De hiis[1] qui vendunt Dalmisianis.

Raguseus qui vendiderit navem vel aliud lignum in Dalmisio, solvat pro banno yperperos[2] centum, et perdat precium[3] ligni.

[1] E. iis [2] E. iperperos [3] E. pretium.

XXII.

De hiis qui comparant[1] a Dalmisianis.

[1] Qui scienter comparaverit[2] lignum aliquod[3] a Dalmisianis[4] vel ab aliis piratis, solvat pro banno[5] yperperos[6] viginti quinque, et lignum illud

incendatur. | [2] Additum est: quod si patronus dicti ligni apparuerit, illud lignum reddatur[7] patrono ipsius ligni. | [3] Et eciam[8] remaneat in[9] providencia[10] d. comitis et sue curie ad incendendum dictum lignum, vel tenendum illud, ut melius videbitur, si non[11] apparuerit aliquis patronus ligni predicti.

[1] E. comperant [2] E. comperaverit [3] E. lignum a [4] D. Damisianis [5] D. bano [6] B. C. D. yppr., E. ipp. [7] D. redatur [8] C. D. E. etiam [9] D. im [10] C. E. providentia [11] D. si apparuerit.

XXIII.

De hiis[1], qui prohiciunt[2] savornam in[3] portu[4].

Si quis projecerit, id est jactaverit, in[5] portu saornam[6], aut ros[7], vel brecias, sive inmundicias[8] sine mandato d. comitis, solvat pro banno yperpera[9] duo, quod si solvere non poterit, fustigetur; et ille qui hunc manifestaverit, habeat quartam partem banni.

[1] E. iis [2] C. D. prohitiunt, E. projiciunt [3] D. im [4] E. portum [5] C. D. im [6] E. savornam [7] B. C. D. ros (sic), E. res [8] D. E. immunditias [9] B. C. D. yppr., E. ipp.

XXIV.

De portantibus arma per civitatem.

Qui portaverit cutellum[1] feritorium vel alia arma facta ad offendendum per civitatem[2] in die, solvat pro banno yperpera[3] duo, qui autem in nocte, solvat yperpera[4] quinque, et perdat arma[5].

[1] E. cultellum [2] B. ciciuitatem (sic). [3] E. ipp. [4] B. yppra, E. ipp. [5] C. in margine: „Proclamatum per Symonem preconem die 14 febr. 1437. Proclamatum per Ziuchum Vrtich riverium communis die 28 jan. 1460.“

XXV.

De foresteriis portantibus arma.

Foresterius comorans[1] in civitate Ragusii, non tamen[2] habitans ibi, si[3] arma fraudulenta[4] portaverit, solvat pro banno yperperum[5] unum; sit tamen hoc[6] in[7] providencia[8] d. comitis.

[1] E. commorans [2] C. D. tantum [3] B. sed (sic), C. D. E. si [4] E. fraudolenta [5] E. iperperum [6] C. sit tamen in prouidentia hoc domini comitis [7] D. im [8] C. D. providentia, E. prudentia.

XXVI.

De tabernis vendentibus post tercium[1] sonum campane.

Taberna que post tercium[1] sonum campane inventa fuerit aperta, vel in qua vendetur vinum post ipsum tercium[1] sonum[2] campane aliis quam capitaneo cum custodibus civitatis illius noctis, solvat pro banno yperperum[3] unum, cujus medietas sit communis[4] et alia medietas custodum[5] illius noctis.

[1] D. E. tertium [2] E. post ipsum sonum campane [3] E. iperperum [4] E. communis [5] C. custodium (sic).

XXVII.

De victualibus que possunt[1] haberi[2] in[3] burgo.

Cum post construccionem[4] muri burgus pro civitate[5] habeatur, statuimus: quod habitantes in[3] burgo possint ibidem tenere victualia, vinum autem ibidem habere non possint, nisi habentes[6] domos lapideas, id est de petra: illi enim possint habere vinum ad voluntatem suam.

[1] B. posst (sic) [s above], C. D. E. possunt [2] D. habere [3] D. im [4] C. D. E. constructionem [5] C. D. per civitatem [6] D. non habentes, E. nisi habitantes.

XXVIII.

De injuriis.

Super injuriis quas viri vel mulieres dixerint inter se, vel judicibus aut consiliariis, super comminacionibus[1] et aliis maledictis, d. comiti damus arbitrium, ut in[2] providencia[3] ipsius sit punire omnia supradicta, cum isto tamen temperamento[4] quod, sicut minus injuriosum est dictum quam factum, sic[5] dicti quam facti minor sit[6] pena.

[1] C. D. E. comminationibus [2] D. im [3] C. D. providentia, E. prudentia [4] C. D. moderamine [5] C. D. sit [6] D. „sit" hoc loco punctis subnotatum.

XXIX.

De contumacibus[1] super maleficiis.

[1] Vocatus ad curiam ter per ripparium[2] super aliqua injuria dicti, vel facti, vel maleficio[3], si[4] contumaciter venire contempserit, pro[5] judicato super ipsa injuria habeatur, et veniens postea super hoc non audiatur.

[2] Tempore egregii militis d. Marini Badoarii[6], comitis Ragusii, currente[7] anno domini M°CC°LXXXXIII[8], de mense marcii[9], per ipsum d. comitem, cum voluntate minoris et majoris consilii et laudo populi additum est: quod quicunque[10] accusatus fuerit de aliqua injuria dicti, vel facti, vel maleficio[11], habeat terminum trium dierum, infra quem venire debeat ad racionem[12], et elapso termino pro judicato habeatur.

[3] Item, eodem tempore d. Marini Badoarii, comitis Ragusii, currente[13] M°CC°LXXXXIII[14], mensis marcii[15], per ipsum d. comitem, cum voluntate minoris et majoris consilii et laudo populi, additum est: quod si aliquis accusatus fuerit de aliquo homicidio, et non venerit ad mandata d. comitis infra terminum constitutum, et contumax fuerit, dictus accusatus quandocunque[16] fecerit pacem et concordium cum parentibus mortui, quod ei contumacia[17] remittatur[18], et possit venire ad racionem[12] coram d. comite et sua curia, et tunc procedatur contra eum secundum precepit[19] ordo juris. | [4] Et nichilominus[20], tempore accusationis, d. comes per sacramentum inquirere teneatur testes super dicto maleficio[21] diligenter. [5] Et intelligantur isti parentes, cum quibus debet fieri pax predicta, pater, mater, filii et fratres et sorores; et si predicti non fuerint, tunc intelligantur[22] alii propinquiores[23].

[1] C. contumatibus [2] E. riparium [3] C. D. E. maleficii [4] B. omisit verbum „si" [5] C. D. et [6] B. Baduarii, correctum in: Badoarii [7] D. E. in anno [8] C. millesimo

ducentessimo nonagesimo tercio, (D. nonagessimo tertio), E. 1293 [9] C. D. E. martii [10] E. quicumque [11] C D. vel maleficii [12] C. D E. rationem [13] D. curente [14] C. millesimo CCLXXXXIII. D. millio CC°LXXXXIII°, E. comitis Racusii et predicto millesimo et mense [15] D. martii [16] E. quandocumque [17] C. contumatia [18] D. remitatur. E. remmittatur [19] E. precipit [20] E. nihilominus [21] E. maleficio, maledicto [22] D. intelliguntur [23] In margine B. adscriptum manu recentiori: „Pro terminis datis pro homicidijs inuenies retro additio (sic B. C.) scripta post tercium (D. tertium) capitulum 6. (C. D. sexti) libri". Eadem leguntur in C. et D., sed ibi literis rubris scripta sunt in ipso contextu operis, id est in fine capituli. In E. autem additio, quam C. habet supra in fine cap. III, inserta est hoc loco, quasi § 6 hujus capituli XXIX.

XXX.

De Raguseo qui fecit injuriam foresterio.

[1] Raguseus si foresterium percusserit vel verberaverit, aut ei aliquam aliam injuriam fecerit, de banno, quod propter hoc Raguseus ipse solverit, nichil[1] habeat foresterius, sed totum deveniat ad comune[2]. | [2] Idem est de viris et mulieribus percucientibus[3], injuriantibus vel verberantibus se ad invicem. | [3] Hoc idem[4] statuimus, si foresterius percusserit aut verberaverit Raguseum, vel ei aliquam aliam injuriam fecerit.

[1] E. nihil [2] E. commune [3] D. E. percutientibus [4] E. Hec eadem.

XXXI.

De Raguseo vendente blavam in domo sua.

Nullus Raguseus nec forensis vendat aliquam blavam in domo neque[1] in aliquo loco, nisi in fundico[2], sine licencia[3] d. comitis, sub pena yperperorum[4] quinque; et quicunque[5] accussaverit[6] habeat medietatem, et comune[7] aliam medietatem.

[1] E. nec [2] E. funtico [3] C. D. E. licentia [4] E. iperperorum [5] E. quicum(n)que [6] C. D. E. accusaverit [7] E. commune.

XXXII.

De hiis[1] qui fregerit[2] crucem vel sigillum.

Si per d. comitem et suam curiam fuerit posita crux in vinea, vel in navi aut alio ligno[3], sive in aliqua quacunque[4] re alicujus, vel domus aut stacio[5] sigilata[6] occassione[7] dandi aptagi[8], et ille in cujus re crux est posita, vel domus aut stacio[5] sigillata, dejectaverit vel dejectari[9] fecerit[10] crucem et[11] frangerit[12] aut[13] frangi fecerit sigillum per fraudem: quod si[14] probari possit, solvat pro banno yperpera[15] duodecim, que yperpera[15] deveniant ad comune[16] Ragusii[17].

[1] E. iis [2] E. fregerint [3] D. in alio ligno [4] E. quacumque [5] C. D. E. statio [6] C. D. E. sigillata, D. E. sigillata fuerit [7] C. D. E. occasione [8] C. D. aptagy [9] C. D. E. dejactaverit vel dejactari [10] E. fecerit et fregerit [11] D. vel [12] E. fregerit [13] E. vel [14] D. E. sibi [15] B. yppra, C. yppr., E. iperpera [16] E. commune [17] E. „Ragusii" deest.

XXXIII.

De hiis[1] qui intrant in domos aliorum, et faciunt eis injuriam.

[1] Si aliquis intraverit in domum alterius, et verberaverit vel percusserit patronum vel patronam ipsius[2] domus, vel fecerit ei[3] aliquod forcium[4], vel aliquid[5] vi, id est[6] per forcium[4], inde abstulerit, solvat pro banno yperpera[7] viginti quatuor[8], videlicet duodecim pro intratica domus, et duodecim pro exitu; de quibus verberatus vel verberata habeat medietatem, si lamentacionem[9] coram d. comite de hoc fecerit. | [2] Si autem lamentacionem[10] non fecerit, sed d. comes ex suo officio processerit, verberatus vel verberata nichil[11] habeat, sed tota condempnacio[12] deveniat[13] ad comune[14]. | [3] Si autem dictum maleficium fiat de nocte, et probari non possit per testes masculos, valeat super hoc testimonium mulierum[15] a duabus supra, ita tamen, quod ille qui condempnari[16] debeat in yperpera[7] viginti quatuor[8], si per masculos probaretur[17], condempnetur[18] in[19] duodecim tantum, videlicet sex pro[20] intrata et sex pro exitu, quando per mulieres probatur.

C.

[4] Anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto[21], indicione[22] quarta, die vigesimo[23] septimo mensis augusti. Nos Petrangna[24] de Bonda rector comunis[25] Ragusii, cum voluntate minoris et majoris consilii, et cum laudo populi sono campanarum more solito congregati, considerantes quod per[26] fragilitatem et maliciam[27] servitialium[28] multa enormia pericula accidere possunt vel[29] possent, ponendo homines in domum[30] patronorum vel[31] patronarum, statuimus et ordinamus: | [5] quod si qua[32] servitialis a modo in antea ponet aliquem hominem in domum patroni vel patrone, sine licentia patroni vel patrone[33], quod dicte servitiali nasus amputetur de vultu. Et si quis homo capietur[34] in domo alicujus patroni vel patrone qui intraverit domum[35], sine licentia patroni vel patrone, ad servitialem[36] aliquam, stare debeat menses sex in carceribus inferioribus; qui si aufugerit de carceribus, antequam compleverit menses sex, si[37] postea capietur, vel de sua voluntate reverteretur ad carceres, quod tunc solummodo[38] terminus dictus[39] currere[40] incipiat. | [6] Et si non posset capi

in domo, vel non posset sibi probari, tunc sit in discretione[41] d. rectoris, qui esse debeat cum omnibus judicibus ad puniendum illum vel illos qui fuerint accusati intrasse domum alicujus patroni vel patrone ad servicialem[42] aliquam; qui d. rector debeat se adherere voluntati majoris partis omnium judicum, et ipsam executioni mandare in[43] puniendo illum vel illos qui intravissent domum ad aliquam servicialem[42], et non fuissent capti, vel eis probari non posset[44].

[1] E. iis [2] E. illius [3] D. fecerit aliquod [4] C. D. fortium, E. forzium [5] D. aliquod [6] C. D. omittunt verba: „vi id est" [7] E. iperperos [8] D. viginti quattuor [9] C. D. E. lamentationem, D. lamentationem de hoc coram d. comite fecerit. [10] C. D. E. lamentationem [11] E. nihil [12] C. D. condempnatio, E. condemnatio [13] B. devaniat (sic). [14] E. commune [15] D. testimonium (supra lineam additum: „mulieribus") a duabus [16] E. condemnari [17] E. probetur [18] E. condemnetur [19] D. in yppr. duodecim [20] D. sex intrata [21] D. millesimo trecentessimo sexagessimo sexto, E. 1366 [22] D. inditione, E. indict. [23] D. vigessimo, E. 27. [24] D. E. Petragna [25] E. communis [26] D. quod fragilitatem, E. propter [27] E. malitiam [28] D. servicialium [29] E. accidere possent [30] E. domos [31] E. et [32] E. que [33] E. „sine licentia patroni vel patrone" omissum [34] E. capiatur [35] D. in domum [36] D. servicialem [37] D. et [38] D. tunc terminus [39] E. predictus [40] D. curere [41] D. discrecione [42] E. servitialem [43] D. im [44] E. possit.

XXXIV.

De maleficiis de nocte.

[1] Qui extra domum in[1] platea vel in campo de nocte percusserit vel verberaverit aliquem, et per testes masculos probari non possit, valeat in hoc testimonium mulierum a[2] duobus[3] supra. | [2] Ita tamen, quod qui condempnari[4] debet, non possit condempnari[4] pro testimonio mulierum, nisi medietatem de eo quod condempnaretur[5] si probatum esset per testes masculos. | [3] Et intelligatur nox in isto casu: pulsato tintinabolo[6] tercio[7] usque ad diem.

[1] D. im [2] C. ad [3] C. D. E. duabus [4] E. condemnari [5] D. E. condemnaretur [6] E. tintinabulo, tintinnabulo [7] D. E. tertio.

XXXV.

De vino de foris non portando.

[1] Prohibemus quod nullus Raguseus portet vinum de foris in[1] Ragusio[2] causa vendendi, vel donandi illud, aut portandi[3] ad domum suam, ultra illud quod ordinatum est per d. comitem et comune[4] Ragusii in capitulari de vino; et qui contra[5] hoc fecerit, solvat yperperos[6] xxv pro banno, et totum vinum superfluum stampanetur; si autem fuerit foresterius qui contra hoc fecerit, perdat vinum ipsum. | [2] Eo salvo, quod fratres predicatores et minores possint recipere vinum pro elemosina[7], ab omni persona

que venit in Ragusio, non emendo illud. | [3] Et possunt eciam[8] adducere vinum de foris, undecunque[9] voluerint, pro eorum sustentacione[10]. Et quicunque[11] accusaverit contrafacientem, habeat[12] medietatem supradictorum yperperorum[13] de pena, si per ejus accusam[14] veritas poterit[15] reperiri.

[4] Anno domini mcccxx[16], indicione[17] tercia[18], die xiiii[19] februarii, tempore d. Ugolini Justiniani[20], comitis Ragusii[21], per ipsum d. comitem cum voluntate sui minoris et majoris consilii, et cum laudo populi sono[22] campane[23] more solito congregato[24], statutum fuit et hordinatum[25]: quod de cetero nullus foresterius[26], cujuscunque[27] condicionis[28] existat, portet vinum de foris in Ragusium[29], causa vendendi vel donandi aut portandi domui[30] sue habitacionis[31], sub pena xxv perperorum[32], et totum vinum stampetur[33], et accusator[34] habeat medietatem banni, si per ejus accusam[14] poterit reperiri[35].

[1] D. de foris Ragusium [2] C. in Ragusium [3] C. D. donandi vel illum autem portandi [4] E. commune [5] D. extra [6] E. iperperos [7] C. helemosina, D. ellemosina [8] C. D. E. etiam [9] E. undecumque [10] C. D. E. sustentatione [11] C. E. quicumque [12] E. habeat, perdat [13] E. iperperorum [14] D. accuxam [15] D. potterit [16] E. 1320 [17] D. inditione, E. indictione [18] D. E. tertia [19] C. D. quartodecimo, E. 14. [20] B. C. D. Justin̄, E. Justini [21] C. D. Ragusini [22] B. sone (sic). [23] D. E. campanarum [24] E. congregati [25] C. D. E. ordinatum [26] B. feresterius (sic). [27] C. D. E. cujuscumque [28] C. D. E. conditionis [29] D. in Ragusio, E. de foris Racusium [30] E. domum [31] E. habitationis [32] C. D. xxv yperperos, E. iperperorum viginti quinque, 25 [33] E. stampanetur [34] D. accuxator [35] D. „veritas" alia manu insertum, E. veritas poterit reperiri.

XXXVI.

De hiis[1] qui adducunt vinum de foris ad vendendum.

Raguseus qui adduxerit vinum de foris et fecerit portum ad vendendum illud, a portu[2] Budne usque ad capud[3] Comari[4], perdat vinum illud[5] et solvat pro banno yperpera[6] duo[7]; vinum autem de Ragusio extractum quilibet possit in omni loco vendere sine dampno[8] et pena.

[1] E. iis [2] E. porta [3] D. E. caput [4] B. E. Comari (sic), C. Comāi [5] D. illum [6] B. yppra, C. D. yppr., E. ipp. [7] E. duos, duo [8] E. damno.

XXXVII.

De hiis[1] qui cum vino veniunt[2] in portu[3] Ragusii.

[1] Si aliquod lignum Raguseorum[4] vel foresteriorum venerit[5] ad portum Ragusii cum carico[6] vini, justiciarii ordinati super facto vini, vel d. comes si ipsi non fuerint, jurari faciet[7] patronum illius vini, vel naucleriun et quatuor[8] de marinariis, si patronus non esset, quod in Ragusio vel districtu ejus non vendent, nec donabunt nec discaricabunt[9], nec vendi, nec discaricari[10] facient[11] aliquid de ipso vino, sine licencia[12] d. comitis et sui consilii[13]. | [2] Et donec lignum illud[14] steterit in[15] portu Ragusii, d. comes dabit duos homines pro comuni[16], qui vinum ipsum custodiant, ad expensas patroni vel illorum qui sunt in ligno, si patronus non esset.

[1] E. iis [2] E. veniunt cum vino [3] E. portum [4] C. D. Ragusenorum (sic), E. Racuseorum, Rhacuseorum [5] D. veniret [6] D. caricho [7] D. faciat [8] D. quattuor [9] C. discarcabunt, D. discargabunt [10] C. discarcari [11] D. nec discargari nec vendi facient [12] C. D. E. licentia [13] E. sui parvi consilii [14] E. istud [15] D. im [16] E. communi.

XXXVIII.

De hiis[1] qui tenent vinum in[2] burgo.

Quicunque[3] in[2] burgo tenuerit vel vendiderit vinum, exceptis illis qui habent domos lapideas, id est de petra, solvat yperpera[4] duo pro banno, et vinum ipsum stampanetur, cujus banni medietatem habeat accusator.

[1] E. iis [2] D. im [3] E. quicum(n)que [4] B. yppra, C. D. yppr., E. ipp.

XXXIX.

De acceto[1].

Accetum[2] in Ragusio[3] Raguseus vel foresterius causa vendendi portare[4] non possit. Pro utilitate autem domus sue, Raguseus usque ad medium quingum[5] portare possit ad voluntatem[6] suam. Et Raguseus qui contra hoc fecerit, solvat pro banno yperpera[7] duo, et accetum[8] superfluum stampanetur, et medietas banni sit accusatoris[9]; si autem fuerit foresterius, perdat accetum[8] ipsum.

[1] B. C. acceto (sic), D. E. aceto [2] B. C. Accetum (sic), D. E. Acetum [3] B. C. Raguseo (sic). [4] D. portari [5] E. quinquum [6] C. D. E. utilitatem [7] E. ipp., ippa [8] C. E. acetum [9] E. stampanetur; si autem.

XL.

De molça[1].

Molçam[2] ad vendendum facere nemo possit, et qui fecerit solvat pro banno yperpera[3] duo, et tota illa molça[4] stampanetur; et qui accusaverit, habeat medietatem banni. Ad bibendum autem in domo sua[5], quilibet possit facere molçam[2].

[1] E. molza [2] E. Molzam [3] E. ipp. [4] C. D. mulça, E. molza [5] E. sua, suo.

XLI.

De vino insularum.

[1] Damus licenciam[1] insulis Iupane[2], Dalafote[3] et Calamote, ut[4] vinum quod nascitur in qualibet istarum insularum, possit in eadem insula vendi ad tabernam; de una autem insula ad aliam, vinum illud[5] ad vendendum portari non possit. Ille tamen, qui habet vineas in aliqua predictarum insularum, possit ibidem de vino in ea natum[6] ad suam voluntatem dimittere, et[7] si voluerit, vendere ad tabernam. | [2] Sed si aliquis voluerit extrahere vinum de civitate Ragusii, et portare ipsum ad aliquam ipsarum insularum, causa vendendi ipsum in taberna, faciat hoc cum licencia[8] d. comitis, dicendo ei quantitatem ipsius vini. | [3] Qui autem contra hoc fecerit, solvat yperpera[9] duo pro banno, et vinum adductum[10] de foris stampanetur.

[1] C. D. E licentiam [2] C. D. Jupane, E. Juppane [3] D. Dalafode, E. Delafote [4] D. E. quod [5] D. vinum ad [6] B C. D. natum (sic), E. nato [7] E. etiam [8] C. D. E. licentia [9] E. ipp. [10] D. aductum.

XLII.

De percussionibus servorum.

[1] Si servus vel ancilla alicujus percusserit aliquem francum, seu mulierem liberam, de quocunque[1] seu cum qualibet re cum qua potest percuti, et percussus seu percussa de hoc fecerit lamentacionem[2], et probet se a servo vel ancilla percussum[3], possit d. comes condempnare[4] illum servum vel ancillam in banno dimidie vendicionis[5], videlicet in yperpera (sic) tribus[6], que yperpera[7], si patronus vel patrona pro ipso servo vel ancilla[8] solvere noluerit, servus ipse vel ancilla[8] per totam civitatem fustigabitur[9], et postea reddibit[10] ad domum patroni vel patrone, in servitute sicut fuerat ante. | [2] Si vero percussus vel percussa a servo vel ancilla ex ipsa percussione moriatur, d. comes secundum justiciam[11] condempnet[12] ipsum servum vel ancillam ad mortem. Volumus quod, antequam[13] de eo vel ea fiat justicia[14], comune[15] Ragusii solvat patrono vel patrone ipsius yperpera[16] duodecim, qui servus et ancilla ad aliam penam, quam ad mortem condempnari[17] non possit. | [3] Et totum mobile quod habuerit, sive in domo patroni, sive alibi, sit patroni vel patrone ipsius, et d. comes et curia non possit super ipsis rebus pignorare[18] vel molestare patronos.

[1] C. D. de quacunque, E. de quocumque (quacumque) vel qualicunque re, qua potest. [2] E. lamentationem [3] D. E. fore percussum [4] E. condemnare [5] C. D. E. venditionis [6] B. yppra (sic) tribus, C. D. yppr. tribus, E. ippis tribus [7] E. iperpera [8] D. ancila [9] C. D. fustigebitur [10] D. redibit [11] E. justitiam [12] E. condemnet [13] D. ante de eo [14] D. E. justitia [15] E. commune [16] E. iperperos [17] E. condemnari [18] D. pignerare.

XLIII.

De hiis[1] qui verberant servos alienos.

Si quis servum vel ancillam alterius verberaverit vel percusserit, et patronus ipsius servi vel ancille lamentacionem[2] de hoc fecerit, solvat pro banno yperpera tria[3]. Si vero patronus vel patrona ipsius lamentacionem[4] non fecerit, nichil[5] solvat.

[1] E. iis [2] E. lamentationem [3] E. iperpera duo [4] C. D. E. lamentationem [5] E. nihil.

XLIV.

De servis fugitivis.

[1] Si servus vel ancilla alicujus fugerit vel se absconderit, possit patronus vel patrona ipsius querere vel queri facere illum vel illam ad voluntatem suam; et si invenerit, portare et facere[1] portari, capere et facere capi, verberare et facere verberari, et facere de eo vel de ea quicquid[2] sibi placuerit. Et d. comes propter hoc aliquod bannum vel penam ei[3] inponere[4] non potest. | [2] Que omnia facere potest, sive cum licencia[5] d. comitis sive sine licencia[5], sicut sibi placuerit.

[1] B. fecere (sic). [2] E. quidquid, quicquid [3] D. eis [4] D. E. imponere [5] C. D. E. licentia.

XLV.

De servis et ancillis liberticiis[1].

[1] Servus vel ancilla liberticii[2] liberati, videlicet a servitute dominorum, et filii ipsorum angariam facere non teneantur. | [2] Et si ipsi[3] servi liberticii[4] se vel filios suos regere, vel manutenere non possint, et voluerint se vendere vel in[5] pignus dare, vel sine precio[6] se dare in servitutem, patronus vel patrona qui ipsos vel ipsum liberavit, et filii et filie ejus, et primi nepotes ipsius, reducant illum vel illos in servitutem, pro illo precio[6] quod de se poterit[7] se[8] habere, vel sine precio[9], si sine precio[10] se voluerit vel voluerint dare. | [3] Et si jam se vendidit, patronus vel patrona possit eum vel eos redimere, pro illo precio[11] quo se vendidit.

[1] D. E. libertitiis [2] C. D. E. libertitii [3] C. D. Et sibi (sic) servi [4] D. E. libertitii [5] D. im [6] E. pretio [7] D. potterit [8] E. poterit habere [9] D. E. pretio [10] C. D. E. pretio [11] C. E. pretio.

XLVI.

De hiis qui expellunt servos suos de domo.

[1] Si aliquis vel aliqua servum suum vel ancillam de domo expullerit[1], vel fecerit eos ire[2] male vestitos vel male pastos, ad hoc ut servus ipse vel ancilla corigatur[3] vel emendetur de aliquo vicio[4] quod habet in se, patronus ipse vel patrona potest servum illum vel ancillam ad domum reducere ad voluntatem suam. | [2] Sed[5] si aliquis homo franchus[6] vel mulier francha[7] servum suum[8] ipsum vel ancillam expulsum[9], sine licencia[10] patroni vel patrone, receperit et de servo ipso vel ancilla aliquod dampnum[11] contigerit, vel moreretur, vel fugeret, servum ipsum vel ancillam[12] patrono vel patrone tenebitur emendare, et dare pro persona ipsius yperpera[13] duodecim, secundum antiquam consuetudinem; et omnes dies quibus[14] eum tenuit, videlicet pro quolibet mense, yperperum[15] unum. Si autem servum ipsum vel ancillam[16] cum voluntate patroni receperit, tunc propter predictas causas nullum senciat[17] dampnum[11] vel penam.

[1] C. expellerit, E expulerit [2] D eos male [3] C. cõrigatur, E. corrigatur [4] C. D. vitio [5] D. E. Et [6] C. E. francus [7] C. E. franca [8] E. servum ipsum [9] B. C. D. E. expulsum (sic). [10] D. E. licentia [11] E. damnum [12] B. ancilla (sic). [13] E. iperperos [14] D. quos [15] E. iperperum [16] B. ancilla, C. D. E. ancillam [17] D. E. sentiat.

XLVII.

De hiis[1] que servi liberticii[2] facere tenentur dominis suis.

[1] Servus liberticius domino qui eum liberavit, uxori ejus, heredibus ipsius, filiis et filiabus ipsius, primis nepotibus et neptibus infrascripta servicia[3] facere teneantur[4]: videlicet tempore vindemiarum vogare barcham[5] de Gravosio[6] in Ragusio[7] sine precio[8], si propter tempestatem temporis[9] barca[10] steterit ibi. | [2] Et si homines Ragusii iverint cum armis in Vergatum, vel ad alium locum, ad honorem et utilitatem civitatis per terram, liberticius[11] ipse teneatur portare arma post unumquemque predictorum. [3] Et si aliquis de[12] predictis iverit ad aliquod placitum in aliquem locum Dalmacie[13], liberticius[11] ipse teneatur ire cum eo et vogare barcham[14], et facere[15] sibi omnia servicia[16] sine precio[17], dummodo ille det sibi come-

dere et bibere, donec erit in dictis serviciis[18]. | [4] Si aliquis eciam[19] de[20] predictis captus fuerit vel detentus in carcere in aliqua parte, et filius ejus qui captus est vel dominus liberticii[21] voluerit ipsum mittere ad videndum et sciendum locum ubi ille captus est aut detemptus[22], vel quid[23] de eo factum sit, teneatur liberticius[11] ipse ire ad expensas illius domini sui ad locum ubicunque[24] sit captus; possit tamen[25] alium loco sui mittere ad expensas suas, si diceret se ire non posse. | [5] Si vero alterum istorum facere noluerit, possit patronus vel patrona, aut heredes ejus ipsum reducere in servitutem. | [6] Si eciam[19] liberticius[11] laboraverit aut[26] voluerit laborare in vineam aut terram[27] alterius, ad precium[28] in[29] partibus Ragusii, et aliquis de supradictis ipsum ad suum servicium[30] habere voluerit pro illo precio[17] quod ab alio receperit, teneatur ipse liberticius[11] dimittere omne laborerium alterius et ire ad eum, et si jam[31] receperat[32] precium[28], illud restituere sine dampno[33]. | [7] Et si aliquis de[34] predictis faceret[35] nupcias[36], et propter hoc voluerit mittere frumentum ad molendina, teneatur ipse liberticius[11] ire ad molendina cum ipso frumento, et eciam[19] ad inquirenda ligna cum barca[10], et ad piscandum occasione[37] ipsarum nuptiarum[38], et servire in nuptiis si vocatus fuerit. | [8] Que omnia cum fecerit, teneantur[39] predicte persone dare ei comedere et bibere. | [9] Ad que omnia teneatur eciam[19] ancilla liberticia[40], secundum quod servi tenentur. Teneantur eciam[19] facere omnia servicia[41] in nupciis[42], que pertinent ad mulieres. | [10] Si vero predicti servus vel[43] ancilla ad mandatum predictorum servicia[44] ipsa facere noluerint, possint supradicte persone verberare vel eciam[45] percutere illum vel illam, sine aliquo[46] dampno[33] vel pena.

[1] E. iis [2] D. E. libertitii [3] C. D. E. servitia [4] D. teneatur, E. teneatur, teneantur [5] E. barcam [6] E. Gravosio, Gravoso [7] B. C. D. Ragusio (sic), E. in Racusium [8] D. E. pretio [9] D. tempestatem barcha [10] C. D. barcha [11] D. E. libertitius [12] E. ex [13] C. D. E. Dalmatie [14] D. E. barcam [15] B. C. faceret (sic), sed in C. *t* erasum. [16] D. E. servitia [17] C. E. pretio [18] D. E. servitiis [19] C. D. E. etiam [20] C. etiam predictis, D. etiam ex, E. de, ex [21] D. E. libertitii [22] C. D. E. detentus [23] B. q(ui)c (sic), D. quod [24] E. ubicumque [25] D. autem [26] E. vel [27] C. D. E. aut in terram [28] D. E. pretium [29] D. im [30] D. E. servitium [31] D. et si receperat [32] E. receperit [33] E. damno [34] E. ex [35] B. facere (sic). [36] C. D. E. nuptias [37] D. occassione [38] B. D. E. nuptiarum, C. nupciarum [39] B. teneatur (sic). [40] D. E. libertitia [41] C. D. E. servitia [42] D. E. nuptiis [43] E. et [44] D. E. servitia [45] C. D. vel percutere, E. vel et percutere [46] E. alicujus.

XLVIII.

De servis sine voluntate dominorum suorum uxorem francham[1] accipientibus.

[1] Si sine voluntate domini vel domine sue[2] aliquis servus mulierem francham[1] acceperit in uxorem, omnes heredes quos ille servus cum sua uxore habuerit, sint domini vel domine servi ipsius; possit eciam[3] dominus vel domina servi ipsius tollere, quicquid invenerit in domo ipsius[4] uxoris, de[5] hiis[6] que pertinent ad servum predictum, et possit hoc facere sine nuncio[7] curie. | [2] Si autem servus ipse de voluntate domini vel domine receperit ipsam uxorem, ita videlicet, quod ad preces mulieris patronus vel patrona dederint[8] graciam[9] mulieri recipiendi servum in virum, omnes

heredes, quos simul[10] habuerint, erunt comunes[11] inter patronum vel[12] patronam illius servi et uxoris[13] ejusdem. | [3] Si vero patronus ipse vel patrona[14] matrimonium[15] ipsum cum[16] tali pacto consenserit[17], ut omnes heredes quos simul fecerint sint liberi, omnes heredes eorum quos simul habuerint, liberi erunt.

[1] D. E. francam [2] E. omisit „sue" [3] E. etiam [4] C. D. E. domo uxoris [5] D. uxoris, que [6] E. hiis, ijs [7] C. D. E. nuntio [8] C. dederit [9] D. E. gratiam [10] D. insimul [11] E. communes [12] E. vel, et [13] E. uxorem [14] D. patrona patrimonium [15] C. D. patrimonium [16] D. patrimonium cum [17] E. consenserit, consenserint.

XLIX.

De francho[1] qui accipit ancillam alterius sine voluntate patroni.

[1] Si homo franchus[2] ancillam alterius sine voluntate patroni vel patrone[3] ipsius ancille acceperit in uxorem, omnes heredes quos habuerit cum ea, erunt patroni vel patrone ipsius ancille. | [2] Sed si cum voluntate patroni vel patrone ipsius eam acceperit in uxorem, et quesierit ei graciam[4] ut heredes quos[5] Deus[6] dederit ei, sint liberi, sit in potestate[7] ipsius patroni vel patrone liberare tot heredes dicte ancille, quot voluerit, et tot retinere ad voluntatem suam.

[1] E. franco [2] C. D. E. francus [3] E. omisit verba: „vel patrone". [4] D. E. gratiam [5] E. quos, quod [6] E. Dominus [7] C. D. omiserunt verba: „sit in potestate"

L.

De servo accipiente ancillam alterius sine voluntate patroni.

[1] Si servus cum voluntate domini sui vel domine ancillam alterius, sine voluntate patroni vel patrone ipsius ancille acceperit in uxorem, omnes heredes quos simul habuerint, erunt patroni vel patrone ipsius ancille. [2] Sed si servus ipse, vel aliquis pro eo, quesierit[1] ipsam a patrono vel patrona ipsius ancille, ut omnes heredes quos simul habuerint, dimittat[2] liberos, vel partem eorum[3], in[4] potestate sit patroni vel patrone ipsius ancille dimittere tot heredes liberos, quot voluerit, et tot retinere. | [3] Idem sit de ancilla ad servum.

[1] E. quesiverit, quesierit [2] E. dimmittat, dimittat [3] D. ipsorum [4] D. im.

LI.

De ancilla babiça[1].

[1] Servus si ancillam babiçam[2] uxoris patroni sui, seu[3] nurus patroni, aut alterius acceperit in uxorem, omnes heredes, quos servus ipse cum illa[4] ancilla[5] habuerit, erunt patroni ipsius ancille. | [2] Patrona autem ipsius ancille babiçe[6] in vita sua ipsam, vel heredes ejus sine voluntate viri sui vendere non potest, in morte autem sua potest ancillam illam babiçam[2] liberare. | [3] Heredes autem ipsius ancille remanebunt viro ipsius[7] domine, donec possederit[8] lectum uxoris sue; eo autem accipiente aliam uxorem, heredes dicte ancille babiçe[6] erunt filiorum vel filiarum domine

nominate. | [4] Que si cum viro suo heredes non habuerint[9], potest in[10] morte sua heredes ipsius ancille babiçe[6] liberare.

[1] E. babiza [2] E. babizam [3] B. se (sic), C. D. E. seu [4] E. cum ancilla [5] D. quos servus ipse habuerit [6] E. babize [7] D. ipsi [8] B. posederit, C. possederint, D. E. possederit [9] B. C. habuerint, E. habuerit [10] D. im.

LII.

De matrimoniis servorum, sine voluntate dominorum.

Servus vel ancilla sine voluntate et consensu patroni et[1] patrone matrimonium contrahere non potest, et si contraxerit, illud matrimonium non est firmum.

[1] D. vel.

LIII.

De heredibus qui nascentur[1] ex ancilla.

Qui jacuerit cum ancilla alterius, si ipsam ingravidaverit, omnes heredes qui ex ea nascentur, erunt patroni vel patrone ipsius ancille[2].

[1] D. nascuntur [2] D. ancelle.

LIV.

De hiis[1] qui adducunt bannitos.

Qui adduxerit bannitos pro homicidio in Ragusio vel in districtu, solvat pro banno yperpera xxv[2].

[1] E. iis [2] B. yppa xxve, C. D. yppr. viginti quinque, E. ipp. viginti quinque

LV.

De caligariis[1].

Nullus caligarius possit facere seu coquere ad ignem cum caldariis conciam pellium sive corriorum infra muros civitatis; circa castrum autem nulla concia[2] pellium possit fieri. Et qui contra hoc fecerit, solvat pro banno yperpera[3] viginti quinque[4].

[1] D. calligariis [2] B. „concia“ correctum ex „concio“, C. D. nulla concina (sic), E. concia [3] B. yppra, C. D. yppr., D. yppos, E. ipp. [4] B. uiginti quinque, C. viginti quatuor, D. viginti quattuor, E. viginti quattuor, quatuor.

LVI.

De domibus factis in loco leprosorum.

Statuimus quod domos[1], quas conciatores pellium fecerunt[2] vel facient[3] sibi extra civitatem, in loco ubi consuerunt[4] morari leprosi, sint eis firme, nec super ipsis possint[5] a comuni[6] vel ab aliqua alia persona molestari. Et leprosi non possint morari ibi, sed longius a civitate vadant ad habitandum.

[1] C. E. domus [2] B. C. fecert, D. fecerunt, E. fecerint [3] E. faciunt [4] C. consuenerunt, E. consueverant [5] E. possit, posset [6] E. communi.

LVII.

De peleariis.

Domos[1] de palea infra muros civitatis nullus facere possit.

[1] C. D. E. domus.

LVIII.

De hiis[1] qui vadunt Dalmisium.

[1] Raguseus qui sine licencia[2] d. comitis iverit Dalmisium, solvat pro banno yperpera[3] viginti quinque, que si solvere non poterit, perdat unum occulum[4]. | [2] Si autem aliquis derobatus fuerit extra Ragusium a Dalmisianis[5], et amiserit in ipsa robaria a decem yperpera[6] supra, possit ire Dalmisium[7] pro recuperandis rebus ipsis antequam reddeat[8] Ragusium; verumtamen non possit ibi morari nisi per duos menses, | [3] nec iterum redire sine licencia[2] d. comitis sub banno predicto. | [4] Qui autem cum eis iverit in cursum, solvat dictam[9] penam, et nunquam sit Raguseus.

[1] E. ijs [2] C. D. E. licentia [3] E ipp. [4] C. E. oculum [5] C. Dalmasinis (sic). [6] B. C. yppra, E. ipp., ippis [7] C. in Dalmisium [8] C. reddat, D. redat, E. redeat [9] D. solvat penam.

LIX.

De facientibus mercatum[1] cum[2] Dalmisianis[3].

Nullus Raguseus possit, ubicunque[4] sit, mercimonia[5] aliqua emere a Dalmisanis[6], vel mercatum aliquod cum eis facere[7], quod qui fecerit, perdat illa mercimonia[5] et suam veritatem, et solvat pro banno yperpera[8] quinquaginta; et ille qui eum accusaverit, habeat medietatem banni, et non possit reddere vel donare illam medietatem, sub pena dupli.

[1] D. merchatum [2] B. „cum" additum manu recentiori [3] E. „cum Dalmisianis" deest [4] E. ubicumque [5] D. mercemonia [6] C. Dalmasinis, D. Dalmisinis, E. Dalmisianis [7] C. D. facere cum eis [8] B. yppa, C. D. yppr., E. ippos.

LX.

De accusantibus quod contraxerint cum Dalmisanis[1], si non probatur.

Qui[2] fuerit appellatus sive calumpniatus[3] fecisse mercatum[4] cum Dalmisianis, et ei probari non poterit[5], si sibi sacramenta adjudicentur, volumus quod d. comes cum sua curia det illa sacramenta illis hominibus de consanguineis accusati, quos ipsi eligerint[6], et calumpniato[7] nulla detur fides; et si calumpniatus[8] ipse ceciderit, accusator habeat medietatem banni, cum condicione[9] predicta.

[1] E Dalmisianis [2] B. . ui (Q miniatum deest in lacuna). [4] D. merchatum [5] D. potterit [6] D. elligerint, E. elegerint [7] D. callumpniato, E. calumniato [8] D. callumpniatus, E. calumniatus [9] C. D. conditione, E. condictione, conditione.

LXI.

De accusantibus[1] qui faciunt mercatum cum Dalmisianis.

Quilibet Raguseus per sacramentum teneatur accusare omnes[2] illos quos sciverit fecisse mercatum[3] cum Dalmisianis.

[1] D. achuxantibus [2] D. homines [3] D. merchatum.

LXII.

De furtis que fiunt in insulis.

Dampna[1] et furta que pro tempore fient in insulis Jupane[2], Dalamote[3] et Calafote[4], tam in[5] barcis[6] quam in vineis, quam in omnibus aliis locis ipsarum insularum, quorum malefactores scire[7] non poterunt, volumus quod ab habitantibus ipsarum insularum, secundum consuetudinem civitatis Ragusii, debeant resarciri; et comites ipsarum insularum, si de civitate non fuerint, dampna[1] ipsa pro duabus partibus solvere teneantur[8].

[1] E. damna [2] D. E. Juppane [3] Dalamote (sic codices omnes). [4] B. C. D. Calafote, E. Calamote [5] D. im [6] E. in tabernis [7] E. sciri [8] B. C. teneatur, D. E. teneantur.

LXIII.

De advocatoribus pro Sclavis.

Statuimus quod nullus Raguseus pro aliquo Sclavo[1] vel[2] Sclava, tam in Ragusio ante d. comitem et[3] coram magna et parva curia, quam eciam[4] in stanico, audeat advocare; et si quis contrafecerit, solvat pro banno[5] comuni[6] Ragusii yperperum[7] unum, et dictum ejus pro nichilo[8] habeatur in placito illo.

[1] D. schlavo [2] E. seu, vel [3] E. in Racusio coram magna [4] C. D. E. etiam [5] B. bano [6] E. communi [7] E. iperperum [8] E. nihilo.

LXIV.

De hiis[1] qui non reddunt reditum[2] savorne.

Si aliquod lignum exierit extra portum Ragusii, et homines illi qui per tempora fuerint ad exigendum redditum savorne eis dacium[3] illud pecierint[4], et solvere recusaverint[5], ante quam exirent de portu, solvant pro banno comuni[6] Ragusii quartum plus de eo quod solvere debebant.

[1] E. ijs [2] D. E. redditum [3] D. E. datium [4] D. E. petierint [5] D. recussaverint [6] E. communi.

LXV.

Anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo[1], inditione[2] x[3], die xxiiii[4] mensis octubris[5].

[1] Quia cupimus et continue vigilamus ad augmentum et servationem comunem[6], statuimus et ordinamus: quod qui aduxerit[7] vinum de Stagno

vel de Punta[8] Ragusium vel in districtum, perdat partem suam tam Stagni quam Punte[9]. Et qui accusaverit contrafacientem habeat medietatem partis illius qui contrafecerit, et alia medietas sit comunis[10], si per ejus accusationem veritas poterit reperiri, et nunquam possit illa sibi restitui. Et qui non haberet partem in Punta[8] vel in Stagno, et aduceret[11] vinum de Stagno vel de Punta[12], solvat yperperos[13] quingentos pro banno, de qua pena medietas sit accusatoris et alia medietas[14] comunis[10]. Et si non haberet unde solveret[15], stet uno anno in carceribus. | [2] Et omnes barche[16] venientes de Stagno vel de Punta[8] possint aducere[17] pro qualibet barcha[18] quingum[19] unum vini, pro tota comunitate[20] cujusque barche, sine banno. | [3] Et de omnibus[21] aliis vinis forensibus similis pena esse debeat[22]. | [4] Et si essent archiepiscopi, episcopi, clerici, abbates aut monaci contrafacientes huic ordini, quod nullus laycus[23] laboret possessiones eorum, vel vendat vinum, nec aliud servicium[24] faciat. Et qui laboraret vel faceret eis aliquod servicium[24], cadat ad penam supradictam[25]. | [5] Intelligendo quod barcha[18] que aduceret[11] vinum contra hunc ordinem, debeat comburi, et marinarii ipsius cadant[26] ad penam ordinatam et consuetam. | [6] Et de omnibus istis dampnis[27] et penis nulla gratia fieri possit; et qui arengaret[28] vel nominaret quod gratia deberet fieri, cadat de yperperis centum comuni[29]. | [7] Mercatores[30] vero venientes de aliquo viagio[31], possint[32] aducere[17] vinum, secundum capitulare justiciariorum[33]. | [8] Et quilibet habens partem in Stagno vel in[34] Punta[8], aducere[17] possit Ragusium[35] canestros duos uvarum pro qualibet parte.

[1] D. millesimo trecentessimo quinquagentessimo (sic) octavo, E. 1358 [2] E. indictione [3] D. x[a], E. 10 [4] E. 24 [5] D. E. octobris [6] E. communem [7] E. adduxerit

*

[8] E. Puncta [9] D. E. Puncte [10] E. communis [11] E. adduceret [12] D. E. Puncta [13] E. iperperos [14] D. medietas sit [15] E. solvere [16] D. barce [17] E. adducere [18] D. E. barca [19] E. quinquum [20] E. communitate [21] E. Et omnibus [22] E. debet [23] E. laicus [24] D. E. servitium [25] D. E. suprascriptam [26] D. cadat (B. C. E omiserunt). Etiam in reformatione ipsa (Monumenta Ragusina II, p. 247) legitur: „marinarius ipsius cadat ad penam" etc. [27] E. damnis. Monum. Rag. l. c.: „de omnibus istis banpnis nulla gratia" etc. [28] E. arengaret, arrengaret [29] E. iperperis centum communi [30] D. merchatores [31] E. viaggio [32] D. possit [33] E. justitiariorum [34] E. vel Puncta [35] D. Ragusii.

LXVI.

De pena illorum qui habent partem de navigio cum forensi, et non habent tot marinarios quot partes habent[1] in ipso. Rubrica LXVI[2].

MCCCLVIII[3], die XXIV[4] mensis octubris.

Ut marinereça[5] Ragusii que erat amissa[6] possit reffici[7] et recuperari, statuimus et ordinamus: quod quilibet Raguseus qui haberet partem cum foresterio de aliquo navigio de[8] tempore preterito, aut qui fecisset societatem usque ad presens de navigio cum aliquo forensi, teneatur et debeat ponere super dicto navigio tot marinarios de habitantibus Ragusii et tocius[9] districtus ejus, quot[10] partes habebit in ipso[11], sub pena yperperorum[12] quingentorum pro quolibet contrafacienti[13]. Et qui accusabit aliquem contrafacientem, habeat medietatem banni, si per ejus accusam[14] veritas poterit reperiri, et tenebitur de credentia.

[1] B. D. E. habet (sic). [2] In E. deest: „rubrica LXVI". [3] D. M⁰CCC⁰LVIII⁰, E. 1358 [4] E. 24. [5] D. marinareça, E. marineriza [6] E. amissa, ammissa [7] E. refici [8] D. navigio tempore [9] D. E. totius [10] D. quod [11] D. dicto [12] E. iperperorum [13] E. contrafacienti [14] D. accuxam.

LXVII.

De pena illorum qui habent partem de navigio cum forensi.

Item statuimus et ordinamus: quod ab hodie in antea nullus Raguseus nec qui pro Raguseo appellatur, possit habere partem nec dare partem de navigio alicui forensi, in[1] pena yperperorum[2] quingentorum pro quolibet contrafaciente et pro qualibet vice. Et qui accusabit aliquem contrafacientem, habeat medietatem pene, si

per ejus accusam veritas poterit reperiri, et tenebitur de credentia[3].

[1] D. im [2] E. iperperorum [3] C. in margine: III octobris 1459 (proclam)atus per Luxam riverium. Cf. Monumenta Ragusina III, p. 248.

LXVIII.

De modo et ordine servando in[1] peticionibus[2] et gratiis condempnatorum[3]. Rubrica LXVIII.

[1] Nos Johannes[4] de Grade[5], rector Ragusii, cum voluntate et expresso consensu minoris et majoris consilii, et cum laudo populi im[6] publica contione[7] ad sonum campane more solito congregato[8], considerantes quod gratie, aleviationes[9] seu comutationes[10] penarum et bannorum[11] delinquentium, aliquando solent dare causam quod plurima facinora comittantur[12], sub spe remissionis seu gratie obtinende, quod Deo displicet, virtutibus bonisque moribus contradicit, atque existit justicie[13] disonum[14]. | [2] Pro bono statu justifico ac conservatione pacifica et augmento[15] civitatis nostre Ragusii, statuimus et ordinamus: quod si aliquis condempnatus[16] vel sententiatus fuit vel fuerit in posterum de aliquibus malleficiis[17], fallis[18], inobedientiis vel[19] contrabannis per d. rectorem et judices, seu per majus consilium aut per minus consilium vel rogatorum, ex arbitrio eidem consilio minori vel rogatorum pertinente, aut ex arbitrio concesso et atributo[20] seu concedendo a dicto majori et generali consilio, petiverit[21] gratiam aliquam, remissionem vel comutationem[22] pene vel penarum seu bannorum, non possit nec debeat fieri nisi per modum et ordinem infrascriptum; videlicet: si facta fuerit aliqua peticio[23] minori consilio de portando et proponendo majori consilio, quod alicui sententiato vel condempnato[24], ut supra dictum est, fiat aliqua gratia, remissio vel commu-

tatio[25], talis peticio[23] non habeat locum, nisi fuerit approbata[26] et confirmata et capta[27] per tres partes omnium duodecim consiliariorum minoris consilii. Et dicta peticio[23] obtenta et capta in minori consilio, prout dictum est, proponatur et presentetur in consilio majori; in quo consilio majori ad minus sint et esse debeant consiliarii sexaginta; et debeat[28] dicta gratia, remissio seu comutatio[29] approbari per tres partes omnium consiliariorum qui presentes fierent vel[30] fuerint in dicto consilio, ecciam (sic)[31] si excederet[32] dictum numerum sexaginta consiliariorum, expulsis vero primo omnibus consanguineis illius vel illorum condempnatorum[33] pettentium[34] predictas gratias de dictis consiliis, tam de minori quam de majori, secundum formam statuti. Tunc illa gratia, remissio vel commutatio[35] que videbitur, approbari seu capi debeat per tres partes illorum qui remanserint in dictis consiliis. | [3] Et ut predictum statutum vel ordinationes[36] melius et efficatius[37] observentur, etiam ordinamus: quod quicunque[38] rector Ragusii fecerit contra predictos ordines, incidat in[1] penam ducatorum ducentorum, et quilibet consiliarius tam parvi quam magni consilii contrafaciens vel arrengans[39] contra predicta, solvat pro pena ducatos centum, et pena soluta, nichilominus[40] predicti ordines et statutum[41] debeat[42] observari. | [4] Et nullus audeat vel presumat rumpere, revocare vel retractare dictum statutum vel predictas ordinationes[36], sub dicta[43] pena; nisi interveniente consensu et voluntate[44] minoris et majoris consilii, secundum numerum consiliariorum et modum suprascriptum[45]. | [5] Et advocati comunis[46] teneantur per sacramentum eorum denunciare, accusare et placitare contrafacientes, cum ad eorum pervenerit noticiam[47],

et habere debeant medietatem penarum predictarum. Quod si advocati comunis[46] non accusaverint, quelibet alia persona possit accusare et denunciare contrafacientes, et habere debeat[48] medietatem penarum dictarum accusatorum[49]. Si vero advocati comunis[46], simul et eodem tempore, cum aliis accusatoribus accusaverint aliquem vel aliquos contrafacientes, tunc ipsi advocati, quia sunt officiales comunis[46], habeantur pro accusatoribus, et habeant predictam medietatem; alii vero accusatores in tali casu nichil[50] habere debeant.

[1] D. im [2] D. E. petitionibus [3] E. condemnatorum [4] E. Joannes [5] E. Gradi [6] C. D. im, E. in [7] E. concione [8] E. congregati [9] D. aleviaciones, E. alleviationes [10] E. commutationes [11] D. banorum [12] E. committantur [13] E. justitie [14] E. dissonum [15] E. augumento [16] D. E. condemnatus [17] D. E. maleficiis [18] D. falsis [19] E. vel, et [20] E. attributo [21] E. petiverit, petierit [22] D. comutacionem, E. commutationem [23] D. E. petitio [24] E. condemnato [25] D. comutacio [26] D. aprobata [27] D. confirmata per [28] E. debeat, debet [29] D. E. commutatio [30] E. qui presentes fuerint [31] D. E. etiam [32] E. excederent [33] E. condemnatorum [34] E. petentium [35] D. comutacio [36] D. ordinaciones [37] E. efficacius [38] E. quicumque [39] D. arengans [40] E. nihilominus [41] E. statutum, statuta [42] E. debeat, debeant [43] D. predicta [44] E. consensu minoris [45] D. supradictum [46] E. communis [47] E. notitiam [48] E. debet [49] E. accusator [50] E. nihil.

Explicit liber sextus, incipiunt capitula libri septimi (B. D.).

(Explicit liber sextus, capitula libri incipiunt septimi C.)

(Finis libri sexti statutorum E.)

Liber septimus. Capitulum primum (B). I.

Qualiter patroni tenentur aptare naves suas.

Statuentes statuimus: quod omnes patroni debeant[1] suas naves[2] exibere[3] bene[4] aptatas et calcatas de foris, et parietes, et coopertam, et barcam, et quod quelibet[5] navis vel lignum palmicetur secundum quod patroni fuerint concordes cum nauliçatis[6], ad expensas patronorum[7]. Et cum navis vadit ad partes, brusca[8] esse debeat de comuni[9] marinariorum et navis[10], et expense omnes de acutis[11], stuppa et pice fieri debeat[12] a patronis.

[1] D. E. habeant [2] E. naves suas [3] E. exhibere [4] E. tamen [5] E. qualibet [6] E. naulizatis [7] E. patronum, patronorum [8] E trusca, brusca [9] E. communi [10] E. et nautis [11] D. acutis, E. avutis [12] E. debeant.

II.

De navibus que debent[1] habere scribanum.

[1] Statuimus quod omne lignum a modiis sexcentum supra habere debeat unum scribanum. | [2] Qui scribere teneatur omnes marinarios, tam

euntes ad partem, quam ad marinariçiam[2], et pueros vel conductos, et merces omnes per singulum, et entegas. | [3] Qui scribanus per patronum navis vel ligni assignari debeat comiti et consilio minori ad jurandum.| [4] Si vero ipsum lignum scribanum non habuerit, solvere debeat nauclerius cum societate yperpera[3] sex, et navis nichil[4] solvat, medietatem cujus banni habeat accusator[5], et aliam comune[6]. | [5] Si autem fuerit[7] lignum a modiis mille supra, et scribanum non habuerit, solvere debeant predicti yperpera[8] viginti; et si iret ad marinariciam[9], ipsum bannum solvere debeat patronus vel patroni ligni.

[1] C. D. debet [2] C. marinariciam, E. marinaritiam [3] B. yppa, C. D. yppr., E. ippos [4] E. nihil [5] D. accuxator [6] E. commune [7] B. fuierit (sic). [8] B. C. ypp., D. yppri, E. ipp. [9] E. marinaritiam.

III.

De coredis et afisis[1] navium.

[1] Ordinamus quod navis de miliariis[2] quadraginta usque ad sexaginta, habere debeat: canapos novos in corhinam[3] tres, endegarios novos tres, ancoras[4] quinque, canapos veteres tres, tejas duas et presam unam de passibus LXX[5]. | [2] Et navis de milliariis[6] sexaginta usque[7] ad centum, habere debeat: canapos novos quatuor[8], endegarios[9] novos quatuor[8], canapos veteres quatuor[8], ancoras sex, tejas duas et presas duas, antimonam[10] majorem de bambasio, et velonum de canevacia[11]. | [3] Et navis de miliariis[12] centum usque ad centum[13] quinquaginta, habere debeat: canapos novos quinque, endegarios novos quinque[14], ancoras septem, canapos veteres quinque, tejas duas, presas duas[15] de passibus octuaginta[16]. | [4] Et navis de miliariis[12] ducentis habeat: canapos novos sex, endegarios novos sex, ancoras octo, canapos veteres sex, tejas duas, et[17] presas duas de[18] passibus octuaginta[19]. | [5] Et totum navigium a miliariis[12] centum supra, habeat: artimonium majorem, terçarolum[20] de bambasino[21], et velonem[22] unum de bambasino, et unum[23] canevacii[24], et omnia ista vella[25] sint conveniencia[26]. | [6] Item navis de miliariis[27] ducentis usque ad trecentos[28] habeat: canapos novos octo, endegarios novos octo[29] et canapos convenientes duodecim, quilibet de passibus sexaginta, presas tres, duas novas et unam veterem, qualibet[30] de passibus LXXX[31], ancoras decem, artimonum[32] majorem, velones[33] duos, terçarolum[34] unum, omnes de banbasino[35], et voltarolum de canavaça[36]. | [7] Et navis de miliariis[37] trecentis[38] usque ad quadringentos, habeat: canapos novos decem de passibus LXX[39], endegarios novos decem, et alios canapos convenientes quatuordecim[40], presas tres, novas duas et veterem unam, ancoras duodecim, artimonum[41] majorem, velones[33] duos, terçarolum[42] unum, et omnes de banbacio[43], voltarolum unum de canevaça[44]. | [8] Et si navis esset ultra de miliariis[45] quadringentis, crescere debeat[46] per racionem[47], sicut crescit[48] navis de miliariis[45] trecentis[33] usque ad[49] quadringentos. | [9] Et hoc intelligatur, quando navis exit[50] de Ragusio. | [10] Et si adveniret quod navis aliqua velet[51] exire de Ragusio non habendo suum coredum, ut dictum est, integre preparatum, ob defectum[52] non[53] invenirent in Ragusio ad comparandum[54] vel ad inprestitum[55], patronus vel patroni venire debent ad comitem et consilium minorem[56], et illud quod comiti et majori parti eorum[57] videbitur, pro sua varnicione[58] facere teneantur.

[1] C. afixis, D. affixis, E. afilis (sic). [2] E. milliariis [3] E. conchinas [4] E. ancoras, anchoras [5] C. D. E. septuaginta [6] D. miliariis [7] E. sexaginta ad centum [8] D. quattuor [9] D. entegas [10] E. antimonum [11] C. D. canavatia [12] C. E. milliariis, D. miliaribus [13] E. centum et quinquaginta [14] E. novos, ancoras [15] C. omisit verba: „presas duas", D. omisit: „tejas duas, presas duas" [16] E. octuaginta, octoginta [17] E. duas, presas [18] D ex [19] C. D. octaginta [20] D. E. terzarolum [21] C. banbasino, D. bambaxino, E. bambasio [22] D. vellonem [23] D. et vellonem canevatii [24] C. D. canevatii, E. conovacii, canovacii [25] E. vela [26] C. D. E. convenientia [27] C. milliariis, E. mi(l)liariis [28] C. D. trecentum, E. trecentos, tercentos [29] C. D. omittunt: „octo" [30] E. quilibet, qualibet [31] C. D. octoginta, E. octuaginta, octoginta [32] B. artimonum, C. E. artimonium [33] D. vellones [34] D. terçiarolum, E. terzarolum [35] B. C. banbasino, D. bambaxino, E. bambasio, bambasino [36] D. canavatia, E. canevaza [37] D. miliaribus, E milliariis [38] D. tercentis, E. tercentis, trecentis [39] C. D. E. septuaginta [40] D. quattuordecim [41] C. artimonem, E. artimonium [42] E. terzarolum [43] C. D. E. bambasino [44] C. D. canavaço, E. canevaza [45] E. milliariis [46] E. debeat, debet [47] C. D. E. rationem [48] B. cresit (sic). [49] D. ad miliarios [50] E. erit [51] C. D. vellet, E. velit [52] C. D. defectu [53] E. quod non [54] E. comperandum [55] C. D. E. imprestitum [56] B. C. D. minorem (sic), E. minus [57] C. D. E. omittunt verbum: „eorum" [58] E. varnitione.

IV.

De hiis[1] qui vadunt patroni navium.

[1] Volumus quod quilibet qui ibit patronus super aliqua nave[2] vel ligno, jurare debeat observare[3] statuta. | [2] Et si plures essent patroni in una navi vel ligno, unus eorum jurare debeat[4] tantum. | [3] Qui autem cum ipsa navi vel ligno exiret de Ragusio, et non haberet integre coredum suum, et sibi aliquid deficeret[5], pro quolibet coredo, tam canaporum quam ancorarum[6], solvere debeat comuni[7] nostro yperpera[8] tria, et pro quolibet velo[9] yperpera[8] quinque.

[1] E. ijs [2] D. E. navi [3] D. servare [4] C. D. debet [5] E. de(f)ficeret [6] D. anchorarum [7] E. communi [8] E. iperpera [9] D. vello.

V.

De navibus euntibus in viagium[1] sine mercatoribus.

Decernimus quod si aliquis patronus navis vel ligni ire velet in viagium[1] sine mercatoribus[2], et navis ipsa vel lignum non esset coredata secundum statutum, ipse patronus venire debet ad comitem et consilium minorem[3] hostendendo[4] eius[5] defectum, et tunc facere teneatur sicut eidem fuerit ordinatum.

[1] E. viaggium [2] D. merchatoribus [3] C. E. consilium minus, D. minus consilium [4] C. D. E. ostendendo [5] E. ei.

VI.

De dampnis[1] que eveniunt mercibus in navi.

[1] Ordinamus quod si dampnum[2] aliquod evenerit in[3] mercibus alicujus navis vel ligni, propter malam calcaturam[4], | [2] et patronus cum marinariis ejusdem, qui vadunt ad partes, non possunt probare quod ipsum dampnum[2] evenerit per fortunam temporis, ipsum dampnum[2] in eis[5] mercibus habitum restitui debeat per patronum et marinarios. | [3] Et si minus

de mercibus inveniretur, ad extrahendum de nave[6] vel ligno, de eo quod scriptum fuerit per scribanum, ipsum dampnum[7] eciam[8] restitui debeat per patronum et marinarios. | [4] Et si navis iret ad marinariciam[9] et dampnum[2] haberet superius denotatum, restitucionem[10] faciat patronus vel nauclerius vel superpositus[11], de habere[12] proprio pertinenti ad navem vel lignum.

[1] E. damnis [2] E. damnum [3] D. im [4] C. calaturam, D. callaturam, E. cavalcaturam (sic). [5] B. in eis, C. in eius (in parte hujus paginae rescripta), D. E. ejus [6] C. navi (item in loco rescripto), E. navi [7] D. etiam dampnum [8] C. D. E. etiam [9] D. E. marinaritiam [10] C. E. restitutionem [11] E. suprapositus [12] D. havere.

VII.

De dampnis[1] que eveniunt navibus in arboris[2] et antendis[3].

[1] Si aliquod dampnum[1] alicui navi vel ligno advenerit, quod Deus advertat[4], de arboribus, antendis[5], velis[6], ancoris, temonibus, barca, vel de quolibet alio coredo, restitucio[7] dampni[8] fiat de comuni[9] habere navis, et eciam[10] de ipsa nave[11], appreciando dictam navim vel lignum, et prohiciendo[12] ipsam tercium[13] minus. | [2] Sed si ipsa res de supradictis, de qua dampnum[14] habitum fuerit, reparari poterit decenter, tanta fiat restitucio[15] dampni[8], quanta videbitur res ipsa minus valere. | [3] Si vero adveniret quod navis per fortunam temporis allebaretur, vel dampnum[14] aliquod haberet per cursarios, totum dampnum[14] debeat restitui per vaream[16] de habere[17] invento in ipsa nave[11], et eciam[10] de ipsa nave[11], appreciando eam[18] tercius[19] minus.

[1] E. damnis [2] E. arboribus [3] E. antennis [4] D. E. avertat [5] C. antemnis, D. E. antennis [6] D. vellis, E. omisit verba: „velis, ancoris" [7] C. E. restitutio [8] E. damni [9] E. communi [10] C. D. E. etiam [11] E. navi [12] E. projiciendo [13] C. E. tertium [14] E. damnum [15] C. D. E. restitutio [16] C. D. avaream, E. variam [17] C. „hr̄e", sed in margine: „auere", D. avere [18] E. etiam, eam [19] D. E. tertium.

VIII.

De concordia[1] que fit inter patronum navis et mercatores[2].

[1] Ordinamus quod omnes naves que nauliçantur[3] tam in Ragusio quam extra cum mercatoribus[4] Ragusii, patronus vel suprapositus debet esse in concordia cum eisdem, tam de marinariis vel[5] temonibus, arboris[6], antendis[7], quam de aliis coredis, que concordia[8] scripta esse debeat[9] per scribanum navis. | [2] Que hostendi[10] debeat comiti et consiliariis infra dies octo, cum venerit ad exeundum de Ragusio, et si aliquid deficeret[11], secundum concordiam quam inter se habuerint, comes cum majori parte consilii minoris, constringere debet[12] patronum adinplere[13] secundum concordiam habitam inter se. | [3] Et si patronus non adimpleverit concordiam ipsam, et navis exibit de Ragusio, quod patronus solvere debeat yperperum[14] unum pro miliare[15] de eo quod portat navis ipsa, de quo banno medietas sit comunis[16], et altera medietas[17] mercatorum[18]. | [4] Si vero mercatores[2] ipsi, postquam venerint[19] Ragusium, non lamentarentur infra dies octo[20], nichil[21] inde in antea habeant racionis[22], et de ipsis pactis nullum dampnum[23] substineat[24] antedictus patronus. | [5] Et si extra Ragusium aliqua navis Ragusina acordaretur[25] cum mercatoribus[4] Ragusinis[26] de marinariis

et coredis, ut diximus supra, et non attenderetur per patronum, si mercatores conqueri voluerint coram comite, scribanus teneatur hostendere[27] concordiam comiti[28] et consilio, infra dies octo postquam Ragusium intraverint; et si ipsi lamentacionem[29] non fecerint infra dictos[30] dies octo, nichil[21] inde in antea habeant racionis[22].

[1] D. credentia [2] D. merchatores [3] E. naulizautur [4] D. merchatoribus [5] D. marinariis, temonibus [6] B. C. D. arboris (sic), E. arboribus [7] E. antennis [8] B. quam concordiam (sic). [9] E. debet [10] D. E. ostendi [11] E. defficeret [12] C. D. debeat [13] C. D. E. adimplere [14] E. iperperum [15] D. E. milliare [16] E. communis [17] E. medietas sit mercatorum [18] D. merchatorum [19] D. venirent [20] E. dies octo, octo dies [21] E. nihil [22] C. D. E. rationis [23] E. damnum [24] C. D. E. sustineat [25] D. E. accordaretur [26] B. Rag., C. Ragux., D. Ragusinis, E. Racusinis [27] C. D. E. ostendere [28] B. cōmiti [29] C. E. lamentationem [30] D. infra dies octo.

IX.

De mercibus non portantibus[1] supra cohopertam[2].

[1] Nulla[3] navis de una cohoperta[4], nauliçata[5] in Ragusio, audeat ferre aliquas merces super[6] cohopertam[2]; et qui contrafecerit[7] solvat comuni[8] pro banno duplum ejus quod recepit pro naulo de ipsis mercibus de super[6] cohoperta[4]. | [2] Et scribanus teneatur manifestare comiti et consilio ipsas merces, et si manifestare contempserit ipsas merces, ipse de suo proprio solvere debeat comuni[8] nostro yperperos[9] quinque[10]; | [3] preter merces que vadunt in casellis[11], que non debent aliquam penam sustinere.

[1] B. C. D. portantibus (sic), E. portandis [2] C. E. coopertam [3] D. Si ulla [4] C. E. cooperta [5] E. naulizata [6] D. E. supra [7] C. contravenerit (in loco rescripto) [8] E. communi [9] B. C. ypp., D. yppr., E. ipp. [10] C. v [11] C. cassellis.

X.

De pueris mercatorum[1].

Nullus[2] puer mercatorum[1] audeat portare cassellam in aliqua nave[3] exeunte de Ragusio, que nauliçata[4] fuerit per mercatores[5] Ragusinos[6].

[1] D. merchatorum [2] D. Si ullus [3] E. navi [4] E. naulizata [5] D. merchatores [6] B. C. Rag., D. Ragusii, E. Racusinos.

XI.

De naucleriis et marinariis non valentibus relinquere lignum extra Ragusium.

[1] Nauclerius et marinarii euntes ad partes cum aliqua navi vel ligno et exeuntes de Ragusio, non valeant relinquere navem vel lignum ipsum in aliquo loco[1], nisi essent in concordia cum patrono vel superposito[2]. Et qui fecerit contra, solvat yperpera[3] viginti quinque, medietatem quorum habeat comune[4] nostrum, alteram habeat navis cum nauclerio et marinariis. Et qui navim[5] ipsam in Ragusio sine voluntate patroni vel superpositi[6] dimiserit, solvere debeat yperperos decem; medietas sit comunis[4], et altera navis cum nauclerio et marinariis. | [2] Salvo si haberent justum inpedimentum[7], quod cognosci debeat per comitem et ejus curiam.

[1] C. „loco" additum manu recentiori, E. in aliquo, nisi [2] D. superpossito, E. supraposito [3] B. C. ypp., D. yppr., E. ippos, ipp. [4] E. commune [5] E. navem [6] E. suprapositi [7] C. D. E. impedimentum.

XII.

De marinariis qualiter tenentur complere viagium[1].

[1] Omnes marinarii qui vadunt ad marinariçiam[2] et ad viagium[1], teneantur ipsum viagium[1] explere, eundo et reddeundo[3], caricando et discaricando. | [2] Et si patronus vel superpositus[4] vellet[5] in aliquo loco discaricare[6] a medietate carichi citra, id est inferius, vel caricare[7] alias[8] res, in utilitate sua sit ei[9] licitum facere, si vadit sine mercatoribus[10]. | [3] Et si vadit cum mercatoribus[10], ipse patronus vel superpositus[11] sit in concordia cum eisdem. | [4] Et marinarii teneantur explere viagium[1] totum, ut dictum est; et si aliquis eorum contrafecerit et navem relinquerit[12], ipse teneatur restituere totum in duplum quod susceperit, vel quod suscipere deberet pro marinaricia[13] ipsi patrono vel superposito[14] navis. | [5] Si vero patronus vel superpositus[4] ad statutum terminum marinariis paccamentum[15] non fecerit, ex tunc in antea teneatur ipsum paccamentum[15] restituere ipsis marinariis in duplum.

[1] E. viaggium [2] C. E. marinaritiam [3] C. D. E. redeundo [4] E. suprapositus [5] D. velet [6] D. discarichare [7] D. carichare [8] E. alias, aliquas [9] E. ei, eidem [10] D. merchatoribus [11] E. suprapositus [12] E. reliquerit [13] D. E. marinaritia [14] E. supraposito [15] E. pacamentum.

XIII.

De nauclerio et marinariis quod non audeant vendere navem.

Decernimus eciam[1]: quod nullus nauclerius vel marinarii audeant vendere aliquam navem vel lignum, sine voluntate domini vel dominorum navis vel ligni. Et si nauclerius vel marinarii venderent ipsam navim[2] vel lignum, solvere debeant totum quod dominus vel domini voluerint facere suum dampnum[3] per sacramentum, in duplum; et medietas dupli sit comunis[4], et altera sit domini vel dominorum ipsius navis vel ligni.

[1] C. D. E. etiam [2] E. navem [3] E. damnum [4] E. communis.

XIV.

De patronis volentibus vendere navem suam.

[1] Quilibet patronus vel superpositus[1] navis vel ligni habeat liberam potestatem vendendi navem vel lignum, ubicunque[2] sibi placuerit, sine contradicione[3] marinariorum, tam euncium[4] ad partes quam ad marinariciam[5]: | [2] preter quam ad ista loca, videlicet in terra Saracenorum[6], Tartarorum[7], Dalmisii[8]. | [3] Et si navis vel lignum venderetur intra Culfum, patronus vel superpositus[1] dare debeat[9] pro quolibet marinario, causa veniendi Ragusium, yperperum[10] unum. | [4] Et si venderetur in Romania vel Cicilia[11], habere debeat unusquisque yperpera[12] duo; et si venderetur in ultramarinis partibus, habeat quilibet yperpera[13] tria, ut dictum est, causa veniendi Ragusium, pro expensis.

[5] Si vero aliquis marinarius remanere velet[14] in aliquo loco, ubi navis vel lignum vendita[15] fuerit, habeat potestatem remanendi ad suam voluntatem, et nichil[16] habeat pro expensis; et hoc intelligatur[17] si navis vel lignum venderetur foresteriis. | [6] Si autem venderetur Ragusinis, et patronus velet[18] in se tenere unum quarterium, vel quintum vel aliquam partem dicte navis vel ligni, nichil[16] detur, sicut dictum est, marinariis pro expensis, causa veniendi Ragusium, sed teneantur totum viagium[19] complere, sicut fuerint in concordia cum patronis. | [7] Et si major pars patronorum velet[18] vendere navem vel lignum, vel inter se incantare, minor pars eorum nequeat contradicere. | [8] Si vero navis vel lignum venderetur ad dicta vetata[20] loca, dare[21] debeat patronus, vel superpositus[1] tercium[22] de eo quod vendita esset. | [9] Si autem venderetur in Dalmisio, perdat precium[23] illud.

[1] E. suprapositus [2] E. ubicumque [3] C. D. E. contradictione [4] C. D. E. euntium [5] D. E. marinaritiam [6] B. Seracenorum (sic). [7] B. Tatare (sic). [8] C. D. et Dalmisii [9] E. debeat, debet [10] E. ippum [11] E. Cilicia (sic). [12] B. ypp., C. D. yppr., E. iperpera [13] B. C. yppra, D. yppr., E. ippa [14] D. E. vellet [15] E. vendita, venditum [16] E. nihil [17] E. intelligitur [18] D. E. vellet [19] E. viaggium [20] E. vetita loca [21] E. loca, debeat [22] D. E. tertium [23] D. E. pretium.

XV.

De pactis inter patronum navis, et[1] nauclerium et marinarios.

Si patronus alicujus navis vel ligni extra Ragusium dederit navem suam vel lignum nauclerio et marinariis, sive sit comparata[2] extra Ragusium, sive sit propria, sciendum est quod omne pactum, quod patronus navis vel ligni fecerit cum nauclerio et marinariis, est firmum habendum.

[1] D. navis, nauclerium [2] E. comperata.

XVI.

De patrono navis qui vadit cum ea marinarius.

Patronus navis vel ligni qui vadit cum ipsa marinarius, non possit in aliquo precipere in ipso ligno, nisi quantumcunque[1] pertinet in[2] parte sua; sed in[3] partibus aliorum nichil[4] valeat precipere, nisi haberet licenciam[5] ab aliis patronis, salvo quod bene possit precipere de coredis, sicut dictum est in[3] presentibus statutis.

[1] E. quantumcumque [2] C. D. im [3] D. im [4] E. nihil [5] C. D. E. licentiam.

XVII.

De expensis necessariis[1] in navi.

[1] Affirmamus quod si expendium aliquod necessarium[2] esset in aliqua nave[3] vel ligno, et major pars patronorum esset in concordia faciendi illud expendium, et minor pars nolet[4] quod expendium illud fieret, sciendum est quod major pars vincit minorem. | [2] Et si minor pars victa diceret quod non haberet aliquid, unde possit facere expendium aut nolet[4], sciendum est quod alii socii possunt accipere denarios ad lucrum supra

partes navis vel ligni, videlicet supra partes illorum qui noluerint facere expendium illud, sicut melius poterunt[5]; et eciam[6] possunt precipere nauclerio, ut eos accipiat in entega vel infra navem, vel ad quodcunque[7] lucrum eos invenire possit. | [3] Et si aliquis de patronis velet[8] ire marinarius cum ipsa nave[9] vel ligno, alii patroni non possunt contradicere ei, nec tenere eum quod non vadat.

[1] E. neccessariis [2] E. neccessarium [3] E. navi [4] D. E. nollet [5] E. poterint [6] C. D. E. etiam [7] E. quodcumque [8] C. D. E. vellet [9] E. nave, navi.

XVIII.

De faciendo nauclerio.

Cum patroni alicujus navis vel ligni venerint ad elligendum[1], et faciendum nauclerium, sciendum est quod major pars patronorum debet vincere minorem partem[2] patronorum, et qualemcunque[3] hominem major[4] pars patronorum eligerit[5] in nauclerium, ille debet esse nauclerius.

[1] E. eligendum [2] D. minorem patronorum [3] E. qualemcumque [4] B. minor (sic), C. D. E. major [5] C. elligerit, D. ellegerit, E. elegerit.

XIX.

De servis qui vadunt marinarii.

Servi qui vadunt marinarii cum navibus vel lignis Ragusii[1], vadant pro liberis; et si servus aliquis qui iret in ipsis navibus vel lignis marinarius, fugeret vel captus esset, donec ipsa navis vel lignum venerit Ragusium, pars ejus debeat laborare domino servi illius[2], et nichil[3] aliud recipere pro eo, et ita laborare debeat uni alii libero, si caperetur.

[1] B. C. D. Rag͡, E. Racusij [2] E. servi, et [3] E. nihil.

XX.

De servis qui vadunt conducti.

[1] Sancimus quod omnes servos patronorum navis[1] vel ligni, quos ipsi in sua nave vel ligno ponere voluerint, seu mittere, nauclerius debeat recipere[2] eos pro servis, et non pro liberis. | [2] Et sciendum est[3] quod patroni habent[4] potestatem ponendi in illo ligno servum suum pro conducto, quando illud lignum fuerit paratum. Et nauclerius qui eos servos susceperit, habet[5] potestatem verberandi et percuciendi[6] servum vel servos patronorum, et corrigendi eos, cum navis ipsa vel lignum in viagio[7] fuerit. | [3] Et si ipse servus vel servi pro ipsis verberibus fugerent vel perderentur, sciendum est quod nauclerius aut comunitas[8] ejus nichil[9] tenetur emendare pro servo illo vel servis, verumtamen pars ejus navigare debet, ut dictum est.

[1] C. D. navi (sic). [2] C. D. E. accipere [3] E. Et est sciendum [4] E. habent, habeant [5] E. habet, habeat [6] C. D. E. percutiendi [7] E. viaggio [8] E. communitas [9] E. nihil.

XXI.

De conducto qui fugit.

Si conductus alicujus patroni navis vel ligni fugeret, sciendum est quod pars illius conducti navigare debet domino suo, ac si conductus esset in nave vel ligno; aut nauclerius ligni debet ponere alium conductum pro tanto precio[1] quanto[2] illud fuit, qui fugit[3], positus, vel debeat tollere conducturam, et ponere eam in comunitate[4] navis vel ligni. Et dominus qui ante posuit dictum conductum, debet paccare[5] conducturam illam, quantam[6] ipse dederat primo conducto.

[1] C. D. E. pretio [2] E. quantum [3] D. fuit [4] E. communitate [5] E. pacare [6] E. quantum.

XXII.

De termino marinariorum qui complent non finito viagio[1].

Si aliqua navis vel lignum cepisset viagium[2], et haberet nauclerium et marinarios ad marinariciam[3], et terminus finiretur, ad quem eos recepisset, viagio[1] non completo, volumus quod ipse nauclerius et marinarii totum viagium[2] complere teneantur, si patronus vel superpositus[4] hoc voluerit; ita tamen quod tantum recipiat quilibet ex eis pro superfluo[5] quod steterit, ad racionem[6] quantum antea receperant, facta computacione[7] dierum.

[1] E. viaggio [2] E. viaggium [3] C. D. E. marinaritiam [4] E. suprapositus [5] E. „pro superfluo" omissum. [6] C. D. E. rationem [7] C. E. computatione.

XXIII.

De marinario ad partem qui infirmatur.

[1] Cum aliqua navis vel lignum ceperit viagium[1] in Ragusio ad eundum ad partes, si antequam exierit de Ragusio aliquis marinarius infirmaretur[2], nichil[3] teneatur ipsi navi vel ligno. | [2] Et si navis exisset de Ragusio, et marinarius aliquis infirmaretur extra Ragusium, et remaneret in aliquo loco infirmus, in ipso viagio[4] pars debeat eidem lucrari toto ipso primo[5] viagio[4], sicut ipse esset presens; et eciam[6] debeat[7] habere expensas, quantum unus de[8] marinariis habet. | [3] Si vero navis ipsa vel lignum reverteretur ad civitatem, vel locum in quo[9] dimisisset ipsum infirmum, et inveniret eum sanum, si ipse marinarius velet[10] ascendere et venire cum nave vel ligno, sit ei licitum facere: | [4] salvo si navis vel lignum haberet alium marinarium loco[11] ejus.

[1] E. viaggium [2] E. infirmatur [3] E. nihil [4] E. viaggio [5] C. D. ipso viagio [6] C. D. E. etiam [7] D. debet [8] D. ex [9] D. qua [10] D. E. vellet [11] D. in locum.

XXIV.

De marinario ad marinariciam[1] qui infirmatur[2].

[1] Volumus eciam[3] quod si navis aliqua vel lignum iret ad marinariciam[1], et aliquis marinarius infirmaretur in Ragusio, si acceperit marinariciam[4], ipsam reddere debeat patrono vel superposito[5], et non teneatur navi vel ligno inde in antea. | [2] Et si ipsa navis vel lignum exiret de

Ragusio, et marinarius aliquis infirmaretur et remaneret ad aliquem locum vel civitatem, habere debeat de marinaricia[6] tantum, quantum ipse serviverit[7] ipsi navi vel ligno.

[1] E. marinaritiam [2] B. infirimatur (sic). [3] D. E. etiam [4] C. D. E. marinaritiam [5] E. supraposito [6] E. marinaritia [7] E. serviverit, servierit.

XXV.

De marinario qui moritur.

Ordinamus[1] quod si aliqua navis vel lignum navigaret ad marinariciam[2], et aliquis de marinariis moreretur ante complementum marinaricie[3], volumus quod solvatur sibi per racionem[4] de eo quod serviverit ipsi navi vel ligno; et si navigaret ad partes, et unus de marinariis moreretur vel plures, de ipso solo viagio[5] sibi pars debeat laborare.

[1] In cod. B. O miniatum, in quo avis cum cauda longa sicuti psittacus. [2] C. D. E. marinaritiam [3] C. D. E. marinaritie [4] C. D. E. rationem [5] E. viaggio.

XXVI.

De discordio super numero parcium[1] inter patronum et marinarios.

Si patronus navis vel ligni dederit ipsam navem vel lignum ad partes, et discordium aliquod erit inter ipsum patronum[2] et nauclerium et marinarios de numero parcium[3], et super hoc non essent testes, volumus quod credenciam[4] habeat patronus ipsius navis vel ligni.

[1] C. D. E. partium [2] E. patronum ipsum [3] E. partium [4] C. D. E. credentiam.

XXVII.

De conducto, quod possit esse testis.

Sciendum est quod quilibet conductus navis vel ligni bene potest esse testis, preter nauclerium et marinarios[1], et eciam[2] inter nauclerium et marinarios et mercatores[3], potest conductus testificari; salvo quod ipse conductus non sit servus, qui testis examinari debeat, et ejus testimonium esse in[4] providencia[5] illorum qui judicaturi sunt inter ipsos.

[1] B. marinarios (ci superscr.) (sic). [2] C. E. etiam, D. „et eciam — mercatores" omissum [3] D. merchatores [4] D. im [5] C. E. providentia.

XXVIII.

De illis qui volunt dividere lucrum extra Ragusium.

[1] Si nave vel ligno existente extra Ragusium, velent[1] ipsi de nave vel ligno dividere lucrum quod fecissent, et dividerint ipsum lucrum[2], scribatur per scribanum navis vel ligni quelibet pars per se, sicut fuerint recepte[3]. | [2] Et si dampnum[4] aliquod adveniret[5] dicte navi vel ligno, dictum dampnum[4] restitui debeat de ipso lucro: quilibet per se restituat, sicut receperit. Et si de ipso lucro plus[6] divisissent quam dampnum[4] esset[7], non debeant nisi tantum restituere, quantum fuerit dampnum[4]; et si divi-

sissent minus eo quod esset dampnum[8], ipsi non teneantur restituere, nisi de eo quod lucri susceperint.

[1] D. E. vellent [2] D. et dividerint, scribatur [3] E. fuerit recepta [4] E. damnum [5] C. advenerit [6] E. plus, prius [7] C. essent [8] C. dapnum (sic), E. damnum.

XXIX.

De paraspodia non extrahenda.

Nulla[1] navis vel lignum que navigat ad partes, possit extrahere paraspodiam de comunitate[2] navis vel ligni; et si aliqua res poneretur in ipsa per aliquem marinarium vel conductum, debeat poni de voluntate patroni vel nauclerii, ita ut sciat scribanus de qua solvere debeat naulum, sicut alie res solverint que in ipsa nave[3] vel ligno fuerint.

[1] D. Si ulla [2] E. communitate [3] E. navi.

XXX.

De honorificencia[1] nauclerii.

Ordinamus quod nullus nauclerius vel marinarius aliquam honorificenciam[2] habeat, nisi tantum nauclerius qui habeat duas partes, sicut sibi pertinet, et non plus. De omnibus rebus que remanent de mensa tam de strossa, quam eciam[3] de aliis rebus, nichil[4] debeat nauclerius recipere, sed totum remaneat in comunitate[5] sua.

[1] C. D. E. honorificentia [2] C. D. E. honorificentiam [3] C. D. E. etiam [4] E. nihil [5] E. communitate.

XXXI.

De marinariis captis.

[1] Si aliqua navis vel lignum in aliquem portum ierit vel alium locum ubi non esset civitas, et aliquis de marinariis vel conductis iret in terram non pro servicio[1] navis vel ligni, et caperetur ab aliquo, dampnum[2] quod sibi evenerit sit in fortuna ejus; et similiter intelligatur de mercatore[3] et qualibet alia persona. | [2] Si vero marinarius aliquis iret in terram de voluntate patroni vel nauclerii, et sibi dampnum[2] aliquod acciderit, ipsum dampnum[2] restitui debeat de comunitate[4] navis vel ligni. | [3] Et si mercator[5] iret in terram pro utilitate mense sue vel aliarum[6] et dampnum[2] reciperet[7], ipsum dampnum[2] restitui debeat per suam mensam, vel per alios pro quibus iret.

[1] C. D. E. servitio [2] E. damnum [3] D. merchatore [4] E. communitate [5] D. merchator [6] C. D. E. aliorum [7] D. vel aliorum, ipsum dampnum.

XXXII.

De eo qui capitur occassione[1] pignorum.

Si navis vel lignum iret ad aliquam civitatem que haberet pignora[2] super homines Ragusii, et aliquis mercator[3] vel marinarius vel aliqua persona ipsius navis vel ligni caperetur pro[4] ipsa pignora, et dampnum[5] aliquod ibidem haberet, ipsum dampnum[5] restitui debeat per comunitatem[6]

navis vel ligni, salvo si dictus mercator[3], marinarius vel alia persona captus esset pro suo proprio debito clare facto.

[1] E. occasione, ocassione [2] B. pignoram (sic). [3] D. merchator [4] E. per [5] E. damnum [6] E. communitatem.

XXXIII.

De navibus captis a cursariis.

[1] Si navis vel lignum caperetur a cursariis, vel pignoraretur ab aliquo, vel per forcium[1] a dominatore aliquo teneretur, et aliquis Raguseus sine voluntate patroni illius navis vel ligni recuperaret eam, patronus ligni possit et debeat eam vel eum accipere sine aliquo precio[2]. Et ille qui pactasset[3] lignum pro recuperacione[4] perdat precium[5] quod pro ea solvisset, et patronus ligni possit eum accipere, ubicunque[6] eum invenerit. | [2] Et si ille qui ipsum lignum recuperaverit extra Ragusium in quocunque[7] loco, patrono[8] ligni sine questione reddere[9] nolet[10], quod ipse illud in Ragusium[11] salvum cum omnibus viagiis[12] que dictum lignum fecerit, postquam patronus pecierit[13], illi qui ipsum recuperaverit[14] reddere teneatur.

[1] C. D. fortium, E. forzium [2] C. E. pretio [3] C. D. paccasset, E. pacasset, paccasset [4] C. D. E. recuperatione [5] D. E. pretium [6] E. ubicumque, ubicunque [7] E. quocumque, quocunque [8] B. patroni (sic), C. D. E. patrono [9] D. redere [10] E. nollet [11] B. in Rag., D. Ragusio, E. in Racusium [12] E. viaggiis [13] C. E. petierit [14] D. E. recuperavit.

XXXIV.

De obediencia[1] debita nauclerio a marinariis.

[1] Marinarii navium que[2] vadunt in viagium[3] teneantur obedire[4] nauclerio, dum ipsum viagium[3] durat. | [2] Et non possint dicere nauclerio vel superposito[5]: „revertamur Ragusium“; et nullum viagium[3] perturbari[6] possint, quod facere velet[7] ipse nauclerius vel superpositus[8]. Et qui ipsum[9] turbare voluerit, solvere debeat yperperos[10] decem; medietas sit comunis[11], et alia patroni vel superpositi[12]. | [3] Et scribanus navis vel ligni teneatur manifestare comiti et sue curie ipsum turbatorem vel turbatores infra dies octo, postquam Ragusium venerit[13]; et si non manifestaverit, ipse solvere debeat yperperos[14] decem.

[1] C. D. E. obedientia [2] D. qui [3] E. viaggium [4] D. teneantur nauclerio [5] E. omisit: „vel superposito“ [6] E. perturbare [7] C. D. E. vellet [8] E. suprapositus [9] D. eum [10] E. iperperos [11] E. communis [12] E. suprapositi [13] E. venerit, venerint [14] B. ypp., C. yppr., E. iperperos, ipp.

XXXV.

De afflaturis.

Si navis vel lignum inveniret aliquam afflaturam, vel caperet aliquam navem vel lignum inimicorum, totum habere inventum in ea vel in eo in quatuor[1] partes debet dividi; unam partem habeat ipsa navis vel lignum, unam aliam habeat ipsum habere quod erit in nave vel ligno ipso, reliquas duas partes habeant marinarii et mercatores equaliter inter eos[2].

[1] D. quattuor [2] D. se.

XXXVI.

De Raguseo[1], quod non possit[2] nauliçare[3] lignum foresteriorum.

Nullus Raguseus possit nauliçare[4] aliquod lignum foresteriorum, sub pena dupli de eo quod daret pro naulo ipso, quod bannum esse debeat nostri comunis[5]; excepto quod navem Venetorum bene possit nauliçare[3].

[1] B. Rag., D. Raguseis, E. Racuseo [2] B. E. possit, D. possint [3] E. naulizare [4] B. naulicare (sic), D. E. naulizare [5] E. communis.

XXXVII.

De mercato quod fit de naulo et arris.

[1] Mercatores qui nauliçare[1] voluerint navem aliquam vel lignum, debent dare[2] unum folarum[3] pro arris, in[4] presencia[5] scribani navis, quod mercatum sit firmum, et scribanus teneatur scribere ipsas[6] arras et pacta omnia que in simul fecerint. | [2] Et si mercator vel mercatores[7] velent[8] dimittere ipsam navem vel lignum, emendare debeat patrono totum naulum de quanto ipsi habuerint nauliçatum[9], quilibet pro parte sua. | [3] Si vero darent pro arris ab uno follaro supra, patronus navis se tenere debeat ad arras. | [4] Et si aliquis illorum qui nauliçassent[10] navem vel lignum, moriretur[11] antequam poneret in nave et arras dedisset, nichil[12] debeat satisfacere patrono de naulo. | [5] Et si aliquid in[4] nave posuisset, volumus quod solvere debeat secundum racionem[13] mercium que intus fuerint posite.

[1] B. naulicare (sic). [2] D. debent unum [3] C. D. E. follarum [4] D. im [5] C. D. E. presentia [6] E. omnes [7] D. merchatores [8] D. E. vellent [9] B. naulicatum (sic), E. naulizatum [10] E. naulizasset [11] B. moraretur, C. „moriretur“ correctum ex „moraretur“, E. moreretur [12] E. nihil [13] C. D. E. rationem.

XXXVIII.

De peciis[1] pannorum, quod[2] debent esse[3] per ballam[4].

Ordinamus quod pecie[5] de santillarensibus[6] esse debeant decem octo[7] pro balla. Item scarlede magne pecie vi pro balla[8]. Item[9] pecie[10] fostagnorum[11] quinquaginta pro balla. Item florentini et terlise[12] pecie[13] octo pro balla. Item[14] mostaroli[15] pecie[13] octo pro balla. Item[16] stamforti[17] de Mediolano pecie[13] octo pro balla[17]. Item stamforti[18] de raço[19] pecie[10] sex pro balla. Item scarlate parve pecie[13] septem pro balla[20]. Item ypre[21] pecie septem[22] pro balla. Item çalaoni[23] pecie[13] sex pro balla. Item camore pecie[10] septem pro balla. Item belvasi[24] et oliveri[25] pecie[10] sexdecim pro balla. Item sanguiniti et vacete[26] pecie[10] octo pro balla. Item saje pecie[10] octo pro balla. Item matarelli[27] et alodini braça[28] de Veneciis[29] cccl[30] pro balla. Item canevaça[31] et panus[32] de lino braça[28] de Ragusio[33] mdc[34] pro balla. Linum debet nauliçari[35] ad miliarium[36] grossum de Veneciis[29]. Item ferrum laboratum milaria[37] duo ad grossum de Veneciis[29] pro balla. Item ferrum non laboratum milearia[38] tria pro balla[39], et rame[40] laboratum medium miliare[41] grossum pro balla.

[1] C. D. E. petiis [2] D. E. quot [3] D. esse debeant [4] E. pro balla [5] C. „pretio“, correctum manu recentiori supra lineolam in „pecię“, D. E. petie [6] D. santilarensibus, E. sentellarensibus, sentellaribus [7] C. D. decem pro balla, E. lacuna:

„debeant . . . . pro balla". [8] B. „Item scarlede magne pecie VI pro balla" adscriptum infra in margine, C. D. omittunt haec verba, E. autem haec eadem habet infra, v. notam 20. [9] E. balla. Petię [10] D. petie, E. petię [11] E. fustagnorum [12] E. tarlisę [13] E. petię [14] C. „Item — pro balla" hoc loco deest [15] E. mostaroli, mostraroli [16] D. „Item stamforti pro balla" omissum [17] C. nunc sequitur supra omissum: „Item mostaroli pecie octo pro balla" [18] E. stanforti, stranforti [19] E. Racco, Raco [20] D. scarlate, E. „Item scarlattę magnę sex petię pro balla. Item scarlattę parvę septem petię pro balla" [21] E. iprę [22] E. septem petię, petię septem [23] E. zaloni, zalloni [24] E. telvasii [25] E. olivorii [26] E. vacettę, vacetę [27] E. mattarelli, matarelli [28] E. brachia [29] D. E. Venetiis [30] E. 350 [31] C. canavaça, D. canavaza, E. canevazo [32] C. pannus [33] E. Racusa [34] C. Mille DC, D. mille sexcentum, E. 1600 [35] D. E. naulizari [36] E. milliarium [37] C. miliaria, E. milliaria [38] C. D. E. milliaria [39] E. omisit „pro balla" [40] B. C. rume (sic). [41] D. E. milliare.

XXXIX.

De mercibus, qualiter debent ponderari.

Statuimus quod de mercibus omnium parcium[1] quas Ragusei[2] portant Venecias[3], tam de cera quam becunis[4], moltalinis[5], lana, agnelinis[6] et chorio[7], debeant ponderari ad pondus Veneciarum[8] ad grossum. Leporine autem sint[9] duo milia[10] pro uno miliario[11], mille vulpes pro uno miliario[12], duo milia[13] foine pro uno miliario[12]. Schilate[14] sexdecim milia[13] pro[15] uno miliario[12], grana[16] et seta unum miliare[17] Veneciarum[18] subtile[19] pro uno miliare[17]. Item coria[20] boum[21] sicca[22] quadraginta pro uno miliario[12]. Coria[23] agnopasti[24] quinquaginta pro miliario[25], coria[23] de cervo sexaginta pro miliario[12]. Item becune[26] et[27] moltoline agnopaste[28] CL[29] pro miliario[12], coria[23] de buffalo[30] duodecim pro miliario[12], et[31] coria catablati sexaginta pro miliario[12].

[1] C. D. E. partium [2] B. C. Ragusei, E. Ragusini [3] D. Venetiis, E. Venetias [4] C. D. pecunis [5] E. moltolinis [6] E. agnellis [7] D. E. corio [8] D. E. Venetiarum [9] E. autem duo [10] D. E. millia [11] D. milliario, E. pro milliari uno [12] D. E. milliario [13] D. milliaria, E. millia [14] D. scilate [15] C. D. sexdecim pro [16] E. grano [17] D. E. milliare [18] B. C. Venec., D. Veneciarum [19] E. subtile de Venetiis [20] C. D. choria [21] E. bovum, boum [22] D. sicha [23] D. Choria [24] E. omisit: „Coria agnopasti . . . . de cervo sexaginta pro miliario" [25] D. milliario [26] C. D. pecune [27] E. item moltolinę [28] E. agropastę [29] C. D. E. centum quinquaginta [30] C. buffallo [31] E. omisit „et".

XL.

De mercibus que debent poni in navi ad pondus.

[1] Statuimus quod omnes merces que portantur de Ragusio Venecias[1] debent ponderari, et per pondus poni in nave[2]. | [2] Et scribanus teneatur scribere omnes merces per singulos[3] per sacramentum, et si non faceret[4], solvere debeat[5] yperperos[6] quinque. | [3] Si vero navis vel lignum nauliçata[7] esset ad eundum in[8] Marchiam Anconitanam, et aliquis poneret in navem ultra numerum de eo quod nauliçatum[9] haberet, solvere debeat naulum duplum de eo quod superfluum intus poneret. | [4] Et si aliquis mercator[10] nauliçavisset[11] tam ad Venecias[1] quam ad Marchiam, et de mercibus ejus remanerent[12] in terram vel totum vel partem[13], patronus vel superpositus[14] emendare debeat eidem mercatori[15] tantum, quantum videbitur comiti et majori parti consilii minoris.

[1] D. E. Venetias [2] E. navi [3] E. singulas [4] D. non, solvere [5] C. debet [6] E. ippos, ipp. [7] E. naulizata [8] D. im [9] E. naulizatum [10] D. merchator [11] D. nauliçasset, E. naulizasset [12] E. remaneret [13] B. C. partem (sic), E. pars [14] E. suprapositus [15] D. merchatori.

XLI.

De mercibus que portantur in Marchiam.

Merces que portantur in[1] Marchiam Ancontanam[2] taliter naulicentur[3], videlicet: quod nauliçetur[3] centenarium pro centenario, tam de beconis[4] quam de[5] moltolinis[6], et unum centenarium de olioris[7] pro duobus de becunis[8], et libre MCCC[9] de cera[10] ad pondus Ragusii pro uno centenario de becunis, et coria catablati CXXV[11] pro uno centenario corium[12], et unum miliare[13] de lana inbojata[14] pro uno centenario de pellibus, et centum sclavine[15] duplices pro uno centenario corium[12].

[1] D. im [2] B. C. D. Ancontanam (sic), in D. correctum in -nit-, E. Anconitanam [3] E. naulizentur [4] E. becunis [5] E. omisit „de" [6] E. montolinis, moltolinis [7] B. C. olioris (sic), E. cauriolis [8] C. D. beconis [9] E. 1300 [10] E. omisit verba „de cera" [11] E. 125 [12] D. chorium, E. coriorum [13] D. E. milliare [14] C. D. E. imbojata [15] D. salavine.

XLII.

De pecunia[1] que vadit cum navi.

Moneta sive pecunia[1] que vadit cum nave[2] vel ligno Ragusii[3], que vel quod[4] vadit per Culfum cum entegis[5], ire debeat ad fortunam dominorum ipsius monete, maris et gentis clare factam; et de toto prode quod inde Dominus dederit de dicta moneta, et eciam[6] de naulo eundo et reddeundo[7] et de aliis utilitatibus quas habere possit ipse navis vel lignum, duas partes lucri habeat navis et marinarii, et terciam[8] partem ipsa moneta habere debet.

[1] D. peccunia [2] D. E. navi [3] B. C. D. Rag., E. Racusij [4] D. etiam vel que, E. vel quod, que vel quod [5] B. entigis (sic). [6] C. D. E. etiam [7] C. D. E. redeundo [8] D. E. tertiam.

XLIII.

De navibus que exeunt de Culfo.

Si navis[1] vel lignum Ragusii[2] exiret de Culfo cum entegis de voluntate dominorum monete[3], ire debeat ipsa moneta ad fortunam dominorum, maris et gentis clare factam. Et de toto prode quod habebunt, entege[4] predicte habeant medietatem lucri[5], et alteram medietatem habeat navis cum marinariis.

[1] D. Si vero navis [2] B. C. D. Rag., E. Racusij [3] E. voluntate dominorum maris et [4] C. D. omittunt verba: „entege predicte habeant" [5] D. in margine alia manu additum: „habeat ipsa moneta".

XLIV.

De navibus que vadunt cum entegis.

Naves vel ligna que vadunt cum[1] entegis, tam per Culfum quam extra Culfum, tam denarii quam merces qui sunt ad nomen entegarum, debeant habere unam comunem[2] fortunam, et si dampnum[3] aliquod adveniret, quod absit, maris vel gentis clare factum[4], dampnum[3] ipsum esse debet[5] dominorum entegarum comuniter[6]. Et si aliqua persona velet[7] mittere aliquas suas merces ad vendendum cum ligno quod vadit cum entegis, causa po-

nendi merces ipsas[8] in entegis, dicte merces vadunt ad fortunam illius[9] qui eas mittit, sed postquam vendite fuerint merces[10], pecunia[11] earum venire debet[12] et poni cum aliis entegis, que postea venire debet[13] ad comunem[14] fortunam cum omnibus aliis.

[1] E. cum entegis, in entegis [2] E. communem [3] E. damnum [4] C. clara (sic) factum [5] E. debeat [6] E. communiter [7] D. E. vellet [8] E. merces ipsas, merces suas [9] E. illius, ejus [10] E. omisit „merces“ [11] C. D. pecunie [12] C. debent (correctum ex „debet“), D. debent [13] C. debent (correctum ex „debet“) [14] E. communem.

XLV.

De entegis que debent scribi per scribanum navis.

Navis vel lignum que vel quod exibit[1] de Ragusio, tam per Culfum quam extra[2] cum entegis, omnes[3] ipse entege scribantur[4] per scribanum in quaterno navis vel ligni, et eciam[5] a quibus personis ipse entege fuerint recepte, tam a patronis quam ab aliis. Et est[6] sciendum quod omnis credencia[7] est scribani.

[1] E. exibunt [2] E. extra Culfum [3] E. communes [4] E. scribi debeant [5] C. D. E. etiam [6] E. Et sciendum est [7] C. D. E. credentia.

XLVI.

De[1] manifestacione[2] facienda a nauclerio et marinariis patronis.

Ordinamus quod si aliqua navis vel lignum voluerit exire de Ragusio cum entegis, antequam exeat, nauclerius et marinarii manifestare debeant patrono vel patronis navis vel ligni et eciam[3] dominis entegarum, que vadunt in ipsa, ita quod sint omnes insimul, vel major pars eorum, quid et quantum portant cum eodem ligno. Et si de Ragusio exirent et non facerent ut diximus, dictus nauclerius cum marinariis solvere debeat comuni[4] nostro yperpera[5] viginti quinque, de quo banno nullum dampnum[6] substineat[7] lignum vel domini entegarum, nisi solummodo[8] nauclerius cum marinariis[9]. Et scribanus teneatur manifestare eos comiti et consilio, et si non manifestaverit, solvere debeat comuni[4] nostro yperpera[5] quinque.

[1] E. De iis, qui reccipiunt entegas infra Culfum (= XLVIII) [2] C. manifestatione [3] C. D. E. etiam [4] E. communi [5] E. ippos, ipp. [6] E. damnum [7] C. D. E. sustineat [8] D. solumodo [9] C. D. vel marinarii.

XLVII.

De navi que patitur naufragium.

Affirmamus, quod si aliqua navis vel lignum que iret cum entegis et naufragium pateretur, ipsa navis vel lignum debeat emendari de prode quod ipsa fecisset et de prode ipsarum entegarum[1], sed de capitali earum non.

[1] C. antegarum (sic).

XLVIII.

De hiis[1] qui recipiunt entegas[2] infra Culfum.

Ordinamus, quod si aliquis nauclerius cum marinariis acciperent[3] entegas[4] causa navigandi infra Culfum, quod ipsi[5] non possint[6] exire de

Culfo sine voluntate majoris partis dominorum quorum sunt entege. Et si irent[7] extra Culfum sine ipsorum[8] voluntate, et aliqua pars monete perderetur, quod absit, totum solvere debeant nauclerius et marinarii[9], et muneta[10] nullum dampnum[11] sustineat.

[1] E. iis [2] B. entigas sic). [3] E. acciperet [4] B. antegas (sic). [5] C. ipsa non, D. ipsa navis non [6] D. possit [7] E. iret [8] D. sine voluntate [9] B. et marinariis (sic). [10] B. C. D. muneta (sic), E. moneta [11] E. damnum.

XLIX.

De hiis[1] qui perdunt de entegis.

Statuimus quod omnes naves vel ligna que vadunt cum entegis de hominibus Ragusii et perdunt de denariis qui sunt entegati, et eciam[2] tam de mercibus quam de blado, vel de quolibet alio quod esset entegatum, sicut ipsi debent habere partem de prode, ita volumus ut ipsi debeant portare dampnum[3] in restitucione[4], quilibet per[5] se, tam navis quam marinarii.

[1] E. iis [2] C. D. E. etiam [3] E. damnum [4] C. E. restitutione [5] E. pro se.

L.

De hiis[1] qui accipiunt cologancias[2] intra Culfum.

[1] Si Raguseus accipit in colloganciam[3] tam denarios quam merces ab alio Ragusino[4] causa navigandi intra Culfum, ipsos denarios seu merces debent[5] habere ad fortunam ejus cujus sunt clare facte. | [2] Et de lucro quod habebit dominus denariorum vel mercium[6], debet habere duas partes, et ipse habebit terciam[7]; | [3] salvo si ipse dominus pactum aliud cum eo fecisset. | [4] Et[8] est sciendum quod ipse non debet exire de Culfo sine voluntate ejus, et si exiret sine ejus voluntate et aliquid deveniret de denariis[9], totum periculum maneat super eum et super bona sua.

[1] E. iis [2] B. cologancias (sic), C. D. collogantias, E. collegantias [3] C. D. collogantiam, E. collegantiam [4] B. C. D. Ragusino, E. Racuseo [5] D. debeat, E. debet [6] D. mertium [7] E. tertiam [8] E. Et etiam est [9] E. damnis.

LI.

De hiis[1] qui accipiunt[2] aliquid in colegancia[3] et amittunt de eis.

Si aliquis Raguseus accipit in colleganciam[4] tam denarios quam merces et ipse amitteret[5] de ipsis denariis vel mercibus, et dominus monete vel mercium velet[6] recipere ipsam, licitum sit ei facere: et ille qui perdiderit de eo, nullum dampnum[7] substineat[8]. Si vero dominus denariorum voluerit[9] ipsos dimittere eidem, ille tenetur ipsos denarios tenere et cum eis navigare, donec satisfacere poterit[10] dampnum[7] ipsum. Et hoc intelligatur de mercatore[11] et non de nave, salvo si aliud pactum esset inter eos.

[1] E. iis [2] E. accipiunt, amittunt [3] C. D. collegantiam, E. collegantia [4] C. D. E. collegantiam [5] C. D. ammitteret, E. amitteret, ammitteret [6] D. E. vellet [7] E. damnum [8] C. D. E. sustineat [9] C. D. dominus denariorum ipsos dimittere eidem voluerit, ille tenetur [10] D. potterit [11] D. merchatore.

LII.

De marinario qui mittitur cum denariis a sociis[1] suis.

Si marinarius, a suo nauclerio cum societate sua et suorum marinariorum, mitteretur cum denariis ad aliquem locum per caricum navis vel ligni vel per repustura[2] aut per[3] tramessam vel per aliquem modum, marinarius ille[4] habet credenciam[5] de denariis et factis illis pro quibus missus fuerit, contra nauclerium et dictos marinarios suos; salvo quod inter se haberent ydoneos[6] testes, qui habere debent credenciam[7].

[1] D. sotiis [2] B. C. repustura (sic). D. restitura, E. repusturam [3] E. aut tramessam [4] D. ipse [5] C. D. E. credentiam [6] E. idoneos [7] D. E. credentiam.

LIII.

De hiis[1] qui non investiunt omnes denarios.

Sciendum est quod[2], si in aliqua nave[3] vel ligno extra Ragusium remanserint denarii[4] de entegis, et incipit investire de ipsis denariis et non investit omnes, et marinarii per voluntatem nauclerii investiunt denarios suos in aliquibus mercibus, quos marinarii habent[5] de paraspodio, et per voluntatem nauclerii ipsi ponerent merces illas[6] in nave ad naulum, et illa navis vel lignum veniret Ragusium cum salute, cum[7] illis mercibus et cum[8] denariis qui remanserunt eis de entegis, patronus ipsius ligni qui stetit in[9] Ragusio et non ivit cum eo, habet[10] potestatem tenendi se ad tantam investicionem[11], quanta[12] remansit de dictis entegis in denariis qui non fuerunt[13] investiti in eo quod pertinet ei de suis partibus, et denarii debent remanere illis hominibus de quibus ipsi fuerunt.

[1] E. iis [2] E. lacuna pro „si in“ [3] E. navi [4] D. de denariis [5] E. habent, habeant [6] D. suas [7] C. D. salute vel illis [8] E. et denariis [9] E. in Racusio, cum Racusio [10] E. habet, habeat [11] D. E. investitionem [12] E. quantum [13] C. fuerint.

LIV.

De eo qui ponit in navi rem calumpniosam[1].

Si marinarius poneret in ligno rem de calumpnia[2] vel rem[3] vetatam, absconse a nauclerio vel patrono ipsius ligni, qui esset in eo aut[4] extra, marinarius ille debet emendare omne dampnum[5] quod pro[6] ipsa re de calumpnia[2] vel vetata deveniret. Et sic intelligendum est de patrono et nauclerio, sicut dictum est de marinario.

[1] E. calumniosam [2] E. calumnia [3] E. vel vetatam [4] E. aut, vel [5] E. damnum [6] E. quod de ipsa.

LV.

De rogancia[1].

[1] Quicunque[2] recepit[3] aliquid pro[4] rogancia[5], sciendum est quod ipse non debet dividere nec separare a se et[6] suis rebus illud quod ipse recepit[7]; et si separaret a se et a suis rebus illud quod recepit pro rogancia[8], et dampnum[9] aliquod adveniret de eo vel perderetur, ille qui eum[10] portavit et recepit tenetur emendare illud illi persone a qua rece-

pisset; | [2] salvo quod, si inter se fecissent aliud pactum, secundum illud pactum ille recepisset coram ydoneis[11] testibus rem illam.

[1] C. D. rogatia, E. rogantia [2] D. E. Quicumque [3] E. receperit [4] E. pro, de [5] D. rogatia, C. E. rogantia [6] C. E. a se, nec a suis [7] C. D. E. receperit [8] C. D. E rogantia [9] E. damnum [10] E. id [11] E. idoneis.

LVI.

De strina vel pedocia[1].

Volumus quod si aliqua navis vel lignum, in quo essent mercatores, dederit aliquid alicui pro strina vel pro[2] pedochya[3], vel aliquid aliud de voluntate majoris partis illorum qui sunt in ipsa nave[4] vel ligno, pro salute ligni vel navis, et de[5] suo habere quod est in ipso ligno, quod illud debeat restitui et paccari[6] de toto habere quod est in ipso per vaream[7].

[1] D. pedotia [2] E. vel pedocia [3] B. C. D. pedochya (sic), E. pedocia [4] E. navi [5] E. et suo [6] E. pacari, paccari [7] B. C. E. varcam, D. avaream.

LVII.

De hiis[1] qui non habent denarios pro faciendo carico suo.

Si aliquis nauclerius cum suis marinariis non haberet tot denario quod posset facere caricum sui ligni, licitum est[2] ei cum marinariis accipere denarios a quocunque[3] ipse potest, ad partem de lucro scalumniato[4].

[1] E. iis [2] E. sit [3] D. E. quocumque [4] C. D. scalumpniato.

LVIII.

De hiis[1] qui prohiciunt[2] aliquid de navi in[3] mari[4].

Decernimus quod si aliquis presumeret prohicere[5] aliquid in mare de nave vel ligno, sine voluntate nauclerii et majoris partis illorum qui sunt in ligno illo, ille qui projecerit tenetur emendare totum illud quod projecisset.

[1] E. iis [2] E. projiciunt [3] D. im [4] E. mare [5] E. projicere.

LIX.

De hiis[1] qui accipiunt ligna ad naulum sine marinariis.

[1] Ordinamus quod quelibet persona que accipit navem vel lignum vel barcam ad naulum sine marinariis, ipsa navis, lignum vel barca ire debet ad fortunam illius qui eam acceperit; | [2] salvo si aliud pactum facerent[2] inter se. | [3] Omnes vero barce[3] que vadunt pro vino, tempore vindemiarum, eundo et reddeundo[4] esse debent ad fortunam dominorum suorum, quorum sunt ipse barce[3].

[1] E. iis [2] D. fecerint [3] E. barchę [4] C. D. E. redeundo.

LX.

De hiis[1] qui accipiunt barcas ad naulum ad partes.

[1] Ordinamus quod quicunque[2] qui accipit barcusium[3] vel barcam vel ladiam ad naulum ad partes, cum licencia[4], | [2] vel sine licencia[4], conduxerit lignum illud in[5] portum Ragusii completo viagio[6], et traxerit eum[7] in terram tantum, quod homo transire possit inter aquam et lignum non tangendo aquam, si lignum ipsum perderetur inde in antea, ille qui eum[7] acceperat non tenetur aliquid emendare pro ipso ligno.

[1] E. iis [2] D. E. quicumque [3] D. barchusium [4] C. E. licentia [5] D. im [6] E. viaggio [7] E. illud.

LXI.

De hiis[1] qui accipiunt lignum sine licencia[2] patroni.

Quicunque[3] acceperit barcusium vel aliud lignum sine licencia[4] patroni ligni[5], et ipsum lignum perderetur, ille qui ipsum[6] receperit tenetur emendare ipsum lignum patrono cujus fuerit, et insuper omni mense romanatum unum.

[1] E. iis [2] C. D. E. licentia [3] D. E. Quicumque [4] C. E. licentia [5] E. patroni, et ipsum [6] E. ipsum, ipsum lignum.

LXII.

De hiis[1] qui accipiunt barcam pro vindemiis.

[1] Statuimus quod quicunque[2] qui accipit barcusium, barcam vel londrum ad naulum in omnibus vindemiis, sciendum est quod potestatem habet[3] ille qui dicta ligna accipit, vindemiandi eam[4] cum eis, et habet potestatem dandi ea aliis ad vindemiandum[5], et potest servire cum dictis lignis usque ad festum s. Michaelis. | [2] Et post omnes vindemias potest ipse facere viagium[6] unum cum dictis lignis ad tollendum aquam, et viagium unum ad tollendum ligna. | [3] Et infra dictum terminum si contingeret quod dampnum[7] aliquod adveniret de predictis lignis vel ornamentis[8] eorum, totum dampnum[7] est patronorum illorum lignorum.

[1] E. iis [2] D. E. quicumque [3] C. D. habeat [4] B. eâ, C. eam; E. „eam" deest [5] D. vindemiandi [6] E. viaggium [7] E. damnum [8] B. ornamentis (sic), C. D. E. ordinamentis.

LXIII.

De ligno quod[1] inprestatur[2] alicui sine precio[3].

Et[4] quecunque[5] ligna inprestantur[6] alicui persone sine precio[7], si contingeret quod ipsa ligna perderentur, totum dampnum[8] debet esse patroni ligni; et si questio esset inter eos et non haberent testes, tota credencia[9] est in[10] patrono dicti ligni.

[1] D. qui, E. quod, qui [2] D. E. imprestatur [3] C. D. E. pretio [4] D. E. Ut [5] E. quecumque, quecunque [6] E. imprestantur [7] E. pretio [8] E. damnum [9] C. E. credentia [10] D. im.

LXIV.

De hiis[1] qui accipiunt lignum ad vindemiam in certo loco.

[1] Si aliquis acceperit aliquod lignum causa vindemiandi ad certum locum vel ad certum portum, et de illo loco iret ad alium locum vel portum et vindemiaret alibi, ille debet paccare[2] naulum pro duobus viagiis[3]. | [2] Et est sciendum[4] quod tota Juppana est unus portus. Totum Dalafotum[5] est unus portus. Totum Calamotum[6] est unus portus. Malfium[7] cum Pallicio[8] est unus portus. Tota Umbula[9] usque ad aquam que dicitur Curvella[10] est unus portus. Totum Juncetum[11] est unus portus. Totum Gravossium[12] cum Lapido et s. Martino est unus portus. Totum Brenum et Subbrenum[13] et Molina est unus portus. Totum Belemum[14] est unus portus. Civitas Vetera est unus portus.

[1] E. iis [2] E. pacare [3] E. viaggiis [4] E. Et sciendum est [5] E. Delafotum [6] D. Callamotum [7] C. D. E. Malfum [8] E. Pellicio (sic). [9] D. E. Umbla [10] Sic: B. C. D. Curuella, E. Curvella [11] C. D. Junchetum, E. Junchettum [12] E. Gravosium [13] C. D. sub Brenum [14] Sic B. C. D. E.: Belemum.

LXV.

De eo qui discaricat vinum de una barca in alia[1].

Si aliquod de predictis lignis datum esset ad viagium[2] in vindemiis, et evacuaret vinum de ipso ligno, ille qui eum accepit[3] et poneret eum in[4] lignum alterius in eodem portu, et iterum caricaret eum in ipso portu de vino, sciendum est quod ipse debet paccare[5] pro duobus viagiis[6].

[1] C. D. E. aliam [2] E. viaggium [3] C. D. accipit [4] C. eum lignum [5] E. pacare [6] E. viaggiis.

LXVI.

De eo qui non potest caricare lignum in vindemiis.

Si aliquis accepit aliquod lignum ad viagium[1] in vindemiis, et non poterit[2] caricare lignum illud de suo vino, et receperit vinum alterius in dictum lignum, sciendum est quod totum naulum, quod[3] ipse receperit de alio vino, debet devenire ad patronum illius ligni.

[1] E. viaggium [2] D. potterit [3] B. quia (qz).

LXVII.

Sacramentum scribani navium.

[1] Juro ad evangelia[1] sancta Dei quod, bona fide sine fraude et malo ingenio, scribam omnes merces quas mercatores[2] ponent[3] in navi, tam pro domino navis quam pro domino mercium[4]; et omnes ille merces[5] que posite fuerint in navi et fuerint signate, signum illarum faciam in quaterno meo. | [2] Et tercia[6] die postquam exiverimus[7] de portu ubi carcaverimus[8] vel ante, dabo in scriptis cuilibet mercatori[9] merces suas cum suo signo, secundum quod scriptum fuerit in quaterno meo. | [3] Et si patronus navis vel nauclerius faceret aliquod pactum vel concordium cum mercatoribus vel cum marinariis, et ipsi per voluntatem ambarum parcium[10]

venirent ad me et velent[11] ut pactum illud sive[12] concordium scriberem in quaterno meo, scribam legaliter sine fraude.

[1] B. euua(n)g(e)lia, C. euangelia, D. evangellia [2] D. merchatores [3] B. ponentur (sic), C. D. E. ponent [4] D. mertium [5] C. D. E. Et omnium mercium que [6] D. E. tertia [7] D. exiverim [8] B. C. D. carcaverimus, E. caricaverimus [9] D. merchatori [10] D. E. partium [11] D. vellent, E. ad me, ut pactum [12] C. E. seu.

Parva curia *(B. sic, sequuntur rubricae libri VIII).*

Explicit liber septimus. Incipit tabula sive capitula libri octavi.

Parva curia. Incipit liber octavus (C. D.).

(Finis libri septimi statutorum E.)

I.

Sacramentum militis qui sedet in[1] parva curia.

[1] Juro ad evangelia s. Dei[2] quod, bona fide, sine fraude et malo ingenio, cum judicibus judicabo omnia placita que ante me placitanda erunt de quinque yperperis[3] inferius, secundum formam et modum[4] parve curie. | [2] Et non accipiam, nec accipi faciam, precium[5] pro placitis a me judicandis, et si acceptum fuerit pro me ab aliquo, et ego sciero, faciam illud reddi bona fide sine fraude. | [3] Et omnia que mihi[6] d. comes preceperit quod teneam in credencia[7], tenebo illa[8]. | [4] Et non ibo ad bibendum vel comedendum[9] cum aliquo vel cum aliqua, modo aliquo vel[10] ingenio, qui vel que ante me placitum[11] habuerit, donec placitum finietur; et nec amicum juvabo, nec inimico nocebo per fraudem. | [5] Et judicabo secundum usum civitatis Ragusii, salva[12] forma statuti parve curie. | [6] Et illud placitum quod[13] d. comes noster interdixerit mihi[14] pro bono civitatis[15], tenebo illud, donec ipse preceperit[16] mihi[6]. | [7] Et sedebo omni die cum judicibus ad judicandum. | [8] Et die dominico sedebo ad tenendum placitum et facere racionem[17] illis de insulis, cassalibus[18] et foresteriis solummodo. | [9] Et in nulla carta[19] me mittam pro testimonio, | [10] nisi in illis sentenciis[20] quas dedero cum judicibus, donec cum eis in curia extitero. | [11] Et quibus[21] data fuerit[22] occassio[23] coram me, et exierit[24] per racionem[17], faciam sibi fieri cartam sentencie[25], si pecierit[26] eam.

[1] D. im [2] B. euuangelia sancta dei, C. D. sancta dei evangelia, E. evangelia S. Dei [3] B. yppr., C. yppos, D. yppris, E. iperperis [4] D. modum et formam [5] E. pretium [6] D. michi [7] C. D. E. credentia [8] E. omisit „illa“ [9] D. ad comedendum vel bibendum [10] B. omisit „vel“ [11] D. placitum ante me [12] B. salvo (sic). [13] D. quod michi [14] E. interdixerit pro [15] E. civitatis Ragusii [16] C. precepit [17] C. D. E. rationem [18] E. casalibus [19] E. cartà, charta [20] D. E. sententiis [21] E. quibuscumque, quibuscunque [22] C. D. fuerit data [23] D. occasio, E. occasio, ocasio [24] D. extiterit [25] D. sententie, E. sententię [26] C. D. E. petierit.

II.

Sacramentum judicum parve curie.

[1] Juro ad evangelia[1] s. Dei quod, bona fide, sine fraude et malo ingenio, cum milite[2] d. comitis judicabo omnia placita que ante me placi-

tanda erunt de quinque yperperis[3] inferius, secundum formam inferius declaratam. | [2] Et non accipiam nec accipi faciam precium[4] pro placitis a me judicandis, | [3] excepto quadragessimum[5]; et si acceptum fuerit pro me ab aliquo et sciero, faciam illud reddi bona fide sine fraude. | [4] Et omnia que mihi[6] d. comes preceperit quod teneam in credencia[7], tenebo illa. | [5] Et[8] non ibo ad bibendum vel comedendum cum aliquo vel cum[9] aliqua, modo aliquo vel ingenio, qui vel que ante me placitum habuerit, donec finietur. | [6] Et nec amicum juvabo. nec inimico[10] per fraudem nocebo[11]. | [7] Et judicabo secundum usum civitatis Ragusii, salva forma inferius denotata. | [8] Et illud placitum quod d. noster comes[12] interdixerit mihi[6] pro bono civitatis, non[13] teneam illud, donec ipse preceperit mihi. | [9] Et sedebo omni die cum milite d. comitis et aliis meis sociis[14] vel sine milite, si d. comes voluerit, ad judicandum. | [10] Et die dominico sedebo ad tenendo[15] placitum et facere racionem[16] illis de insulis, cassalibus[17] et foresteriis solummodo. | [11] Et in[18] nulla carta[19] me mittam pro testimonio et judice; | [12] nisi in illis sentenciis[20] quas dedero cum sociis[14] meis, donec judex ero; et quibuscunque[21] coram me data fuerit occassio[22] et exierit per racionem[16], faciam ei[23] fieri cartam[24] sentencie[25], si eam pecierit[26], nichil[27] recipiendo.

[1] B. euua(n)g(e)lia, D. evangellia [2] D. millite [3] E. ippis [4] D. E. pretium [5] C. E. quadragesimum [6] D. michi [7] C. D. E. credentia [8] C. omisit verba: „Et non ibo ad bibendum . . . . donec finietur" [9] E. vel aliqua [10] D. inimicum [11] C. E. nocebo per fraudem [12] D. comes noster [13] D. „non" erasum [14] D. sotiis [15] B. C. D. tenendo (sic), E. tenendum [16] C. D. E. rationem [17] E. casalibus [18] C. D. Et nulla, E. „Et in nulla", „Et nulla" [19] E. carta, charta [20] D. E. sententiis [21] E. quibuscumque, quibuscunque [22] E. occasio, ocasio [23] E. sibi [24] D. cartham, E. cartam, chartam [25] E. sententie [26] D. petierit, E. si petierint eam [27] E. nihil.

III.

De eligendis[1] tribus judicibus.

Statuimus quod omni anno tres judices elligantur[2], qui cum socio[3] d. comitis audiant et diffiniant[4] omnia placita a quinque yperperis[5] citra, id est inferius, secundum formam statutorum et sui capitularis.

[1] D. elligendis [2] E. eligantur [3] D. sotio [4] E. definiant [5] E. iperperis, ipp.

IV.

De quibus judices parve curie judicant.

[1] Judices qui per tempora in[1] parva curia elligentur[2], judicare debeant[3] omnia cum milite[4] d. comitis. | [2] Et si questio fuerit de vineis, terris et maceriis existentibus extra civitatem, valentibus usque ad decem yperpera[5], teneantur ire extra ad videndum[6] et judicandum: | [3] et quicquid[7] ipsi judicaverint, sit firmum. | [4] Et ipsi de eo habeant quadragessimum[8]. | [5] Et qui perdiderit placitum, solvat omnes expensas, | nisi voluntarie de ipsis inter se concordaverint.

[1] D. im [2] E. eligentur [3] E. debeant, debeat [4] D. millite [5] B. yppra, E. ippa, ipp. [6] E. audiendum [7] E. quidquid, quicquid [8] E. quadragesimum.

V.

De advocatoribus parve curie.

[1] Statuimus quod duo advocatores elligantur[1] in[2] parva curia, unus quorum placitare et advocare debeat pro una parte et alius pro alia. | [2] Et nullus ipsorum pro placito, super quo advocator[3] missus fuerit, accipere valeat nisi medium grossum pro quolibet placito; et donec placitum fuerit non bibant nec comedant cum aliqua parcium[4], donec lis[5] finiatur. | [3] Et advocabunt legaliter omnia placita in quibus missi fuerint pro advocatoribus[6], et non sustinebunt[7] quod aliquis faciat falsum juramentum[8], vel aliquis falsos testes introducat.

[1] E. eligantur [2] D. im [3] C. advoccator [4] D. E. partium [5] C. D. donec illis (sic). [6] D. advochatoribus [7] B. „substinebunt", sed primum *b* erasum [8] D. sacramentum.

VI.

De induciis[1] que dantur in[2] parva curia.

[1] Vocatus vel vocata ad placitum pro uno yperpero[3], vel inde inferius, nullum inducium habere possit, sed in continenti respondere teneatur. | [2] Ab uno autem yperpero[3] usque ad duo habeat inducium trium dierum, quibus completis nullum inducium habere possit. | [3] A duobus autem[4] usque ad quinque inducium habeat octo dierum, quibus finitis nullum possit habere inducium; habeat eciam[5] licenciam[6] refutandi[7] unum de judicibus, si eum suspectum habuerit, ita tamen quod alii judices cum milite[8] d. comitis in placito ipso procedant. | [4] Ille vero[9], qui alium vocat pro quantitatibus supradictis, aliquem de judicibus refutare[10] non potest.

[1] D. indutiis [2] D. im [3] E. iperpero [4] E. A duobus usque [5] D. etiam, E. et [6] C. E. licentiam [7] D. reffutandi [8] D. millite [9] D. autem [10] D. reffutare.

VII.

De muliere vocata super debito quod ipsa contraxit.

Si mulier maritata vel vidua super debito quod ipsa contraxit, seu super eo quod ipsa fidejussit[1], a quinque yperperis[2] inferius, vocetur ad placitum, secundum formam superius traditam respondere teneatur, et aliud[3] inducium habere non possit, nec de foris advocatorem aliquem expectare.

[1] E. fidejusisset [2] E. iperperis [3] D. alium.

VIII.

De muliere vocata pro debito viri sui.

Mulier maritata, si vocetur ad placitum pro debito viri sui, respondere non teneatur, nisi ipsa fuerit pro ipso debito obligata.

IX.

De muliere vocata super debito quod ipsa non contraxit.

Vidua mulier vocata ad placitum pro[1] duobus yperperis[2] usque ad quinque super debito quod ipsa non contraxit, vel[3] fidejussor non fuit, si habuerit[4] patrem, filium, fratrem[5] seu generum, et aliquem illorum in advocatorem pecierit[6], detur eidem terminus ad expectandum ipsum a duobus mensibus citra, id est inferius, secundum arbitrium judicum.

[1] D. a [2] E. iperperis [3] C. D. vel si fidejussor [4] E. haberet [5] E. ut supra, in aliis exemplaribus: „fratrem seu generum", „seu generum aut fratrem" [6] C. D. E. petierit.

X.

De vocato qui jam cepit viagium[1].

Qui postquam viagium[1] ceperit, vocetur ad placitum et non de presenti viagio[2], et dabitur sibi a curia terminus, antequam ipse terminus[3] compleatur ire possit ad viagium supradictum, et in reversione ipsius[4] viagii respondere omnimode[5] teneatur.

[1] E. viaggium [2] E. viaggio [3] D. terminus ipse [4] D. reversione viagii [5] B. C. D. omnimode (sic), E. omnimodo.

XI.

De hiis[1] qui non possunt reffutare[2] curiam.

Super placito usque ad quinque yperpera[3] nullus possit curiam reffutare[4], nec prohicere[5] se in terram.

[1] E. iis [2] C. E. refutare [3] B. D. yppra, C. yppa, E. ippa [4] D. E. refutare [5] C. proicere, D. proycere, E. proicere, projicere.

XII.

De judicibus, quod non comedant nec bibant cum placitantibus coram se[1].

Ad suspicionem quamlibet[2] evitandam statuimus: ut judices, donec in officio fuerint, non vadant ad manducandum nec ad bibendum, aliquo modo vel ingenio, cum eo vel ea[3] vel submissa persona, qui vel que habuerit placitum ante eos, a die quo incipietur placitum donec finiatur.

[1] C. D.: . . . *coram se. Cassum est per majus consilium, propter hoc non est scriptum* [2] B. qualibet (sic), E. quamlibet [3] B. uel eo (sic).

XIII.

De eo quod debent recipere[1] advocatores.

Advocatores magne curie nullo modo vel ingenio recipiant ab aliqua persona pro placito aliquo, nisi denarium unum grossum. Advocatores autem parve curie non nisi medium grossum, nec possint comedere nec bibere cum aliqua persona habente placitum coram judicibus.

[1] C. D. E. accipere.

XIV.

De officialibus qui vadunt in viagium[1].

[1] Ne ex deffectu[2] officialium jus hominum dilatetur et pereat, statuimus: ut si aliquis habens officium iverit in Durachium[3] vel ultra, in Apuleam[4] vel ultra, Spalatum[5] vel ultra, in Rassiam[6], vel Bosinam[7], perdat officium, et alius in loco ipsius ad ipsum officium elligatur[8].

[2] Die XVI[9] decenbris[10], millesimo trecentesimo quinto[11], indicione[12] III^a[13], per nobilem virum d. Bellectum Fallerium[14], comitem Ragusii, cum voluntate sui minoris et majoris conscilii[15], cum laudo populi in[16] publica concione[17] sonitu campane congregati, aditum[18] fuit huic statuto de officialibus, captum fuit et firmatum: quod quicunque[19] fuerit electus[20] judex per d. comitem in majori curia, iverit extra districtum[21] Ragusii inter[22] confinia, sicut in superiori capitulo continetur de officialibus, steterit per unum mensem completum de diebus XXX[23], sit extractus ab illo officio[24] judicatus, et alius judex in loco illius[25] fuerit[26] eligatur[27]. | [3] Et eciam[28] ipse judex electus[29] debeat jurare ad s. Dei evangelia[30] quod non exibit extra Ragusium causa exeundi de officio pro uno mense existendo, nisi occasione[31] pro suis negociis[32] faciendis.

[1] E. viaggium [2] C. D. E. defectu [3] E. Dyrachium, Durachium [4] E. Apuliam [5] E. „Spalatum vel ultra“ omissum [6] In B. „Rasiam“ correctum in „Rassiam“, C. D. Rasciam, E. Rassiam [7] E. Bossinam [8] E. eligatur [9] C. D. sextodecimo, E. 16 [10] C. E. decembris [11] C. MCCCV, D. M°CCC°V°, E. 1305 [12] D. inditione, E. indictione [13] D. tertia, E. 3a [14] E. Fallerium, Falerium [15] C. E. consilii [16] D. im [17] C. D. contione [18] C. E. additum [19] E. quicumque, quicunque [20] D. ellectus, E. ellectus, electus [21] B. districtu (sic). [22] E. intra [23] C. E. triginta [24] D. judicio [25] D. ejus [26] E. qui fuerit, qui fuerat [27] C. elligatur, E. elligatur, eligatur [28] D. E. etiam [29] D. ellectus, E. ellectus, electus [30] B. euu(an)g(e)lia [31] E. occasione, ocasione [32] E. negotiis.

XV.

De hiis[1] qui possunt dejactari.

Si quis[2] placitum habuerit, possit dejectare[3] patrem, filium, avunculum ex parte patris et matris, consobrinum, cugnatum[4], nepotes, videlicet filios fratris[5] et sororis, socerum et generum.

[1] E. iis [2] C. D. aliquis [3] C. D. E. dejactare [4] E. cognatum [5] D. fratris filios

XVI.

De duodecim denariis pro uno yperpero[1].

Sancimus quod a modo in antea duodecim denarii grossi curant[2] pro uno yperpero[1], et centum viginti milarienses[3] pro uno yperpero. Et nullus[4] dictos follaros pro uno yperpero[1] valeat reffutare[5], sub pena unius grossi pro yperpero[1].

[1] B. C. D. yppro, E. ippo [2] C. E. currant [3] B. C. milarienses (sic), D. miliarenses, E. milanenses, millianenses [4] E. nullos, in aliis exemplaribus: nul et lacuna [5] E. refutare.

XVII.

De arris.

Si aliquis fecerit mercatum cum aliquo et pro ipso mercato[1] dederit arram unum follarum, mercatum ipsum sit omnimode[2] firmum, et penitere non possit. Si autem dederit duos follaros vel plures, vel aliquid aliud pro arra, possit penitere, teneatur tamen arras restituere[3] duplicatas.

[1] D. merchato [2] B. C. omnimode (sic), D. E. omnimodo [3] E. reddere.

XVIII.

De superstantibus[1] super laboreriis comunis[2].

D. comes qui per tempora fuerit, cum minori consilio, quolibet anno statuat tres superstantes[3] super laboreriis comunis[2], quibus dare teneatur annuatim yperpera[4] quingenta[5] de denariis doane[6], donec compleatur murus civitatis.

[1] E. suprastantibus [2] E. communis [3] D. E. suprastantes [4] E. iperpera [5] B. „quingenta", correctum ex: quinquaginta [6] E. dohane.

XIX.

De hiis[1] qui expelluntur a consilio, cum tractatur speciale factum.

Decernimus quod quocienscunque[2] fit consilium super facto alicujus specialis persone quod, tam ipse ad quem factum pertinet quam consanguinei ejus[3], illi videlicet qui a testimonio repelluntur, expellantur de ipso consilio, et comes[4] eos expellere teneatur.

[1] E. iis [2] E. quotiescumque, quotiescunque [3] E. consanguinei, et illi [4] E. et communis (sic) eos.

XX.

De ordinamentis, qualiter possint rumpi.

Statuta et ordinamenta que per tempora fient, rumpi vel revocari non possint, nisi eo modo quo fuerunt firmata et ordinata, hoc est: que fient per majus consilium, non possint[1] nisi per majus consilium revocari, que per arengum[2] non nisi per arengum[2] disolvatur[3].

[1] E. possunt [1] E. arrengum [3] E. dissolvantur.

Post libri VIII *caput XX codex B. singulorum capitum numeros et inscriptiones non exhibet eodem modo, quo supra. Capitum conspectus exordio hujus libri praemissus in B. explicit rubrica ejusdem capitis XX. Qui post cap. XX leguntur numeri in margine appositi, scripti sunt manu recentioris aevi numerorum notis arabicis. Capita ipsa disposita sunt terno ordine. Quaedam eorum omni titulo carentes conspicua sunt solummodo prima litera majori miniata. Alia vero incipiunt anno, indictione et die, literis rubris scripto; post ea sequitur capituli ipsius inscriptio, item colore rubro scripta. Deinde leguntur atramento scripta: „Nos" (N miniatum), nomen comitis et cetera omnia quae in ipso capitis contextu continentur. Sunt praeterea alia capitula, titulo instructa sicut in priori parte, sed sine capituli numero.*

Codex C. et omnes codices recentiores habent capitulorum inscriptiones cum numeris eorum compositas eadem ratione atque in tota libri statutorum parte, quae hucusque praecedit.

XXI.

De[1] judicibus minoris curie, ut[2] non possint sedere nec consulere super eo quod peteret[3] ab aliquo etc.[4] (C. D. E.).

Nos Paulus Maurocenus[5], comes Ragusii, cum voluntate minoris et majoris consilii, et cum laudo populi in[6] publica[7] concione[8] ad sonum campane in platea more solito congregata, statuimus et firmamus: quod si de cetero aliquis judex de minori curia petet aliquid vel movebit questionem supra[9] aliquem in minori curia, vel si quis petet[10] aliquid vel movebit questionem supra[9] aliquem judicem de minori curia, ille judex qui petet vel supra quem petetur, non debeat sedere ad judicium[11] nec consulere cum milite[12] d. comitis, nec cum aliis judicibus in illa questione. Et tam ille qui petet supra illum judicem, quam judex supra quem petetur, non possit refutare[13] aliquem de aliis[14] judicibus in illa questione.

[1] B. sine titulo, incipit magno N rubro: „Nos" [2] E. quod [3] E. peterent [4] E. omisit „etc." [5] C. Palus (sic!) Maurocenus, D. Mauroceno [6] D. im [7] C. puplica [8] C. D. contione [9] E. super [10] D. si quis aliquid vel movebit („vel" punctis subnotatum) [11] E. judicandum [12] D. millite [13] D. reffutare [14] E. aliis, illis.

XXII.

De[1] credenciis[2], ut debeant fieri per cartam[3] notarii[4], et de pena contrafacientium[5].

Anno Domini M°[6] ducentesimo septuagesimo quinto[7], indicione tercia[8], die VIII[9] mensis junii.

Nos Petrus Teup(u)lus[10], illustris d. ducis filius, comes Ragusii, cum voluntate parvi et magni consilii, et cum laudo populi in[11] publica concione[12] congregati ad sonitum[13] campane[14], ut moris est, statuimus et ordinamus: quod de omnibus et singulis mercatis que fient in credencia[15] ad certum terminum, in civitate et districtu Ragusii, de quibuscunque[16] mercacionibus[17] a decem yperperis[18] supra, teneatur ille qui recipiet credenciam[19] facere illi qui vendet cartam notarii, infra octo dies postquam factum fuerit mercatum[20] predictum. Et ille qui vendiderit mercaciones[21] in credencia[22], teneatur facere sibi fieri[23] dictam cartam[24] notarii infra dictum terminum. Et qui contrafecerit, tam emptor quam venditor, solvat pro quolibet[25] et qualibet vice pro banno yperpera[26] decem, cujus medietas sit comunis[27], et alia medietas accusatoris.

[1] B.: „*Anno domini M° ducent(esim)o septuag(esimo) quinto, indic(ione) tercia, die* VIII *mensis iunii. De credenciis ut debeant fieri per cartam not(arii) et de pena contrafacientium.* Nos Petrus Teup(u)lus" etc. C. D. E.: „*De credentiis — contrafacientium.* Anno domini" etc. [2] C. D. E. credentiis [3] E. cartam, chartam [4] D. nottarie [5] E. „et de pena contrafacientium" omissum [6] C. D. millesimo [7] E. 1275 [8] D. tertia, E. 3a [9] C. D. oct(av)o, E. 8 [10] B. C. D. Teuplus, E. Teupolus [11] D. im [12] C. contione [13] C. D. E. sonum [14] E. campanarum [15] C. D. E. credentia [16] E. quibuscumque, quibuscunque [17] C. D. E. mercationibus [18] B. ypperis (sic), C. yppis, D. yppr., E. iperperis [19] C. D. E. credentiam [20] D. merchatum [21] C. E. mercationes, D. merchationes [22] E. credentia [23] C. D. facere sibi dictam [24] E. cartam, chartam [25] C. pro quilibet (sic). [26] B. yppr., D. yppros, E. ippa, iperperos [27] E. communis.

XXIII.

De[1] dampnis[2] que fiunt per animalia et per[3] bestias.

[1] Volentes super dampnis[2] que fiunt in terris et vineis, tam in insulis quam in aliis locis in districtu Ragusii[4], providere, statuimus: quod si dampnum aliquot[5] factum fuerit per animalia vel per aliquas[6] bestias in aliquibus terris et[7] vineis laboratis, | [2] et patronus ipsarum terrarum et vinearum poterit[8] capere dicta animalia vel bestias in suis terris vel vineis, aut poterit[8] ipsum dampnum[9] legittime[10] probare, patronus dictorum animalium vel bestiarum teneatur et debeat satisfacere de dampno[11] patrono terre vel vinee, et solvere pro banno qualibet vice yperperos[12] duos, cujus banni medietas sit comunis[13], et alia medietas patroni terre vel vinee. | [3] Si autem non poterit sciri[14] cujus sint dicta animalia vel bestie, tunc illi qui habitabunt[15] in illo casali[16] qui fuerit proximior[17] illi terre vel vinee, in qua dampnum[9] factum fuerit, videlicet illi habitantes qui habuerint animalia vel bestias, teneantur et debeant satisfacere de dampno[11] patrono terre vel vinee, et solvere pro banno qualibet vice yperperos[12] duos, cujus banni medietas sit comunis[13], et alia medietas patroni terre vel vinee[18] in qua dampnum datum fuerit. | [4] Que omnia dampna[19] debeant exstimari[20] per bonos homines, quos d. comes cum sua curia voluerit eligere.

[1] B. C. D. E. habent hunc eundem titulum, C. D. E. addito numero: XXIII. [2] E. damnis [3] D. et bestias [4] E. Racusino [5] C. D. E. aliquod [6] E. alias [7] D. vel [8] D. potterit [9] E. damnum [10] C. D. E. legitime [11] E. damno [12] E. iperperos [13] E. communis [14] D. scribi [15] B. habitabunt, C. D. E. habebunt (sic). [16] C. cassali [17] C D. quod fuit proximus ille terre [18] C. uine (sic). [19] E. damna [20] D. extimari, E. existimari.

XXIV.

De[1] dampnis[2] datis in vineis[3], arboribus et fructibus.

[1] Ut super vineis de cetero major custodia habeatur, volumus et ordinamus: quod si dampnum[4] aliquod factum fuerit, tam in insulis quam Astarea et toto districtu Ragusii, in vineis, fructibus et arboribus, tam casalini quam illi qui laborant terras[5] et vineas ad partem, illi videlicet qui habitant in contrata illa ubi dampnum[4] factum[6] fuerit, teneantur et debeant manifestare illos qui fecerint[7] dictum dampnum[4]; quos si non maninifestaverint, teneantur satisfacere[8] totum dampnum[4] patrono cui dampnum[4] datum fuerit, secundum extimacionem[9] bonorum[10] hominum, quos d. comes cum sua curia duxerit eligendos[11]. | [2] Quod dampnum[4], si factum fuerit in Civitate Vetere[12], Belem[13] et usque ad Molina, emendetur per homines illius contrate. Si in[14] Breno[15], Subbreno et Chivaci[16], dampnum[4] emendetur per homines illius contrate. Si in Juncheto[17] et Vergato[18], dampnum[4] emendetur per homines illius contrate[19]. Si in Gravoxio[20], dampnum[4] emendetur per homines illius contrate. Si in Umbula[21], dampnum[4] emendetur[22] per homines illius contrate. Si in[14] Malfo et Palliça[23], dampnum[4] emendetur per homines illius contrate[24]. Si in aliqua insularum, dampnum[4] emendetur per homines illius insule in qua dampnum[4] datum fuerit. Que omnia dampna[25] emendari debeant per casalinos et laboratores, si non manifestaverint illos[26] qui fecerint dampnum[4], ut superius est distintum[27].

*

[3] Die x°[28] intrante mense februarii[29], m° trecentesimo[30], indicione[31] tercia decima[32], per honorabilem virum d. Andream Dauro[33], comitem Ragusii, et per suum minus et majus consilium et in[14] publica[34] concione[35] laudatum fuit et firmatum[36]: quod cum multa dampna[4] et furta fierent in districtu Ragusii, in lignamine de capannis et pergulis, de quibus dampnis[37] et furtis nunquam poterat veritas[38] reperiri, nec ipsis dampnis[37] nulla[39] restauracio[40] habebatur, quod a modo in antea omnia dampna[25] data in lignamine platearum et in furtis pergularum et lignaminum[41], emendari debeant per omnes homines illius contrate ubi dicta dampna data fuerunt[42] sive facta, secundum modum et formam statuti facti super dampnis[37] datis in vineis et terris de districtu Ragusii, sicut in[14] presenti statuto superius continetur.

[1] B. C. D. E. exhibent hunc eundem titulum, sed B. sine numero [2] E. damnis [3] B. uêis (sic). [4] E. damnum [5] E. terram [6] D. datum [7] B. fecerit (sic). [8] B. satisface (sic). [9] C. D. E. extimationem [10] B. post „bonorum“ erat scriptum „honorum“, sed deletum est [11] C. D. elligendos, E. eligendos, elligendos [12] D. Veteri [13] B. C. E. Belem (sic), D. Bellen [14] D. im [15] C. D. E. Breno et S. [16] B. Chiuaci, C. D. Chiuaçio, E. Chivacio [17] E. Junchetto [18] E. Vergato, Vergatto [19] D. „si in Juncheto . . . . contrate“ omissum [20] B. Grauoxio, C. D. E. Gravosio [21] E. Umbla [22] D. si in Umbula, emendetur [23] B. C. D. Palliça, E. Poliza [24] D. constitutiones sequuntur hoc ordine: „Si in Malfo et Palliça, emendetur per homines illius contrate; si in Umbula, emendetur per homines illius contrate“ [25] E. damna [26] D. eos [27] C. D. E. distinctum [28] C. D. decimo [29] E. februario [30] C. D. m°ccc°, E. 1300 [31] D. inditione, E. indictione [32] D. tertia decima, E. 13 [33] D. Daure [34] C. puplica [35] C. D. contione [36] C. D. E. confirmatum [37] E. damnis [38] D. veritas poterat [39] E. nulla, ulla [40] D. E. restauratio [41] C. D. lignamine [42] E. fuerint.

XXV.

Quod[1] aliquis non possit ire extra Ragusium[2] pro placitando.

Anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo octavo[3], indicione[4] sexta[5], mense marcii[6].

[1] Nos Marcus Justinianus, comes Ragusii, cum voluntate minoris et majoris consilii, et cum laudo populi congregati ad sonitum campanarum in[7] publica concione[8], ut moris est, nolentes pati ulterius quod honor regimini civitatis Ragusii deditus[9] alteri tribuatur, statuimus et ordinamus: | [2] quod aliquis Raguseus vocatus ad curiam ab alio Raguseo, de cetero non possit pro aliquo placito ire extra civitatem Ragusii ad aliquam aliam civitatem vel locum, sed teneantur omnes in Ragusio respondere et complere racionem[10], cum omnibus aliis consuetudinibus in statuto contentis.

[1] B.: „*Anno domini — marcii. Quod aliquis — placitando.* Nos Marcus Justinianus“ etc. [2] C. Raguxium [3] C. D. m°cc° septuagesimo octavo, E. 1278 [4] D. inditione, E. indictione [5] E. 6 [6] D. E. martii [7] D. im [8] C. contione [9] E. debitus [10] C. D. E. rationem.

XXVI.

Qualiter[1] solvere debeant illi qui simul vadunt in[2] viagium[3].

Anno domini m°cc° septuagesimo octavo[4], indicione[5] sexta[6], die xxiii[7] mensis julii[8].

[1] Nos Marcus Justinianus, comes Ragusii, cum voluntate minoris et majoris consilii, et cum laudo populi congregati in[9] publica concione[10]

ad sonitum campanarum[11], ut moris est, statuimus et ordinamus: quod si plures[12] homines euntes in viagium[13], qui omnes sint in una carta[14] notarie, se alicui fecerint debitores, et aliquis eorum, unus vel plures, venerint Ragusium, teneantur pro omnibus aliis sociis[15] suis[16] respondere et solvere[17] et complere racionem[18], si creditores voluerint, nec aliquis eorum possit solvere pro parte sua, sed totum id quod quilibet solverit sit pro tota societate. | [2] Et ille vel illi qui solverint, habeant eandem[19] racionem[18] super[20] socios[21] suos pro parte ipsorum, quam habebant creditores. | [3] Salvo si dicti debitores fuerint robati ita quod sit clare factum, tunc quilibet teneatur respondere solummodo pro parte sua.

[1] B. „*Anno — julii. Qualiter — uiagium.* Nos“ etc. [2] E. in, ad [3] C. D. navigium (sic), E. viaggium [4] E. 1278 [5] D. inditione [6] E. 6 [7] C. D. vigesimo tertio, E. 23 [8] D. jullii [9] D. im [10] C. D. contione [11] C. D. sonum campane [12] B. „pleres“, correctum in „plures“ [13] E. viaggium [14] E. carta, charta [15] D. sotiis [16] E. aliis sociis respondere [17] E. respondere et complere rationem et solvere, si [18] C. D. E. rationem [19] C. eadem (sic). [20] E. supra [21] D. sotios.

XXVII.

Quod[1] nullus possit mutuare ad usuram, et de pena contrafaciencium[2].

Anno Domini M°CCLXXVIIII[3], indicione[4] VII[5], die VIIII[6] januarii.

[1] Nos Marcus Geno[7], comes Ragusii, cum voluntate minoris et majoris consilii, et cum laudo populi in[8] publica concione[9], ut moris est[10], per sonitum campanarum[11] congregati, considerantes quod usura vorax bona civium et maxime[12] pauperum substanciam[13] devorat et consumit, | [2] propter quod Deus[14] offenditur, proximus leditur et bonus status rei publice[15] minoratur, volentes tante obviare malicie[16], statuimus et precise firmamus: | [3] quod de cetero aliqua persona in Ragusio nullo modo ad usuram debeat mutuare, et qui contrafecerit, qualibet vice comuni[17] yperperos[18] viginti pro banno persolvat[19], et insuper perdat totum id quod mutuaverit ad usuram; cujus banni medietatem, si legittime[20] probari poterit, habeat accusator. | [4] Et judices et consiliarii de parvo consilio, qui per tempora fuerint, accusare per sacramentum teneantur omnes, quos ad usuram sciverint mutuare. | [5] Nec est intencionis[21] nostre quod presens statutum aliquod prejudicium faciat cartis[22] notarie[23] factis et faciendis, continentibus penam vel usuram de quinque in sex per annum, sed omnes carte[24] notarie[23] in capitali et pena sive[25] usura de quinque in sex per annum perpetuam obtineant firmitatem.

[1] B. „*Anno .... januarii. Quod — contrafaciencium.* Nos“ etc. [2] D. E. contrafacientium [3] C. D. M°CC°LXX°IX°, E. 1279 [4] D. inditione [5] C. D. septima, E. 7 [6] C. D. die nono, E. 9 [7] E. Zeno [8] D. im [9] D. contione [10] D. contione per . . . [11] C. D. campane [12] D. et pauperum [13] D. E. substantiam [14] E. Dominus [15] D. rei puplice [16] D. malitie, E. malitię [17] E. communi [18] E. iperperos [19] D. persolvatur [20] C. E legitime [21] C. D. E. intentionis [22] E. cartis, chartis [23] B. C. not., E. notarię [24] E. cartę, chartę [25] D. sine.

XXVIII.

Qualiter[1] debeant fieri raciones[2] de avere[3] comunis[4], et per quos debeat expendi moneta comunis[4].

[1] Volentes ut raciones[2] comunis ordinate[5] procedant, et omnis suspicio[6] que possit oriri tollatur, statuimus et firmamus: quod d. comes, qui per tempora fuerit, et judices et consiliarii de parvo consilio debeant in kalendis[7] cujuslibet[8] mensis, infra tercium[9] diem intrante mense, audire raciones[2] de introitu et exitu camarariorum[10] comunis[4]. | [2] Et totum avere[3] comunis[4] debeat expendi per manus camarariorum[10] comunis[4]. | [3] Et duo ex judicibus vel consiliariis de parvo consilio[11], simul cum camarariis[12] comunis[4], debeant ab his[13] qui recipient et expendent de avere[3] comunis[4] recipere raciones[2]. | [4] Et quicunque[14] ex judicibus sive consiliariis aut camarariis[12] vocatus fuerit per campanam vel per nuncium[15] d. comitis, et non venerit ad recipiendas raciones[2] predictas, qualibet vice comuni[16] pro banno denarium grossum unum[17] solvere teneatur. | [5] Salvo si justo inpedimento[18] fuerit excusatus, quod inpedimentum[19] per d. comitem[20] cognoscatur.

[1] Idem titulus in B. C. D. E., sed in B. sine numero [2] D. fieri debent rationes, C. D. E. rationes [3] E. havere [4] E. communis [5] B. ordinare (sic), C. D. E. ordinate [6] C. D. suspitio [7] E. kalendis, calendis [8] D. cuilibet [9] D. E. tertium [10] D. E. camerariorum [11] C. D. consilio et simul [12] D. E. camerariis [13] D. hiis [14] E. quicumque, quicunque [15] D. nuntium [16] E. communi [17] E. denarium grossum unum, denarium unum grossum [18] D. E. impedimento [19] D. E. impedimentum [20] C. D. omittunt „comitem".

XXIX.

Quod[1] aliquis ante etatem legittimam[2] non possit[3] facere[4] testamentum, et ad quos deveniant bona etatem legitimam[5] non habentes[6].

Anno Domini m°cclxxx°[7], indicione[8] viii^a[9], die xi[10] julii[11].

[1] Nos Marcus Geno[12], comes Ragusii, cum voluntate minoris et majoris consilii, et cum laudo populi in[13] publica concione[14] per sonitum campanarum congregati, ut moris est, statuimus: | [2] quod[15] aliqua persona ante etatem[16] legittimam[17], videlicet masculus[18] ante quartum decimum annum, femina vero ante duodecimum annum, nullo modo possit facere testamentum nec de suis bonis aliquid ordinare. | [3] Et hoc idem intelligimus eciam[19], si aliqua mulier iverit cum corona vel sine corona in domum viri sui[20], quod ipsa ante etatem legittimam[21] non possit facere testamentum, nec aliquam ordinacionem[22], | [4] sed omnia bona cujuscunque[23] persone que ante legittimam[17] etatem[24] decessit[25], deveniant ad propinquiores; et intelligimus propinquiores in isto et[26] quolibet alio casu, qui fuerint ex illa videlicet linia[27] parentele[28], unde exierint[29] dicta bona defuncti; | [5] salvis semper ordinamentis sive testamentis et obligacionibus[30] factis per antecessores defuncti[31], quorum dicta bona fuerunt.

[1] B. „*Anno — julii. Quod — habentes.* Nos Marcus Geno" etc. [2] C. D. E. legitimam [3] D. possint [4] B. facerere (sic). [5] B. ligitimam (sic). [6] D. habentis, E. habentium [7] D. mill(esim)o ducentessimo [8] D. inditione [9] C. otava (sic), D. octava [10] C. D. undecimo, D. jullii [11] E. „Anno domini . . . . julii" omissum [12] E.

Zeno [13] D. im [14] D. contione [15] E. „quod“, „quod si“ [16] D. ante etatem („etatem“ additum in margine) legitimam [17] E. legitimam [18] D. maschulus [19] D. E. etiam [20] D. iverit cum corona in domum viri sui, vel sine corona [21] C. legitimam [22] C. D. E. ordinationem [23] E. cujuscumque, cujuscunque [24] D. etatem legitimam [25] E. decesserit [26] E. et in [27] C. D. E linea [28] D. parentelle [29] D. exiverint [30] C. D. E. obligationibus [31] C. D. E. defunctorum.

XXX.

Qualiter[1] debeant[2] detineri debitores.

[1] Volentes ut creditorum intenciones[3] melius compleantur, statuimus: quod si quis fuerit debitor alicui et non habuerit bona que sufficiant ad satisfaciendum creditori, d. comes qui per tempora fuerit personam dicti debitoris assignare[4] debeat creditori, si ipsam creditor[5] recipere[6] voluerit. | [2] Et si creditor ipsam nolet[7] recipere, d. comes ipsum detinere debeat in castello, quousque solverit debitum vel fuerit in concordia cum creditore. | [3] Qui debitor si de castello aufugerit[8], d. comes ipsum debitorem faciat in una camara[9] detineri[10], quousque solverit debitum vel fuerit in concordia cum creditore de debito supradicto. | [4] Si autem ipse debitor de dicta camara[9] fugeret, d. comes debeat ipsum debitorem in carcere[11] detinere, quousque debitum solutum fuerit, vel fuerit in concordia cum creditore de debito memorato.

[1] B. C. D. E. habent hunc eundem titulum, B. sine numero [2] C. debeat (sic). [3] D. E. intentiones [4] C. D. assignari, E. assegnare [5] E. ipsam recipere [6] C. D. accipere [7] C. D. Et si ipsum creditor nolet [8] C. auffugerit [9] D. camera [10] E. detinere [11] D. carcerem.

XXXI.

Qualiter[1] debeat fieri solucio[2] his[3] qui vendunt possessiones[4].

[1] Ut venditorum intencio[5] non fraudetur, statuimus: quod si aliqua persona vendiderit domum vel vineam aut terram, sive aliquam possessionem stabilem, emptor solvere venditori ad terminum constitutum precium[6] rei vendite sine ullo inducio teneatur. | [2] Qui si non solverit, volumus quod de possessionibus emptoris vendantur[7] per bonos homines, quos d. comes cum sua curia elegerit[8], in tanta quantitate quod venditori de precio[9] rei vendite integre satisfiat. | [3] Et si possessiones non sufficerent ad solucionem[10] predictam, persona emptoris detineatur[11] in castello quousque satisfecerit. | [4] Et si ipse emptor[12] fugerit de castello, debeat emptor per d. comitem in carcere detineri, quousque venditori fuerit integre[13] satisfactum.

[1] B. C. D. E. cum hoc titulo, sed B. sine numero [2] C. D. E. solutio [3] C. D. hiis, E. iis [4] E. posessiones [5] D. E. intentio [6] D. E. pretium, precium [7] E. vendatur [8] D. ellegerit [9] C. D. E. pretio [10] C. D. E. solutionem [11] C. deteneatur (sic). [12] D. emptor ipse [13] D. integre fuerit.

XXXII.

Quod[1] mulier in[2] potestate viri constituta se[3] non possit ad aliquod[4] debitum a quinque yperperis[5] superius obligare[6].

[1] Quia sepius solet accidere quod viri inducunt[7] uxores ad debita contrahenda, ideoque statuimus: | [2] quod de cetero aliqua mulier in[8]

potestate viri constituta se non possit ad aliquod debitum a quinque yperperis[9] superius aliquo modo, | [3] tam si vir consenserit, quam si non consenserit[10], obligare. | [4] Et si aliqua obligacio[11] fiet a quinque yperperis[9] supra[12] per aliquam mulierem[13], vivente viro suo, nullum ei per hoc in suo perchivio[14] et bonis ipsius mulieris prejudicium generetur.

[1] B. C. D. E. *Quod — obligare*, sed B. sine numero [2] D. im [3] D. constituta non [4] D. ad debitum [5] E. iperperis [6] E. obligari, obligare [7] E. inducant [8] D. im [9] E. iperperis [10] D. si vir consenserit obligare [11] C. D. E. obligatio [12] C. super (sic) [13] D. mullierem [14] D. parchivio.

XXXIII.

Vocatus[1] super aliquo testamento, quod inducium possit habere[2].

Volentes ut decedencium[3] intenciones[4] ad effectum velociter perducantur, decernimus, quod si aliquis vocatus fuerit ad placitum super aliquo testamento non possit habere inducium[5] nisi octo dierum tantum, quibus completis respondere omnimode[6] teneatur.

[1] B. C. D. E. habent hunc titulum, sed B. sine numero [2] C. D. habere possit [3] C. D. E. decendentium [4] D. E. intentiones [5] D. aliquod inducium [6] C. D. E. omnino.

XXXIV.

Quod[1] vicarius non habeat yperperum[2] a comitibus insularum.

Dicebatur quod antiqua consuetudo erat quod comites, qui erant in insulis per comune[3] Ragusii, dabant[4] vicario yperperum[2] unum; quam consuetudinem revocantes ex toto, statuimus: quod comites qui per tempora fuerint per comune[5] Ragusii, tam in insulis quam in Astarea, nichil[6] dare vicario[7] teneantur.

[1] B. C. D. E. habent eundem titulum, B. sine numero [2] E. iperperum [3] E. pro communi [4] E. debeant [5] E. commune [6] E. nihil [7] B. vicario (correctum in rasura), D. vicario, C. E. vicariis.

XXXV.

De[1] combustionibus capannarum[2], qualiter debeant emendari et solvi[3].

[1] Si capanna[4] aliqua fuerit combusta per districtum Ragusii, tam in insulis quam Astarea[5], et malefactores qui ignem posuerint sciri non poterunt[6], statuimus: quod dampnum[7] quod evenerit de capanna[4] et rebus existentibus in capanna[4], et de arboribus et vitibus circa capannam[8], emendari debeat per homines illius contrate | [2] Quod dampnum[9] extimari[10] debeat per extimatores[11] quos d. comes cum sua curia duxerit eligendos, | [3] ita tamen, quod quelibet capanna[12] cum rebus intus habitis non debeat a quinque yperperis[13] superius extimari[14]. | [4] Quod dampnum[9] si factum fuerit in aliqua insularum, emendetur per homines illius insule in qua factum fuerit. Si autem in Civitate Veteri et Belen et usque ad Molendina, dampnum[9] emendetur per homines illius contrate. Si in[15] Breno et Subbreno[16] et Chivaci[17], dampnum[9] emendetur per homines illius contrate. Si in Vergato[18] et[19] Joncheto[20], dampnum[9] emendetur per homines illius contrate. Si in Umbla, dampnum[9] emendetur per homines illius contrate.

Si in[15] Malfo et Palliça[21], dampnum[9] emendetur per homines illius contrate. Si in Gravossio[22], dampnum[9] per homines illius contrate[23] debeat emendari.

[5] Currente[24] anno Domini millesimo tercentesimo[25], mense septembri[26], indicione[27] tercia decima[28], in festo S. Michaelis, per honorabilem virum d. Andream Dauro[29], comitem Ragusii, cum[30] voluntate sui minoris et majoris consilii, cum[31] laudo populi in[15] publica concione[32] sonitu campane congregati, additum fuit huic statuto de capannis: quod si a modo in antea aliquod furtum factum fuerit in aliquo lignamine capannarum, vinearum et pergularum in toto districtu civitatis Ragusii, quod illud dampnum[9] totum debeat emendari per homines illius contrate, | [6] si latro non poterit inveniri, secundum formam capituli de capannis superius denotati.

[1] Idem titulus in B. C. D. E., sed in B. sine numero [2] C. D. capanarum [3] D. emendari et solvi debent [4] C. D. capana [5] E. quam in Astarea [6] C. potuerunt [7] D. E. damnum [8] C. capanam, D. capana [9] E. damnum [10] E. existimari [11] E. existimatores [12] D. capana [13] E. iperperis [14] E. existimari, extimari [15] D. im [16] B. Subreno [17] B. Chiuaci, C. Chivatio, D. Chivaçio, E. Chivacio [18] E. Vergatto [19] C. D. et in [20] E. Jonchetto [21] C. D. Palliçi (C. in loco rescripto), E. Palizza [22] E. Gravosio [23] E. damnum emendetur per homines illius contratę [24] D. curente [25] C. MCCC, D. M°CCC°, E. 1300 [26] D. septembris, E. 7mbri, 7bri, septembri [27] D. inditione, E. indictione [28] D. tertia decima, D. 13 [29] C. D. dauron (sic), E. Daurum [30] B. omisit „cum" [31] E. et cum [32] D. contione.

XXXVI.

Infra[1] quod[2] dies debeat aliquis alium accusare[3].

Anno Domini M°CC°LXXXI°[4], indicione[5] VIIII^a[6], die XXVI[7] januarii.

[1] Nos Nicholaus[8] Maurocenus[9], comes Ragusii, cum voluntate minoris et majoris consilii, et cum laudo populi in[10] publica concione[11] congregati per sonitum campanarum, ut moris est, statuimus et firmamus: quod si quis voluerit alium accusare de aliquo maleficio, tam in omnibus malefactis et injuriis, quam dampnis[12], furtis et robariis factis in civitate Ragusii, debeat facere accusam[13] infra tercium[14] diem postquam sciverit illud maleficium factum fuisse. | [2] Si autem dictum maleficium factum fuerit extra Ragusium per districtum Ragusii, debeat facere accusam infra octo dies postquam sciverit dictum maleficium factum fuisse; et quicunque[15] infra dictos terminos tacuerit, nec accusam fecerit, ab inde in antea non audiatur. | [3] Tamen d. comes cum suis judicibus possit inquirere omnia maleficia, quandocunque[16] et quocienscunque[17] sibi placuerit.

[1] B. „*Anno — januarii. Infra — accusare.* Nos" etc. [2] E. quot [3] D. accuxare [4] E. 1281 [5] D. inditione [6] C. D. IX^a, E. 9 [7] D. XVI°, E. 26 [8] D. E. Nicolaus [9] B. Mauricenus (sic). [10] D. im [11] C. contione [12] E. damnis [13] D. accuxam [14] D. E. tertium [15] E. quicumque, quicunque [16] D. E. quandocumque [17] D. quotienscumque, E. quotiescumque.

XXXVII.

Infra[1] quot dies possit quilibet petere racionem[2] suam super laborerio facto de petris et calce.

[1] Nolentes[3] quod propter transcursum[4] temporis jus alicujus ex ignorancia[5] pereat, statuimus: quod si quis in domo vel territorio[6] suo

laborerium fecerit de petris et calce, per quod laborerium fit prejudicium alicui, ille qui habet petere racionem[2] in dicto laborerio, possit interpellare et petere racionem[2] suam infra terminum octo dierum, postquam sciverit illud laborerium factum fuisse, ac si laborerium illud factum non esset. | [2] Et si quis infra dictum terminum tacuerit, nec racionem[2] suam[7] pecierit[8], non possit ulterius petere aliquod jus in laborerio supradicto.

[1] Idem titulus in B. (sine numero), C. D. E. [2] C. D. E. rationem [3] D. E. Volentes [4] D. trascursum [5] C. D. E. ignorantia [6] D. teritorio [7] D. petierit suam [8] C. D. E. petierit.

XXXVIII.

De[1] pena illorum qui non veniunt coram d. comite et sua curia ad preceptum eis factum.

[1] Volentes illorum obviare maliciis[2] qui jus alterius dilatare nituntur. ut unusquisque ad perfeccionem[3] sui juris velocius veniat, statuimus: | [2] quod si alicui preceptum fuerit, ut veniat ad respondendum alicui persone coram d. comite et suis judicibus, si contumax fuerit pro primo precepto ei facto, solvat comuni[4] pro banno denarios grossos duos. | [3] Et pro secundo precepto, si contumax[5] fuerit, solvat comuni[4] pro banno denarios grossos quatuor[6]. | [4] Si autem fuerit in minori curia, solvat contumax pro primo precepto comuni[4] pro banno follaros quindecim, et pro secundo precepto, si fuerit contumax, solvat comuni[4] pro banno denarium grossum unum. | [5] Ad tercium[7] vero preceptum, tam in majori curia quam in minori, si ille cui preceptum fuerit contumax erit, contra eum secundum formam statutorum et consuetudines Ragusii mediante justicia[8] procedatur.

[1] Idem titulus in B. (sine numero), C. D. E. [2] D. E. malitiis [3] C. D. E. perfectionem [4] E. communi [5] C. D. Et si pro secundo precepto fuerit contumax, solvat [6] D. quattuor [7] D. E. tertium [8] E. justitia.

XXXIX.

De[1] inducio[2] trium dierum dando super societate.

Anno Domini M°CC°LXXXII°[3], indicione[4] X[a][5], die XIII°[6] januarii.

Statuimus: quod si aliquis vocatus fuerit ad placitum super aliqua societate facta in Ragusio, si dicta societas fuerit de re mobili, non possit habere inducium ad respondendum nisi trium dierum tantum, quibus completis respondere omnimode[7] teneatur.

[1] B. „*Anno — januarii. De — societate.* Statuimus“ etc. [2] C. indutio [3] E. 1282 [4] D. inditione, E. indictione [5] C. D. decima, E. 10 [6] E. 13 [7] E. omnimodè.

XL.

De[1] mercato facto sine termino nullum habeatur inducium.

Aliquis vocatus ad curiam super aliquo mercato facto sine termino nullum inducium habere possit ad respondendum, sed in continenti debeat respondere.

[1] Idem titulus in B. (sine numero), C. D. E.

XLI.

Vocatus[1] ad curiam super expulsione uxoris, filie aut sororis sue, quod inducium habeat.

Ordinamus quod uxor alicujus vel filia seu soror, si fuerit de domo expulsa, et vocaverit ad placitum illum vel illam qui vel que ipsam expulerit[2], vocatus vel vocata non possit habere inducium ad respondendum, nisi octo dierum tantum, quibus completis teneatur omnimode respondere.

[1] Titulus idem in B. (sine numero), C. D. E. [2] E. expullerit, expulerit.

XLII.

De[1] pupillis et eorum bonis et tutoribus eorundem.

[1] Volentes super bonis eorum qui ab intestato decedant[2], ad pupillorum utilitatem per presens providere statutum, ordinamus: quod si quis habens uxorem decesserit intestatus, duo jurati judices cum notario[3] comunis[4] vadant ad domum defuncti et scribant omnia sua[5] bona mobilia et inmobilia[6], ubicunque[7] invenientur, singulariter et distincte sicut fuerint, in uno libro, qui liber semper debeat esse in[8] manibus thesaurariorum ecclesie[9] S. Marie Majoris. | [2] Et si aliquo tempore invenientur de bonis dicti[10] defuncti, semper scribantur in dicto libro[11], ut predictum est. | [3] Et dicta uxor defuncti, coram dictis judicibus et notario, jurare debeat quod manifestabit omnia bona dicti viri sui. | [4] Scriptis autem dictis bonis, ut supra dictum est, si dictus defunctus habuerit heredem vel heredes masculos, d. comes Ragusii qui per tempora fuerit, cum parvo consilio eliget duos tutores[12] meliores et utiliores qui videbuntur. | [5] Qui tutores, facto sacramento de faciendo officio[13] tutorie[14] legaliter sine fraude, intromittent omnia bona mobilia defuncti, cum predicta uxore ejus[15] simul. | [6] Que uxor predicta debeat esse similiter tutrix cum eis ad[16] omnia facienda, et dicta bona mobilia debeant custodire et salvare et augmentare[17] suo posse, ad utilitatem heredum defuncti. | [7] Et quando aliquis ex dictis heredibus, unus vel plures[18], venerint ad etatem legittimam[19] quatuordecim[20] annorum, debeat esse simul cum dictis tutoribus[21] ad ministrandum[22] dicta bona, quousque ipsa bona ad manus suas pervenerint, ut inferius est distinctum[23]. | [8] Et dicti tutores[12] debeant facere de omnibus predictis bonis rectam et justam racionem[24] heredibus sive heredi defuncti, cum dicti heredes, unus vel plures, venerint ad etatem decem et octo annorum, | [9] si d. comiti et dicto consilio videbitur, quod dicti heredes, unus vel plures, sint tales quod possint vel possit[25] bene ministrare dicta bona. Si autem videbitur d. comiti et dicto consilio quod dicti heredes, in etate predicta consistentes, non sint tales quod possint bene ministrare dicta bona, dicti tutores[12] debeant ipsa bona tenere, quousque d. comiti et consilio predicto videbitur. | [10] Quam racionem[26] predictam dicti tutores[14] legaliter facere debeant per sacramentum dictis heredibus, ut est dictum, salvo si dicti heredes poterunt probare contrarium per instrumenta vel per legitimos[27] testes. | [11] Et eandem racionem[28] teneantur dicti heredes, unus vel plures, qui ceperint dicta bona, facere aliis heredibus, cum venerint ad etatem predictam decem et octo annorum, cum

omnibus condicionibus[29] suprascriptis[30]. | [12] Quecunque[31] vero supra scripta sunt de tutoribus[32], locum habeant, excepto si tempore mortis dicti viri fuerint heredes masculi, unus vel plures, etatis predicte decem et octo annorum, et d. comiti et predicto suo consilio videbitur, dicta bona sibi debeant assignari cum omnibus condicionibus[29] suprascriptis; et tunc in isto casu non eligantur[33] tutores[12]. Si autem ipsi heredes non videbuntur convenientes d. comiti et predicto consilio ad ministrandum dicta bona, tunc debeant eligi tutores[12] qui teneantur in omnibus facere ut est dictum[34]. | [13] Et omnia predicta intelligenda sunt, si fuerint heredes masculi. | [14] Verumtamen, si fuerint heredes femine, solummodo[35] dicti tutores[12] debeant dicta bona intromittere et tenere, quousque dicte femine fuerint maritate, que cum consuetudine Ragusii debeant maritari. | [15] Addimus eciam[36] quod dicti tutores[12] non possint aliquam cartam[37] notarie[38] facere de dictis bonis, nisi contineatur in dicta carta[39], quod sit nomine et vice dictorum heredum. | [16] Et si dicti heredes, unus vel plures, decesserint[40] ante etatem legitimam[19], videlicet masculus usque ad quatuordecim[41] annos, femina vero usque ad duodecim, vel si dicti heredes habentes etatem legittimam[42] decesserint intestati, dicta bona deveniant ad eos, ad quos de jure venire debent per successionem[43]. | [17] Et tunc dicti tutores ipsis successoribus et dicti successores unus alteri in omnibus, ut supra dictum est, facere teneantur. | [18] Nec est intencionis[44] nostre quod dicta bona[45] debeant extrahi de Ragusio, quousque dicti heredes vel successores masculi[46] venerint ad etatem legittimam[19] quatuordecim[20] annorúm. | [19] Pervenientibus autem uno vel pluribus ex ipsis heredibus ad hanc etatem quatuordecim[20] annorum, si eis et dictis tutoribus[32] videbitur quod dicta bona sive denarii portentur per dictos heredes vel successores, vel mittantur per alios extra Ragusium, debeant venire ad d. comitem et consilium supradictum, et sicut ipse d. comes cum dicto consilio ordinaverit, sic fiat. | [20] Si autem aliquis ex dictis tutoribus[32] moreretur antequam faciat racionem[26] de dictis bonis, heredes vel successores tutoris[47] defuncti dictam racionem[26] de predictis[48] bonis per sacramentum facere debeant et complere, salvo quod isti heredes vel successores tutoris defuncti faciant dictam racionem[26] per sacramentum, secundum eorum bonam[49] conscienciam[50]. | [21] Et quicunque[51] fuerit electus[52] tutor, refutare non possit sub pena viginti quinque yperperorum[53] pro quolibet comuni[54] Ragusii[55] persolvenda.

[22] Currente[56] anno Domini M°CCC°XXXIIII°[57], indicione[58] secunda[59], die XXVIII[60] mensis madii[61], per nobilem et potentem virum d. Marchum[62] Justinianum[63], honorabilem comitem Ragusii, de voluntate et expresso consensu sui minoris et majoris consili, et cum laudo populi in[8] publica concione sono campanarum more solito congregato[64], declaratum et additum fuit huic statuto de tutoribus[32]: quod a modo in antea, tutores pupillorum et pupillarum vocati ad placitum teneantur[65] omnibus respondere de jure pro dictis pupillis et pupillabus[66], et satisfacere de bonis pupillorum, si a curia[67] sentenciabitur[68].

[1] Idem titulus in B. (sine numero) C. D. E. [2] D. E. decedunt [3] D. notario vadant [4] E. communis [5] C. D. omnia bona [6] E. immobilia [7] E. ubicumque, ubicunque [8] D. im [9] C. D. eclesie [10] D. de bonis defuncti [11] E. „libro", „loco" [12] D. tuttores [13] C. offitio [14] D. tuttorie [15] D. ejus uxore [16] C. cum eis et omnia, D. cum eis et dicta bona [17] D. E. augumentare [18] B. pleres (sic). [19] E. legittimam, legitimam

[20] D. quattuordecim [21] D. tuttoribus [22] E. ad administrandum [23] E. est dictum [24] C. E. rationem [25] D. quod possint bene [26] C. D. E. rationem [27] C. legittimos, E. legittimos, legitimos [28] B. eadem (sic) racionem, C. D. eandem rationem, E. eadem ratione [29] C. D. E. conditionibus [30] D. supradictis [31] E. quęcumque. quęcunque [32] D. tuttoribus [33] D. eliguntur [34] E. dictum est [35] D. solumodo [36] C. D. E. etiam [37] D. cartham, E. cartam, chartam [38] B. C. not., D. nottaric [39] E. carta, charta [40] E. deccesserint, decesserint [41] E. quatuordecim, quatuor et decem [42] D. legitimam, E. legittimam, legitimam [43] D. sucessionem [44] C. D. E. intentionis [45] B. bona non („non" in margine) [46] D. sucessores venerint [47] D. tuttoris [48] E. dictis [49] E. eorum conscientiam [50] C. D. E. conscientiam [51] E. quicumque, quicunque [52] E. ellectus, electus [53] E. iperperorum [54] E. communi [55] E. Rhacusino, Racusij [56] D. curente [57] E. 1334 [58] D. inditione [59] E. 2 [60] D. XXVIII°, E. 28 [61] E. maij [62] C. D. E. Marcum [63] E. addit „de Venetiis" in quibusdam exemplis [64] D. E. congregati [65] B. teneatur (sic). [66] D. pupilabus [67] D. accuria [68] C. D. E. sententiabuntur.

XLIII.

De[1] muliere que bona viri sui possidere[2] debeat post obitum dicti viri sui.

[1] Quia volumus quod mulier possidens lectum viri habere debeat quod est justum, statuimus: quod mulier[3], possidendo lectum viri, possideat omnia bona stabilia dicti viri sui pro vita sua habenda. | [2] Tamen ipsa non possit vendere nec donare nec alienare, neque[4] aliquam obligacionem[5] facere de bonis dicti viri sui. | [3] Que bona si non sufficerent ad vitam ipsius mulieris convenienter habendam, vel si non essent bona stabilia, sed solum mobilia, tunc tutores, si fuerint, vel commissarii[6] sive pitropi viri sui debeant ipsi mulieri addere vel dare de mobili, pro vita ipsius mulieris convenienter habenda, si ipsi cum dicta muliere poterunt concordare. | [4] Si autem dicti tutores[7] vel commissarii[8] sive pitropi cum ipsa muliere concordare non possent[9], d. comes cum parvo consilio, consideratis omnibus condicionibus[10] mulieris, faciet ei addi vel dari de mobili pro vita sua, ut videbitur convenire. | [5] Tamen si non fuerint nisi bona stabilia tantum, et ipsa bona essent in tam modica quantitate, quod d. comiti et dicto consilio videatur, quod dicta mulier de redditibus ipsorum bonorum stabilium non possit vitam suam convenienter habere, in isto casu volumus quod ipsa[11] mulier possit vendere de bonis stabilibus pro vita sua habenda, secundum quod[12] per comitem et dictum consilium fuerit ordinatum. | [6] Addimus eciam[13] quod quecunque[14] mulier posséderit lectum viri sui, debeat vineas juste et fideliter incidere et laborare cum consuetudine Ragusii. | [7] De bonis autem mobilibus sic ordinamus: quod quilibet homo in suo testamento possit de dictis bonis mobilibus secundum consuetudinem Ragusii ordinare et ipsa dimittere in manibus cujuscunque[15] voluerit ad utilitatem heredum suorum, si heredes habuerit, conservanda. Si autem non habuerit heredes, possit de suis bonis ordinare et dare ad voluntatem suam, secundum civitatis Ragusii[16] consuetudines et statuta.

[1] Idem titulus in B. C. D. E, adjecto in C. D. E. numero [2] C. D. E. viri possidere [3] E. quod possidendo [4] E. nec aliquam [5] C. D. E. obligationem [6] C. commessarii, D. comissarii, E. commissarii, comissarii [7] D. tuttores [8] D. comissarii, E. commissarii, comissarii [9] E. poterunt [10] C. D. E. conditionibus [11] E. dicta mulier [12] C. D. secundum per [13] C. D. E. etiam [14] E. quecumque, quecunque [15] E. cujuscumque, cujuscunque [16] E. Racusii, Racusine.

XLIV.

Quod[1] aliquis, tam advocatus quam alius, non possit recipere pro aliquo placito ultra unum denarium grossum, et de pena contrafaciencium[2].

Anno Domini m°cclxxxiii°[3], indicione[4] xi[5], die xxv[6] julii[7].

[1] Nos Johannes[8] Georgio, comes Ragusii[9], cum voluntate minoris et majoris consilii, et cum laudo populi in[10] publica concione[11] per sonitum campanarum, ut moris est, congregati, volentes quod in questionibus sive causis in curia ventilandis unusquisque sine inordinatarum expensarum gravamine consequi valeat jura sua, cum semper eligantur advocati curie de melioribus et utilioribus civitatis, statuimus et ordinamus: | [2] quod aliqua persona nullo modo vel ingenio dare debeat vel recipere, occasione[12] placitandi vel dandi consilium in nostra curia, ultra unum denarium grossum[13] pro quolibet placito. | [3] Et advocati curie teneantur per sacramentum d. comiti dicere, si sciverint aliquam personam facientem contra predicta. | [4] Et si aliquis, exceptis advocatis curie, voluerit placitare vel consilium dare pro ulla persona in[10] placito aliquo, teneatur affirmare per sacramentum quod non recepit nec sperat recipere aliquo modo vel ingenio, per se nec per alium, aliquid ultra unum denarium grossum pro dicto placito. | [5] Et similiter illa persona pro qua ille placitare vel consilium dare voluerit, teneatur affirmare per sacramentum quod non dedit nec dare debet, per se nec per alium, aliquo modo[14] vel ingenio pro dicto placito ultra unum denarium grossum. | [6] Et ut predicta[15] melius observentur, ordinamus: quod quicunque[16] fecerit contra predicta, tam in dando quam recipiendo[17], solvat qualibet vice[18] comuni[19] pro banno yperperos[20] quinquaginta pro quolibet. | [7] Si autem fuerit advocatus curie qui faciat[21] contra predicta, solvat qualibet vice comuni[19] pro banno yperperos[20] centum pro qualibet[22], et dictus advocatus non possit habere ulterius aliquod officium. | [8] Et quicunque[16] accusaverit contrafacientem, si poterit[23] legittime[24] probari, habeat medietatem dictorum bannorum, et teneatur in credencia[25] accusator.

[1] B. „*Anno — julii. Quod — contrafaciencium.* Nos“ etc. [2] C. D. E. contrafacientium [3] C. millesimo ducentesimo octuagesimo tercio, D. mill(es)i(m)o ducentessimo octuag(esim)o tertio, E. 1283 [4] D. inditione [5] D. xi^a^, E. 11 [6] E. 25 [7] D. jullii [8] B. Johes, C. D. Johanes [9] C. Raguxii [10] D. im [11] C. D. contione [12] E. ocasione, occasione [13] D. denarium unum grossum, E. grossum denarium unum [14] B. aquo modo (sic). [15] C. D. dicta [16] E. quicumque, quicunque [17] D. E. in recipiendo [18] E. „qualibet vice“, „pro qualibet vice“ [19] E. communi [20] E. iperperos [21] E. contrafaciat contra [22] E. quolibet [23] D. potterit [24] E. legitime, legittime [25] C. D. E. credentia.

XLV.

De[1] judicibus, ut non recipiant aliquid, et de pena illorum[2] qui contra hoc[3] faciunt.

[1] Statuimus ut aliquis judex non debeat aliquo modo vel ingenio, per se vel per alium, recipere aliquid pro aliquo placito ab aliqua persona: et qui contrafecerit, solvat quilibet pro banno yperperos[4] centum qualibet vice, et non possit plus habere aliquod officium. | [2] Et quicunque[5] accu-

saverit contrafacientem, si poterit[6] legittime[7] probari, habeat medietatem dicti banni[8], et teneatur accusator in credencia.

[1] Idem titulus in B. C. D. E., sed in B. sine numero [2] E. pena, qui contra hoc [3] C. D. omittunt „hoc" [4] E. iperperos [5] D. E. quicumque [6] D. potterit [7] C. D. E. legitime [8] C. D. banni predicti.

XLVI.

De[1] avere[2] comunis[3], qualiter debeat conservari, et de racione[4] facienda per eos qui recipiunt de moneta comunis[3].

[1] Ut introitus comunis[3] melius et utilius procurentur et comune[5] velocius habeat jura sua, statuimus: quod quicunque[6] fuerit electus[7] ad aliquod officium comunis[3], debeat totam monetam et res pertinentes comuni[8] custodire et salvare, et nulli debeat[9] de ipsa moneta vel rebus comunis[3] mutuare nec in suam[10] vel aliorum utilitatem convertere. | [2] Et quandocunque[11] ei requiretur racio[12] per d. comitem vel per receptores racionum[13] comunis[3] de mandato d. comitis, teneatur juste et fideliter facere racionem[14] et assignare camarariis[15] comunis[3] totum id quod pertinebit[16] comuni[8] infra tercium[17] diem, postquam ex parte d. comitis fuerit requisitus. | [3] Et qui contra predicta fecerit, solvat comuni[8] pro banno quartum plus, et postea[18] non possit esse in aliquo officio comunis[3], de quo possit aliquam utilitatem habere. | [4] Si autem predictus officialis noluerit esse contentus dicta racione[19], sed negabit de pecunia vel rebus comunis[3], et probabitur legittime[20] et convincetur[21] per racionem[14] in curia quod habeat de[22] denariis[23] vel rebus comunis[3], restituat comuni[8] totum illud de quo probabitur vel convincetur, in quadruplum pro furto. Et ab inde in antea non possit habere aliquod officium comunis[3].

[1] Idem titulus in B. C. D. E., sed in B. sine numero [2] E. havere [3] E. communis [4] C. E. ratione [5] E. commune [6] E. quicumque, quicunque [7] E. ellectus, electus [8] E. communi [9] D. nulli de [10] D. sua [11] E. quandocumque, quandocunque [12] C. D. E. ratio [13] C. D. E. rationum [14] C. D. E. rationem [15] C. D. E. camerariis [16] C. D. E. pertinet [17] D. E. tertium [18] E. preterea [19] C. D. ratione [20] E. legitime [21] D. convicetur [22] C. D. „de" deest [23] D. denarios.

XLVII.

De[1] sale comunis[2].

[1] Super sale comunis[2] providere volentes, ut introitus dicti salis ad profectus[3] comunis[2] utilius procuretur[4], statuimus: quod totus sal et quantitas[5] ipsius salis, tam cum recipietur quam cum dabitur, in libro comunis[2] scribatur. | [2] Et claves stacionum[6] dicti salis debeant stare in capsella camarariorum[7] comunis[2]. | [3] Et quocienscunque[8] recipietur vel dabitur de sale comunis[2], duo ex doaneriis[9] qui tunc temporis fuerint, illi videlicet duo[10] qui illo die non stabunt in doana[11], accipiant dictas claves salis a camarariis[12] comunis[2]: et debeant esse ad recipiendum vel dandum dictum salem[13], et debeant stare ambo presentes ad taliam, quousque sal receptus fuerit sive datus. | [4] Et quolibet die debeant facere scribi per scribanum doane[14] quantitatem salis que recipietur et a quo, et quantitatem[15] salis que dabitur et cui. | [5] Et quando sal totus receptus fuerit

aut datus, in continenti reddant claves stacionum[16] salis camarariis[12] comunis[2] ad conservandum eas[17], ut predictum[18] est. | [6] Et de sale comunis[2] non possit vendi[19] pro faciendis expensis necessariis[20] pro sale[21], set[22] omnes dicte expense solvantur per camararios[23] comunis[2]. | [7] Et quolibet mense, quando doanerii[24] facient[25] racionem[26] doane[27], teneantur eciam[28] facere racionem[26] salis dati sive recepti, in[29] presencia[30] d. comitis et consiliariorum de parvo consilio, et quantitas[31] dicti salis dati sive recepti quolibet mense[32] scribatur[33] in dicto libro comunis[2]. | [8] Et ut dicti doanerii[24] possint substinere[34] laborem, volumus quod quolibet die, quo stabunt ad recipiendum vel dandum de sale comunis[2], habeant a comuni[35] pro suo salario[36] denarium grossum unum pro quolibet, et eciam[28] habeant pro quolibet ligno in quo portabitur sal venditus comuni[35], duos modios salis, ab illo qui vendet dictum salem comuni[35].

[1] Idem titulus in B. C. D. E., sed in B. sine numero [2] E. communis [3] E. profectum [4] E. procurentur [5] C. E. quantitates [6] C. D. E. stationum [7] E. camerariorum [8] D. quotienscumque, E. quotiescumque [9] C. D. E. dohaneriis [10] E. illi duo videlicet [11] C. D. E. dohana [12] E. camerariis [13] D. sale [14] C. D. dohane, E. dohanę [15] C. quantitate (sic). [16] E. stationum [17] D. ad conservandum, ut [18] D. dictum [19] C. D. E. dari [20] E. neccessariis, necessariis [21] E. sali [22] C. D. E. sed [23] E. camerarios [24] C. D. E. dohanerii [25] D. faciunt [26] C. D. E. rationem [27] C. dohane, E. dohanę [28] C. D. E. etiam [29] D. im [30] C. D. presentia. E. pręsentia [31] C. D. E. quantitates [32] E omisit „quolibet mense“ [33] E. scribantur [34] D. E. sustinere [35] D. comunis, E. communi [36] E. solario.

XLVIII.

De[1] pena illorum qui faciunt[2] contra commissiones[3].

[1] Multociens[4] accidit quod aliqui homines fecerunt contra commissiones[5] sibi per d. comitem et comune[6] factas, nec contra eos aliquid determinatum erat; ideo statuimus: quod si aliquis[7] ambassiator[8] vel alius homo qui iverit pro negociis[9] comunis[10], contra commissionem[11] sibi factam ire presumpserit, vel aliquid obmiserit[12] de commissione[13], et[14] propter hoc comune[6] Ragusii dampnum[15] aliquod habuerit[16] de moneta, perdat salarium[17] suum et comuni[18] satisfaciat dictum dampnum[15]. | [2] Si autem in alio casu, | [3] excepto in[19] moneta, fecerit contra commissionem[11] vel obmiserit[20] de commissione, advocati comunis[10] de mandato d. comitis debeant illum qui contrafecerit placitare in consilio rogatorum. | [4] De quo consilio expellantur[21] ille qui placitabitur et parentes ejus, secundum formam statuti, et ibi debeat poni pars cum busulis[22] et ballotis[23], si fecit[24] contra[25] commissionem[11] vel non. | [5] Et si videbitur d. comiti et majori parti consilii rogatorum quod fecerit contra commissionem[11], debeat iterum placitari per advocatores[26] comunis[10] in[19] majori consilio. | [6] De quo eciam[27] consilio expellantur ipse qui placitabitur et parentes ejus, ut predictum est, et ibi debeant poni partes cum busulis[28] et ballotis[29] de quantitate condempnacionis[30], et illa pars que capietur in dicto majori consilio, sit firma, et d. comes debeat ipsam condempnacionem[31] exigere et facere quod veniat in comune[6] Ragusii.

[1] Idem titulus in B. (sine numero), C. D. E. [2] C. fatiunt [3] D. comissiones, E. commissionem [4] E. multoties [5] D. comissiones [6] E. commune [7] E. quis [8] D. ambasiator, E. ambassator, ambassiator [9] D. E. negotiis [10] E. communis [11] D. comissionem [12] D. omiserit, E. omiserit, ommiserit [13] D. comissione [14] C. D. „et“

deest. [15] E. damnum [16] D. aliquod de moneta [17] C. E. solarium (sic) [18] E. communi [19] D. im [20] D. omisserit, E. omiserit, ommisserit [21] E. expellatur, expellantur [22] E. bussolis [23] E. ballotis, balottis [24] E. fecerit [25] D. fecit comissionem [26] B. aduocares (sic). [27] C. D. E. etiam [28] D. busullis, E. bussolis [29] E. ballotis, balottis, ballottis [30] C. D. condempnationis, E. condemnationis [31] C. D. condempnationem, E. condemnationem.

XLIX.

Infra[1] quod tempus vinee et terre vendite possint repassari[2], et quod dicte vinee et terre[3] non passentur[4] nisi cum pertica[5].

[1] Ordinamus quod omnes qui de cetero vendent aut ement vineas vel terras, possint facere repassari eas quandocunque[6] eis placuerit infra unum annum, computando a die quo vendicio[7] facta fuerit et preconiçata[8]. | [2] Et si invenietur plus vel minus, unus alteri refundere teneatur. | [3] Et quicunque[9] infra dictum terminum non fecerit repassari, a dicto uno[10] anno in antea non audiatur. | [4] Et omnes vinee et terre debeant deinceps passari cum pertica[5] comunis[11], et non cum tungnis[12].

[1] Titulus idem in B. (sine numero) C. D. E. [2] D. repasari [3] D. terre et vinee [4] D. pasentur [5] D. partica [6] E. quandocumque, quandocunque [7] C. D. E. venditio [8] D. preconizata, E. pręconizata [9] E. quicumque, quicunque [10] E. a dicto anno [11] E. communis [12] E. tugnis.

In B. sequitur initium cujusdam capituli, cancellatum et deletum: „ . os (N miniatum omissum) Michael Maurocenus, comes Ragusii, cum voluntate minoris et majoris consilii, et cum laudo populi in publica concione congregati per sonitum campanarum, ut moris est". Cetera desunt. Michael Maurocenus erat comes Ragusii 1284—1286. In toto statutorum libro nulla invenitur constitutio ejus tempore promulgata.

L.

De[1] barcis non dandis Sclavis et de pena contrafaciencium[2].

[1] Quia sepius accidebat quod Sclavi[3] cum lignis et barcis[4] hominum de Ragusio infestabant venientes Ragusium cum victualibus et aliis mercacionibus[5], | [2] quod erat valde dampnosum[6] civitati Ragusii[7], nolentes[8] hoc de cetero tolerare[9], statuimus: | [3] quod aliqua persona de civitate et toto districtu Ragusii non audeat dare[10] ad naulum, nec vendere, nec donare, neque aliquo modo vel ingenio dare alicui Sclavo gondulam aliquam, nec barcam, neque barcusium, nec aliquod lignum a tribus remis supra; et quicunque[11] contrafecerit, solvat qualibet vice comuni[12] pro banno yperperos[13] viginti quinque[14], cujus banni medietatem habeat accusator, si per ejus accusam veritas poterit indagari.

[1] Titulus idem in B. C. D. E., sed in B. sine numero [2] C. D. E. contrafacientium [3] B. Scalui (sic). [4] E. barcis, barchis [5] C. D. E. mercationibus [6] E. damnosum [7] D. Ragusine [8] E. volentes [9] D. tollerare, E. tollere (sic). [10] E. ad naulum dare [11] D. qui, E. quicumque, quicunque [12] E. communi [13] B. yppos, C. D. yppr., E. ipp. [14] C. xxv.

LI.

De[1] marangonibus et calofatis, ut non vadant ad laborandum in[2] barcis Sclavorum, et de pena illorum qui contra hoc faciunt.

[1] Ut interdicatur Sclavis copia barcarum et aliorum lignorum, cum quibus dampnificare[3] solent sepius navigantes per mare, ordinamus: |

[2] quod aliquis marangonus vel calofatus, de civitate et toto districtu Ragusii, de cetero non debeat ire ad laborandum vel aptandum seu reficiendum aliquam barcam vel aliquod lignum alicujus Sclavi. Et quicunque[4] contrafecerit, solvat qualibet vice comuni[5] pro banno[6] yperperos[7] decem, et accusatori, si per ejus accusam scietur veritas, debeat dicti banni medietas exhiberi[8].

[1] Titulus idem in B. C. D. E., sed in B. sine numero: LI. [2] D. im [3] E. damnificare [4] E. quicumque, quicunque [5] E. communi [6] D. pro banno comuni [7] B. yppos, C. yppros, E. ippos, ipp. [8] D. exiberi.

LII.

De[1] libertate concessa omnibus ducentibus bladum in Ragusio[2], et quod additum est vicario, pitantario et ripariis de salario[3], occasione predicta[4].

Anno Domini MºCCºLXXXXIIº[5], die XXII[6] madii[7].

[1] Nos Andreas Dandulo[8], clare memorie condam[9] d. Johannis[10] Danduli, illustris ducis Veneciarum[11] filius, de mandato d. ducis Veneciarum[12] comes Ragusii, cum voluntate minoris[13] et majoris consilii, et cum laudo populi in[14] publica[15] concione congregati ad sonitum[16] campanarum, ut moris est, et cum voluntate et consensu reverendi patris d. Bonaventure, Dey[17] gracia[18] archiepiscopi Ragusini, et tocius[19] capituli ecclesie Ragusine, | [2] considerantes quod statutum[20] factum: quod Ragusei, qui veniunt Ragusium cum frumento et blado, et portant partem ecclesie s. Marie majoris, tenentur[21] de ipso frumento et blado dare et redere[22] certam partem d. archiepiscopo, sacristario, ripariis et pitantario[23] comunis[24] Ragusii, prout in ipso statuto distincius[25] reperitur, est multum honerosum[26], contrarium et molestum illis qui veniunt Ragusium cum frumento, et contra salutem et bonum statum civitatis Ragusii, et forte aliqui dicta de causa cessant dicta victualia Ragusium[27] aportare[28]: | [3] Idcirco nolentes amplius tolerare[29], quod ubi franchicia[30] esse debet, servitudo aliqua procedatur et specialiter illis qui volunt Ragusium conducere[31] victualia, statuimus et ordinamus: quod statutum illud quod loquitur de predictis, specialiter[32] de frumento et blado dando d. archiepiscopo, sacristario, ripariis et pitantario, a modo in antea sit cassum et vanum et nullius valoris[33], et in[14] perpetuum remaneat[34] revocatum. | [4] Addentes insuper, quod riparii comunis[24] habere debeant annuatim a comuni[35] yperperum[36] unum pro quolibet, ultra salarium decem yperperorum[37], quod habebant hactenus[38]. | [5] Et pitantarius comunis[24] similiter habeat yperpera[39] quinque annuatim, ultra suum salarium stabilitum.

[1] B.: „*Anno — madii. De libertate — predicta.* Nos Andreas Dandulo“ etc. [2] B. C. Rag., E. in Racusio [3] E. solario [4] E. „occasione predicta“ deest [5] E. 1292 [6] D. XXIIº, E. 22 [7] D. maji, E. maii [8] C. Daldulo (sic). [9] C. D. E. quondam [10] D. Johanis, E. Joannis [11] E. Venetiarum [12] C. D. filius, comes; E. „filius — ducis Veneciarum“ deest [13] D. sui minoris [14] D. im [15] C. puplica [16] C. D. sonum [17] C. D. E. dei [18] D. E. gratia [19] D. E. totius [20] B. statututum (sic). [21] C. D. E. teneantur [22] C. E. reddere [23] C. pintantario (sic). [24] E. communis [25] C. E. distinctius, D. distintius [26] E. onerosum [27] D. Ragusii [28] E. apportare [29] C. tollerare [30] E. franchitia [31] E. conducere, adducere [32] E. de predictis, de frumento

[33] C. D. valloris [34] D. im perpetuum revocatum [35] E. communi [36] B. ypp., C. ypprum, E. ipperperum [37] E. iperperorum [38] C. D. actenus [39] B. ypp., C. yppr., E. iperpera.

LIII.

De salario vicarii[1].

[1] Item statuimus et ordinamus: quod vicarius qui eligetur per tempora a proximo festo s. Michaelis[2] de septembri[3] in antea, non debeat habere moçaticum[4] de frumento, nec de aliquo blado a foresteriis, et statutum quod loquitur in hac parte sit cassum et vanum et nullius valoris. | [2] Volumus tamen quod vicarius habeat annuatim a comuni[5] Ragusii[6] pro suo salario[7] yperpera[8] quadraginta, videlicet yperpera[9] xvii[10] a comune[11] predicta, ultra yperperos[12] xxiii[13] quos[14] habebat hactenus[15] pro salario[7]. | [3] Preterea ordinamus: quod foresterii qui ducent[16] frumentum vel aliud bladum Ragusium ad vendendum, a dicto tempore in antea solvant comuni[5] Ragusii pro mensuris de quolibet centenario stariorum frumenti et bladi milliarenses[17] novem, secundum quod solvunt Ragusini. | [4] Et officiales comunis[18] supra[19] fundicum dictum dacium[20] recoligere[21] teneantur.

[1] Titulus idem in B. C. D. E., sed in B. sine numero [2] B. Machaelis (sic). [3] C. setembris, E. septembri, 7mbri, 7bri [4] E. mozaticum [5] E. communi [6] D. Ragusii, E. Racusino, Rhacusino [7] E. solario [8] B. ypp., D. yppros, E. iperperos, ipp. [9] B. C. ypp., D. yperperos, E. ipp., ippa [10] E. 17, decem et septem [11] D. yperperos xvii predicta, E. occasione, ocasione predicta [12] B. ypp., C. yppr., D. yppros, E. ippos, ipp. [13] C. D. viginti tres, E. 23, tres et viginti [14] D. quas [15] D. actenus [16] D. ducunt [17] B. C. D. milliar., E. milliarenses [18] E communis [19] D. super [20] E. datium [21] D. colligere, E. recolligere.

LIV.

De[1] revocacione[2] dacii[3] vini.

[1] Item nos jam[4] dictus comes, cum voluntate minoris[5] et majoris consilii, et cum laudo populi congregati in eadem publica[6] concione ad sonum campanarum more solito[7], considerantes quod statutum dacii[3] vini multum gravabat personas et homines de Ragusio, tam clericos quam laycos[8] et monasteria civitatis, et forte exinde multa fiebant perjuria, et cum magno labore et tedio poterat recoligi[9], et parvus exinde procedebatur introitus: | [2] Eciam[10] quia d. archiepiscopus et capitulum ecclesie[11] Ragusine, qui dictum[12] dacium[13] solvere tenebantur[14], | [3] laudaverunt et consencientes[15] fuerunt revocacioni[16] statuti[17] superius nominati de blado. Idcirco ad Dei honorem et pro salubri et bono statu civitatis Ragusii[18], statuimus et ordinamus: | [4] quod statutum dicti dacii[3] vini sit ab hodie[19] in antea revocatum, et in[20] perpetuum irritum[21] remaneat atque[22] vanum.

[1] Titulus idem in B. C. D. E, in B. sine numero [2] C. D. E. revocatione [3] D. E. datii [4] C. D. jam nos [5] E. majoris et minoris [6] C. puplica [7] D. campanarum, considerantes [8] E. laicos [9] E. recolligi [10] C. D. E. etiam [11] C. eclesie [12] B. „dictum" bis scriptum [13] E. datium [14] D. tenebatur [15] E. consentientes [16] B. revocac. (sic), C. D. E. revocare (sic). [17] „statuti" codices omnes [18] E. Racusine [19] D. a modo, E. inde [20] D. im [21] D. iritum [22] B. adque (sic), C. D. E. atque.

*

LV.

De falsis follaris et grossis[1].

Anno Domini M°CCLXXXXIIII[2].

[1] Nos Marinus Badoarius miles, comes Ragusii, cum voluntate minoris et majoris consilii, et laudo populi congregati sonitu campanarum more solito, videntes quod folari[3] falsi in[4] magna quantitate per civitatem[5] cotidie[6] discurebant[7], et de foris multi[8] eciam[9] ducebantur[10], unde dampnum[11] et contrarium generaliter omnibus accidebat; nolentes hoc[12] amplius tollerare[13], sed ipsam falsam monetam consumare penitus diligentes, statuimus et firmamus: quod nulla persona debeat de aliquibus partibus ducere in[14] Ragusium nec ejus districtum folaros[15] falsos, sub pena et banno yperperorum[16] centum pro quolibet et qualibet[17] vice, et amitendi[18] folaros[19] ipsos; quod si solvere non poterit, perdat manum dexteram, et accusator qui contrafacientem accusaverit habeat medietatem dicte pene, si per ejus accusam poterit veritas[20] reperiri. | [2] Item quod[21] aliqua persona non debeat[22] in Ragusio nec in suo districtu expendere nec uti falsos folaros[15], sub pena et banno unius denarii grossi pro quolibet falso folaro[23]. Et quilibet possit accusare contrafacientem, et habeat medietatem dicte pene. | [3] Et ille cui datum fuerit falsum folarum[24], teneatur in continenti accusare illum qui dedit ei falsum follarum, et habeat in hoc credenciam[25] per totam diem[26] qua sibi datum fuerit, et si de nocte datum fuerit, habeat credenciam[27] per diem sequentem. | [4] Item quod[28] tabernarie, si domino seu[29] patrono vini falsos folaros[30] aportabunt[31], teneatur ille patronus seu dominus in continenti ipsos falsos folaros[15] consumare, et tabernaria ipsa eidem domino bonos folaros[15] assignare teneatur. | [5] Et ut hec omnia bene observentur volumus: quod omnes de majori consilio et omnes officiales comunis[32] per sacramentum teneantur accusare contrafacientes, et habeant medietatem pene. Teneantur eciam[9] dicti de majori consilio et officiales sacramento, ubicunque[33] viderint et invenerint grossos falsos non existentes de argento, incidere. | [6] Istos volumus cognosci et haberi pro falsis folaris:

Stamenos de Dyrachio[34] et Romania;
Folaros[19] de Armenia et Turchia, novos et veteres;
Folaros[19] factos de peciis[35] de rame, sine literis[36] vel[37] figuris;
Folaros[19] incisos;
Folaros[19] qui dicuntur capucie:
Et generaliter omnes folaros novos factos et facturos in formam veterem[38].

[1] B.: „*Anno* — M°CCLXXXXIIII. *De falsis — grossis.* Nos" etc. [2] C. D. M°CCC° nonag(esim)o quarto, E. 1294 [3] C. E. follari [4] D. im [5] B. civitate (sic). [6] C. D. cottidie, E. quotidie [7] E. discurrebant [8] D. etiam multi [9] C. D. E. etiam [10] E. deducebantur [11] E. damnum [12] D. nolentes amplius [13] E. tolerare [14] D. ducere Rag. [15] C. D. E. follaros [16] E. iperperorum [17] B. qualibus (sic). [18] E. amittendi [19] D. E. follaros [20] D. veritas poterit [21] B. C. D. Item si [22] C. D. habeat [23] C. D. E. follaro [24] C. D. E. follarum [25] C. D. E. credentiam [26] E. per totam diem sequentem. Item [27] C. D. credentiam [28] D. Item tabernarie [29] E. seu, vel [30] E. follaros [31] E. apportabunt [32] E. communis [33] E. ubicumque, ubicunque [34] C. D. Durachio, E. Dyrrachio, Dyrachio [35] D. E. petiis [36] D. E. litteris [37] E. et [38] C. veterum.

LVI.

(De[1] personis parcium[2] Sclavonie servientibus et complacentibus comuni[3] vel singularibus personis Ragusii et de offendentibus. C. D. E.)

Anno Domini millesimo tercentesimo IIIº[4], indicione[5] prima[6], die nono decimo[7] mense[8] novembris[9].

[1] Nos Marinus Badoarius miles, comes Ragusii, in tercio[10] regimine sui comitatus, cum voluntate minoris[11] et majoris consilii, et cum laudo populi congregati sonitu campanarum ut moris est, ordinatum et firmatum fuit: quod cum dignum et justum sit reddere unicuique secundum opera sua, | [2] videlicet bona facientibus retribuantur bona, et offendentibus respondeatur justa[12] offensiones[13] suas, | [3] quod cuilibet persone de partibus Sclavonie, que de cetero serviet et complacebit comuni[3] seu singulari persone de Ragusio, reddatur[14] premium et meritum per comune[15] Ragusii, loco suo et tempore, sicut conveniens fuerit, juxta servicium[16] quod fecerint[17] pro comuni[3], vel indiviso. | [4] Ne vicium[18] ingratitudinis comuni[3] Ragusii vel singularibus personis possit inpingi[19]. | [5] Item quod cuilibet persone de dictis partibus Sclavonie cujuscunque[20] condicionis[21] existat, que de cetero offensionem faciet[22] vel injuriam[23] comuni[3] Ragusii vel speciali[24] persone, reddatur meritum justa[25] offensiones illatas, ita quod nullus[26] possit de sua malicia[27] gloriari. | [6] Item quod ad perpetuam[28] memoriam fiat liber unus qui vocetur: liber meritorum, in quo libro scribantur nomina personarum que servient et complacebunt comuni[3] Ragusii seu singularibus personis Ragusii, et servicia[29] et beneplacita facta per tales personas pro[30] comuni[3], vel in specialitate. Item quod in eodem libro scribantur nomina omnium[31] personarum que de cetero[32] offendent vel injuriam facient comuni[3] Ragusii seu singulari persone Ragusii per homines de aliquibus partibus Sclavonie, et insuper omnes offensiones et injurie illate per eos comuni[3] vel in specialitate, ita quod suo loco et tempore per comune[15] Ragusii, tam servientibus comuni[3] et singularibus personis de Ragusio, quam offendentibus comune[15] et speciales personas ejusdem[33], reddatur premium et meritum per comune[15] et singulares personas, sicut unusquisque meruerit, tam in serviendo quam in offendendo. | [7] Qui liber stare et manere debeat[34] penes camerarios comunis[35] Ragusii qui per tempora[36] fuerint in civitate predicta.

[1] In B. sine titulo; incipit „Anno" etc. In margine vero additum est manu recentiori: „hic defficit rubrica ista, videlicet: De personis" etc. [2] D. E. partium [3] E. communi [4] C. D. MºCCCºIIIº, E. 1303 [5] D. inditione, E. indictione [6] D. tertia, E. Ia [7] C. D. XVIIII. E. 19 [8] E. mensis [9] D. novembri [10] D. E. tertio [11] D. sui minoris [12] B. C. iusta (sic). In D. antea erat scriptum „justa", E. juxta [13] E. responsiones [14] C. D. de Ragusio loco suo et tempore, sicut conveniens fuerit, reddatur premium et meritum per commune Ragusii [15] E. commune [16] D. E. servitium [17] E. fecerit [18] E. vitium [19] D. E. impingi [20] D. E. cujuscumque [21] C. D. conditionis [22] E. faceret [23] B iniuria (sic) [24] C. spetiali [25] B C. iusta, D. E. juxta [26] B. nullius (sic). [27] E. malitia [28] E. perpetuam rei memoriam [29] D. E. servitia [30] D. per tales personas. Item [31] E. nomina personarum [32] E. pro: „de cetero offendent vel injuriam facient comuni Ragusii" legitur: „quę servient et complacebunt communi Racusii" [33] D. eisdem [34] E. stare debeat et manere [35] E. communis [36] E pro tempore.

LVII.

Qualiter[1] ordinate sunt vie et domus[2] in[3] burgo, tempore civitatis combuste.

[1] Cum nemo valeat[4] divinis resistere[5] judiciis, ortus est ignis in civitate Ragusii[6], qui ferre[7] totum burgum et majorem partem civitatis antique incendio consumavit[8]. | [2] Quod quidem incendium fuit anno nativitatis[9] Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto[10], indicione[11] nona[12], die Jovis de nocte, xvi°[13] intrante[14] mense augusti[15]. Idcirco nos Marinus Maurocenus[16], de ducali mandato comes Ragusii, ad ipsius civitatis retifficacionem[17] et statum vigili solicitudine intendentes, et specialiter ad constitucionem[18] domorum ac[19] stratarum sive[20] viarum ipsius civitatis et burgi, anno sive millesimo supradicto, die vero[21] vigesimo tercio[22] intrante mense septembris, congregato minori et majori consilio et laudo populi, congregati[23] ad sonitum campanarum more solito, statuimus et ordinamus: | [3] quod ante domos comunis[24] Ragusii in quibus est constituta doana[25], dimitatur[26] una via latitudinis passorum quatuor[27], que cum dicta latitudine vadat usque ad ecclesiam[28] s. Nicole[29] de Campo. | [4] In circuitu vero muri civitatis, a parte interiori, dimitatur[26] via una[30] latitudinis passorum quinque. | [5] Item in costeria burgi, incipiendo circa ecclesiam[28] s. Nicole, transire debeat via una[31] latitudinis passorum trium per teritorium[32] comunis[24], eundo per ponentem usque ad murum civitatis. | [6] Item in dicto burgo debeant[33] hedifficare[34] domos[35] super stratam comunis[24], incipiendo a parte[36] levantis eundo in parte[37] ponentis, et quelibet domus sit latitudinis passorum trium[38], et totidem in longitudine, et cadant inter ipsas domos[39] gotales in spacio[40] palmorum trium de canna. | [7] Dimitatur[41] eciam[42] vie inter dictas[43] domos latitudinis palmorum decem de canna pro qualibet via. Que quidem vie cum eadem[44] latitudine[45] continuentur et vadant[46] usque ad murum civitatis ex parte montis. Et tali modo et ordine continuari debeant domos[35] cum suis gotalibus et viis usque ad murum civitatis porte de Pilis[47], | [8] ita tamen quod aliqua persona nullum solarium[48], scalam nec aliquod laborerium in[3] predictis nec supra predictis viis facere possit. | [9] Preterea ex altera parte burgi ordinamus quod una via latitudinis palmorum decem de canna dimitatur[41] et vadat per teritorium[32] comunis[24], incipiendo a domibus illorum de Volcasio[49] a parte levantis, et transeat a latere dictarum domorum et a latere[50] domus Ursacii[51] Cereve et domus Mathie[52] Mencii. Et sic continuando discurat[53] usque ad viam que transit inter domum Triphonis[54] Georgii et teritorium[32] archiepiscopatus Ragusii[55]; que quidem via, cum dicta latitudine et longitudine aperta et disocupata, remaneat in[56] perpetuum, nec possit in ea aliquod hedifficium[57] laborari. | [10] Est autem sciendum quod predicta[58] via tota est in comunis[24] Ragusii territorio, excepto quod in fine sui termini[59] ex parte ponentis predicta via perintrat in teritorio[60] Triphonis[54] Georgii palmos quinque, et in teritorio[60] Martoli Cereve perintrat palmos decem ab uno capite, et sic finitur in dictis palmis quinque territorii[61] nominati Triphonis[54], et ita remanet terminus territorii[61] comunis[24] in loco territoriorum[62] dictorum Triphonis[54] et Martoli[63] passos duos et dimidium. | [11] Ordinantes insuper quod illi qui habent[64] posessiones[65], unde predicta via vadit, solvere debeant annuatim illud quod per dictum[66]

d. comitem et consilium extitit ordinatum, prout in libro affictuum et territoriorum[62] comunis[24] plenius continetur. | [12] Ceterum ordinamus super dictam[67] stratam comunis[24] domus taliter fabricari, hoc vero ordine: quod incipiendo a parte levantis a domo illorum de Volcasio[68], in duodecim passis et dimidium[69] hedifficentur[70] domos quatuor[27] cum suis gotalibus palmorum trium pro gotale, et in fine illius termini[71] dimitatur[72] via una palmorum decem in latitudine. | [13] Que quidem via transeat inter territorium monasterii s. Marie de Melita et domum Ursacii Cereve et intret per portam hedifficatam[73] in[3] muro, | [14] per quam intratur ad territoria[74] illorum de Gondula[75], et taliter[76] discurat[53] usque ad murum civitatis veteris. | [15] A predicta autem via in antea usque ad capud[77] territorii[61] Stancii[78] Sub esse debeant domus[79] due in[3] passibus vi cum gotali palmorum iii[80]. Et inter territorium[62] dicti Stancii[78] et territorium[62] Damiani Gondule[81] dimitatur[72] via una latitudinis palmorum octo, et vadat recta[82] usque ad murum civitatis veteris. A predicta autem[83] via usque ad capud[77] subsequentis territorii[61] Mathie[84] Mencii[85], hedifficari[86] debeant domus due cum gotale[87] consueto, prima quarum habeat passos tres et palmos septem, alia vero passos tres et palmos sex pro termino. Et inter territorium[62] et domum dicti Mathie[84] vadat via consueta latitudinis palmorum novem, que vadat recta usque ad portam muri civitatis, per quam intratur ad domum Martoli[88] Cereve. Et a predicta via in antea usque ad aliud capud[77] territorii[61] dicti Mathie[84] qui confinat cum territorio[60] Triphonis[54] Georgii, hedifficentur[89] domos[90] sex in termino passorum viginti, et unaqueque[91] domus habeat terminum passorum trium, et gotales modo prescripto[92]. Et inter territorium[93] dicti Mathie[84] et territorium[62] Triphonis[54] Georgii transire debeat[94] via una[95] latitudinis palmorum decem, et vadat recta[96] usque ad murum civitatis veteris. Item a predicta via in antea discurrendo[97] totum territorium[62] Triphonis[54] Georgii[98] et territorium[62] Martoli[63] Cereve, hedifficentur[89] domos[35] quinque in termino passorum sexdecim cum gotalibus consuetis. Et in capite dicti termini, inter domum dicti Triphonis[54] et territorium[62] archiepiscopatus Ragusii, vadat via consueta, que discurat[53] cum eadem latitudine qua[99] acthenus[100] consuevit. Preterea a predicta via in antea discurendo[97] totum territorium[61] archiepiscopatus Ragusii, in termino passorum triginta octo, hedifficari[86] debeant domos[35] decem cum suis gotalibus palmorum trium pro gotale. Et inter predictas domos discurere[101] debeant vie quatuor[102], palmorum decem pro[103] via in latitudine, que quidem discurant[104] per territorium[62] archiepiscopatus Ragusii usque ad viam que vadit ad ecclesiam[28] Omnium Sanctorum. Via vero que transire videtur a latere monasterii Pulcelarum[105], remaneat in suo statu actenus[100] consueto. Item a putheo[106] comunis[24], qui est ante monasterium[107] Pulselarum[108], vadat via[109] consueta per territorium[62] dicti archiepiscopatus, que quidem via venit usque ad domum Sersii et de inde ante castellum, et cum sua latitudine permaneat sicut actenus[100] consuevit. Alia quidem via que venit ab ecclesia[110] Omnium Sanctorum et a latere[111] domus Dimitri[112] de Vilano[113], debeat cum sua latitudine in antiquo statu et consuetudine permanere. Et via que vadit a porta fundici et ante staciones[114] Johannis Çelipe[115], permaneat et vadat usque ad domum Pasque[116] Picurarii cum latitudine consueta. | [16] Que quidem vie omnes superius anotate[117], disocupate et aperte perpetualiter debeant permanere, et nemo

in eis nec super eas possit facere scalam, nec archivoltum vel[118] solarium[48], ita quod semper cum dicta latitudine sint aperte. | [17] Nec in dicto burgo aliquis de cetero facere debeat nec habere privatum, nisi in domibus propriis in quibus habitant[119]; et illos privatus faciant sub terra, ita quod inmundicia[120] non discurat[53] in[3] predictis viis et gotalibus ordinatis. | [18] Patroni vero, unde predicte vie vadunt per sua territoria[74], dimitere[121] debeant dictas vias et reffundere[122] unus[123] alteri, prout poterunt ad invicem convenire. Et si concordare non possent ad invicem, d. comes cum minori consilio debeat eligere[124] tres bonos viros, qui debeant determinare[125] illud quod sibi justum videbitur. Et quicquid[126] ipsi determinaverint, firmum et ratum habeatur. | [19] Statuta autem et ordinamenta[127], que sunt contra hunc ordinem, nulius[128] valoris irrita revocamus[129].

[1] Titulus idem in B. C. D. E., in B. sine numero [2] B. domos (sic). [3] D. im [4] E. valet [5] E. resistere divinis [6] D. in civitate, qui [7] E. fere [8] E. consumpsit, consumsit [9] E. anno domini [10] C. D. M°CCↃLXXXXVI, E. 1296 [11] E. indictione [12] E. 9 [13] E. 16 [14] E. intrante augusto [15] E. augusto [16] E. Mauroceno [17] B. retifficacionem, C. retifficationem, D. redifficacionem, E. rectificationem [18] C. E. constitutionem [19] E. et [20] D. ac [21] D. omisit „vero“ [22] D. vigesimo tertio, E. vigesima tertia [23] E. populi ad sonitum [24] E. communis [25] C. D. E. dohana [26] C. E. dimittatur [27] D. quattuor [28] C. eclesiam [29] E. Nicolai [30] E. una via [31] B. viam unam (sic). [32] C. E. territorium [33] E. debeat [34] C. hedificari, D. edificari, E. ędificari [35] E. domus [36] D. a porte [37] C. D. a porte ponentis (sic), E. in partem [38] D. passorum et [39] E. domos ipsas [40] D. E. spatio [41] B. C. dimitatur, D. dimittantur, E. dimittatur [42] C. D. etiam, E. et [43] D. ipsas [44] C. D. eandem (sic). [45] D. latitudinem [46] D. continuantur usque ad [47] E. Pillis [48] E. solarium, sollarium [49] E. Volcassio [50] D. et a domus [51] E. Orsacii [52] E. Matthie [53] E. discurrat [54] E. Trifonis [55] D. Ragusini [56] C. im [57] C. hedificium, D. edificium, E. ęd- [58] D. dicta [59] B. terminis (sic). [60] C. E. territorio [61] D. teritorii [62] D. teritoriorum [63] D. Martholi [64] B. hant, C. habeant, D. habebant [65] C. E. possessiones [66] B. quod p dcm, C. per predictum (correctum ex uno *p*) [67] E. supradictam [68] D. Volcassio, E. Volcassio, Volcasio [69] E. dimidio [70] C. hedificentur, D. edificentur, E. ęd- [71] B. illius terminus (sic), C. termis [72] E. dimittatur [73] D. E. edificatam [74] D. teritoria [75] C. D. Gondola, E. Gundula [76] D. et discurat [77] E. caput [78] D. Stantii Sub esse, E. Stanii (sic), B. C. E. subesse [79] B. domos (sic). [80] C. tres, D. E. trium [81] E. Gundule [82] E. et vadat usque [83] D. quidem [84] E. Mathie, Matthie [85] C. D. Mentii [86] D. edificari, E. ęd- [87] E. gotali [88] D. Martolice [89] D. edificentur, E. ęd- [90] B. C. domos (sic), E. domus [91] D. unaquaque [92] E. supradicto [93] C. inter territorio (sic). [94] C. debeant [95] B. C. viam unam (sic). [96] C. rectam [97] E. discurrendo [98] B. Gregorij, C. Gregorio [99] E. quę [100] C. D. actenus, E. hactenus [101] E. discurrere [102] D. vie palmorum [103] D. „pro latitudine“, loco: „pro via in latitudine“ [104] E. discurrant [105] D. Puncellarum, E. Pulcellarum [106] C. D. E. puteo [107] D. monasterio [108] B. C. pulselarum D. pulsellarum, E. Pulcellarum [109] C. D. E. omittunt „via“ [110] C. eclesia [111] D. allatere [112] D. Dimytri [113] C. D. E. Villano [114] C. E. stationes [115] C D. E. Celipe [116] D. Pasqualis [117] D. annotate, E. anotatę, annotatę [118] C. nec [119] E. habitat [120] D. E. immunditia [121] C. D. E. dimittere [122] C. refundere [123] B. uni, C. ex „uni“ correctum „unus“, D. unus [124] D. elligere [125] E. terminare [126] B. quicquic (sic), E. quidquid [127] B. ordinameta (sic). [128] C. nullius [129] C. D. revocemus.

[20] Anno[1] Domini millesimo tercentesimo quarto[2], indicione[3] secunda[4], die vicesimo[5] intrante mense aprilis.

Nos Marinus Badoarius miles, comes Ragusii, in tercio[6] regimine sui comitatus, cum voluntate sui minoris et majoris consilii, ordinatum et firmatum fuit: quod a modo in antea nulla noviça[7] que vadit[8] ad maritum,

non audeat nec debeat se ligare nec portare corna[9], secundum antiquam consuetudinem, sub pena yperperorum[10] decem pro qualibet contrafaciente. Clamatum fuit hoc publice per loca solita per Matheum[11] preconem communis[12].

[1] In codd. omnibus sine titulo speciali. Vide Monumenta Ragusina (Mon. spectantia historiam Slavorum meridionalium vol. 29) V, 74. [2] C. D. M°CCC°IIII°, E. 1304 [3] D. inditione [4] E. 2 [5] C. vicessimo, D. vig(esim)o, E. 20 [6] C. D. E. tertio [7] E. novizza [8] B. vadat, C. D. E. vadit [9] B. corna, sicut Mon. Rag. V, 74; C. D. cornua, E. corona, corna [10] E. iperperorum [11] E. Mattheum, Mathęum [12] E. communis.

LVIII.

De pena vrasde[1].

Millesimo trecentesimo octavo[2], indicione VI[3], die XXIX[4] septembris.

[1] Antiqua consuetudo fuit per omnes reges et homines Sclavonie et tocius[5] regnaminis cum omnibus comitibus et homines Ragusii, quod si aliquis Raguseus interficeret[6] aliquem de Sclavonia et de toto regnamine[7], quod solveret pro vrasda perperos[8] quingentos, et e contrario[9] facerent homines de Sclavonia et de regnamine[7]. | [2] Tempore vero nobilis viri d. Belleti[10] Falletro[11], tunc comitis Ragusii, casus contigit, quod per Raguseum interfectus fuit quidam Sclavus, et dictus d. comes noluit sententiare[12] dictam consuetudinem, sed voluit procedere secundum statuta d. Johannis[13] Teupoli, ad que servanda dicebat se per sacramentum[14] esse astrictum[15]. Et ex hoc fuit discordia inter dictum d. comitem et homines Ragusii. Et super hiis[16] per ipsum comitem[17] et homines Ragusii missum fuit ad d. ducem et comune[18] Veneciarum[19]. Quibus questionibus et controversiis auditis, d. dux et comune[18] Veneciarum[20] mandavit quod dictus d. comes[21] tunc procederet in dicto casu secundum[22] dicta statuta. | [3] Tempore autem nobilis viri d. Andree Dauro[23], comitis Ragusii, successoris dicti d. Belleti[10] in dicto comitatu Ragusii, missi fuerunt sollempnes[24] ambaxatores[25] ad d. ducem et comune[18] Veneciarum[20] pro parte d. comitis et comunis[26] Ragusii, supplicando[27] reverenter et requirendo[28], quod ei placeret, quod de cetero[29] dicta[30] antiqua consuetudo vrasde servaretur. | [4] Quibus ambaxatoribus[31] per d. ducem et comune[18] Veneciarum[19] fuit responsum, et per ducales literas[32] d. comiti et comuni[33] Ragusii scriptum in[34] mandatis: quod deberent mittere ad d. regem Urosium[35], et eum requirere et instanter rogare quod ei placeret justiciam[36], que Deo et hominibus et toti[37] mundo amabilis est, servare, ita quod si aliquis[38] de suis hominibus et de toto regnamine[39] interficeret aliquem Raguseum, quod ipsum homicidium[40] mortis supplicio[41] puniret: quod si facere vellet, d. comes et homines Ragusii parati erant facere similem justiciam[36], si aliquis Raguseus interficeret aliquem Sclavum[42]. Et si dictus rex non esset contentus et non vellet facere dictam justiciam[36], silicet[43] punire mortem[44] pro morte, sed vellet omnino servare dictam[45] consuetudinem vrasde, quod d. comes et homines et comune[18] Ragusii eandem vrasdam[46] et ipsam[47] consuetudinem[48] vrasde[49] servare teneatur[50] et facere dicto d. regi, et hominibus Sclavonie et tocius[51] regnaminis[52], non obstantibus in hoc casu statutis et capitulis d. Johannis[13] Teupoli. | [5] Unde visis et intellectis

dictis literis[53] d. ducis, ipse d. comes et comune[18] Ragusii miserunt sollempnes[54] ambaxatores[55] juxta mandatum d. ducis ad dictum[56] regem, supplicantes[57] reverenter et eum requirentes[58] instanter, ostendendo eciam[59] ei[60] literas[32] predictas d. ducis, quod ipse faceret justiciam[36] de suis hominibus et tocius[51] regnaminis secundum modum supradictum, si casus contingeret[61], quod Deus avertat, quod si facere vellet, d. comes et homines Ragusii parati erant de suis Raguseis ei[62] facere illud eidem[63]. | [6] Quibus auditis, dictus d. rex respondit quod in hoc nullo modo assentiret et quod nolebat[64] spargere sanguinem suorum, sed volebat[65] servare et tenere antiquam consuetudinem vrasde predecessorum suorum et suam, et quod aliud non faceret aliquo modo, quia hoc eciam[59] firmaverat per sacramentum. | [7] Et quod Ragusei facerent[66] de suis Raguseis quicquid[67] vellent, sed ipse aliud[68] non faceret de suis hominibus, nisi secundum dictam consuetudinem vrasde. Et hec omnia firmavit sacramento dictis[69] ambaxatoribus[31] nostris, et dedit eis pro comuni[33] Ragusii autentica[70] et sollempnia[71] privilegia[72]. | [8] Unde nos Andreas Dauro[73], comes Ragusii, cum nostris minori[74] et majori consiliis, cum laudo populi in cunccione[75] publica in[76] platea comunis[77] ad sonum[78] campanarum more solito congregata[79], volentes literas[32] et mandatum domini nostri, d.[80] ducis reverenter servare, bono statui hominum et civitatis Ragusii sollicite providere[81], statuimus et firmamus: quod si aliquis Raguseus de cetero aliquem de Sclavonia vel de toto regnamine interfecerit, solvat perperos[82] quingentos pro vrasda, secundum dictam antiquam consuetudinem vrasde, et si dictam vrasdam non solvet, sit in[34] banno civitatis et districtus Ragusii, donec dictam vrasdam integre soluerit.

[1] B.: „*Millesimo trecen(te)si(m)o octavo, indicione* VIa, *die* XXIXo *setembris. De pena urasde.* Antiqua“ etc., C. vrafde [2] C. D. Millesimo CCCoVIIIo, E. 1308 [3] C. D. sexta, E. 6 [4] C. D. vicessimo nono, E. 29 [5] D. E. totius [6] E. interfecerit [7] E. regimine [8] E. iperperos [9] D. eccontrario, E. e contra [10] E. Belletti [11] C. D. Fallatro, E. Falletro, Falerto (sic). [12] B. seniare (sic), C. sententiare, D. sntiare, E. servare [13] E. Joannis [14] C. sacramentum tunc [15] E. adstrictum [16] E. his [17] E. ipsum et homines [18] E. commune [19] D. E. Venetiarum [20] E. Venetiarum [21] E. dictus comes [22] E. servandum, secundum [23] D. Daure [24] C. D. solempnes, E. solemnes [25] E. ambassatores [26] E. communis [27] D. suplicando, E. supplicando, suplicando [28] E. requirendo et instanter rogando [29] D. E. omittunt: „de cetero“ [30] D. quod antiqua [31] E. ambassatoribus [32] E. litteras [33] E. communi [34] D. im [35] D. Uroxium, E. Uroscium [36] E. justitiam [37] E. toto, toti [38] E. quod si quis [39] E. omisit: „et de toto regnamine“ [40] E. homicidam [41] C. supplitio, D. suplicio, E. supplicio, suplicio [42] D. Sclaum [43] E. scilicet [44] E. morte pro morte [45] C. D. servare consuetudinem [46] B. usradam (sic). [47] D. et consuetudinem [48] B. consuetudine (sic). [49] B. usrade (sic). [50] D. teneantur [51] C. tocius, correctum in: totius, E. totius [52] E. regiminis [53] E. litteris [54] B. sollepnes (sic). [55] E. miserunt ambassatores [56] E. dictum d. regem [57] D. suplicantes [58] C. D. omittunt: „et eum requirentes“ [59] C. D. E. etiam [60] E. ei etiam [61] E. contigerit [62] E. facere ei [63] E. idem [64] C. nollebat [65] C. vollebat [66] B. C. faceret, D. E. facerent [67] B. D. quicquid (sic), E. quidquid [68] D. sed ipse non [69] E. „dictis“ deest [70] E. autentica, authentica [71] C. solempnia, E. solemnia [72] D. privillegia [73] B. C. Daur., D. Daure [74] C. D. minoris et majoris [75] B. cuccoe, C. D E. contione, D. im publica contione [76] C. im [77] E. communis [78] E. sonitum [79] E. congregati [80] C. D. nostri ducis [81] C. D. omittunt: providere [82] B. ppos, C. yppr., D. yppros, E iperperos.

LIX.

(De justicia[1] facienda de illis qui occiderint Sclavos et[2] C. D. E.) tenor[3] literarum d. ducis Veneciarum[4] super pena vrasde.

Petrus Gradonicus[5], Dei gracia[6] Veneciarum[7], Dalmacie[8] atque Chroacie[9] dux, dominus[10] quarte[11] partis et dimidie tocius[12] imperii Romanie, nobili et sapienti viro Andree Dauro[13], de suo mandato comiti Ragusii, et universitati civitatis ejusdem, fidelibus suis dilectis, salutem et dileccionis[14] affectum.

[1] Ad nostram venientes presenciam[15] nobiles viri Ursacius[16] de Bodaça[17], Marinus de Dersa[18] et Nicola de Gundula[19], ambaxatores[20] vestri, nobis pro parte vestra humiliter supplicarunt, | [2] quod cum in commissione[21] comitis vestri contineatur inter alia, quod qui interficit[22] alium debet mori, et rex Urosius[23] suos Sclavos qui vestros interficiunt[24] Raguseos, mori non faciat, sed eos solvere facit D yperperos[25] pro maleficio commisso nec penam aliam paciantur[26]. | [3] Et dignaremur vobis concedere de gracia[6] speciali quod in hoc ceteris ad similem condicionem[27] cum Sclavis predictis, non obstante commissione[21] comitis vestri predicti, scilicet[28] quod si aliquis Raguseus aliquem Sclavum occiderit[29], solveret penam predictam D[30] yperperos et penam aliam non haberet. | [4] Super quibus prudencie[31] vestre scribimus per nos et nostra consilia, minus et majus, vobis precipiendo mandantes[32], quatenus mittere debeatis ad d. regem Raxie[33], quem[34] faciatis requiri et instanter rogari, | [5] quod cum quelibet lex divina et humana precipiat et sic per mundum[35] servetur, quod qui interficit alium moriatur, pro conservanda justicia[1], placeat ei esse contentum[36] justiciam[37], que tantum Deo et hominibus placeat[38], servare ac[39] facere de suis Sclavis, qui occideret[40] Raguseos, similiter facere eos mori, cum vos parati sitis, sicut esse debeatis, ipsam justiciam[37] servare[41] et[42] facere eos mori. | [6] De quo si ipse rex erit contentus vos sic observare et justiciam[37] facere, ut dictum est, inviolabiliter observetis; si autem ipse rex de ipsa facienda justicia[43] nollet esse contentus, sed vellet se tenere et servare predictam consuetudinem D[44] yperperorum[45], tunc in arbitrio vestro relinquimus servandi[46] in[47] predictis similem consuetudinem vel consuetudines erga Sclavos, quas ipsi erga vos servabunt, | [7] non obstante puncto commissionis[48] predicte vestri comitis quod, quantum in hoc, duximus revocandum.

Datum in nostro ducali palacio[49], die VIII°[50] mensis aprilis, VIe[51] indicionis[52].

[1] E. justitia [2] E. omisit „et“ [3] B. „*Tenor — vrasde*“ literis rubris [4] E. litterarum d. ducis Venetiarum [5] E. Gradenicus [6] C. D. E. gratia [7] E. Venetiarum [8] E. Dalmatie [9] D. Crovatie, E. Croatie [10] C. D. E. dux, quarte [11] B. quartete (sic). [12] C. D. E. totius [13] D. Daure [14] C. D. E. dilectionis [15] C. D. E. presentiam [16] C. D. E. Ursatius [17] C. D. Budaça, E. Budazza, Budaza [18] D. E. Darsa [19] D. Gondula [20] E. ambasciatores, ambassatores [21] D. comissione [22] E. interfecit, interficit [23] E. Uroscius, Ursocius (!) [24] B. C. D. interficit Raguseos, E. interficiunt [25] B. yppos, C. D. yppr., E. iperperos [26] E. patiuntur [27] C. E. conditionem [28] C. D. silicet [29] E. occideret [30] C. Dc (c additum manu recentiori), D. quingentorum yperperorum, E. quingentos iperperos [31] C. D. prudentie, E. prudentię [32] D. mandamus [33] E. Rascię, Rassię [34] B. que, C. E. quem. D. quod [35] B. mudum (sic) [36] C. D. contentum deo et [37] E. justitiam [38] E. placet [39] E. et [40] E. occiderint [41] C. servari [42] C. D. ac facere de vestris Raguseis, qui occiderent suos Sclavos, similiter facere eos mori [43] C. E. justitia [44] D. E. quingentorum

[45] E. iperperorum [46] B. C. seniandi, D. sentenciandi, E. servandi [47] D. im [48] D. comissionis [49] D. pallatio, E. palatio [50] C. D. VIIII°, E. 8 [51] D. VIª, E. 6 [52] D. VIa indicione M°CCC°XVIII°, E. indictione.

LX.

De igne[1].

Anno Domini M°CCC° nono[2], indicione[3] septima[4], die sexto[5] intrante januarii[6], tempore d. Andree Dauro[7], comes[8] (sic) Ragusii.

[1] Nos Andreas Dauro[9], comes Ragusii, incessantis[10] sollicitudinis[11] studio intendentes ad conservacionem[12] et salutem hominum et civitatis Ragusii, considerantes, quod ex incautela[13] multarum personarum de inprovisione[14] ignis posset grande et generale periculum civitati Ragusii imminere[15], de voluntate et expresso consensu nostrorum minoris et majoris consilii[16], et cum laudo populi in cunccione[17] publica[18] ad sonum campanarum in[19] plathea[20] congregata[21], ut moris est, statuimus et firmamus: | [2] quod si aliquo casu contingeret, quod Deus avertat, quod ignis incenderetur in aliqua domo, in civitate Ragusii vel in[19] burgo, quod omnes[22] homines de civitate et burgo Ragusii teneantur currere[23] ad succurendum[24] et extinguendum ipsum ignem, cum manariis[25] vel cum galetis vel cum mastellis aque. | [3] Et quod nulla mulier, cujuscunque[26] condicionis[27] et status sit, audeat vel presumat in illa hora, sive in die sive in nocte sit, exire domum, nec ire ad locum illum ubi esset dictus ignis, in[19] pena de perperis[28] quinque pro qualibet et qualibet vice. | [4] Et si mulier[29] illa fuerit maritata, quod maritus solvat dictam penam; et si est[30] vidua, ipsa solvat de dotibus et bonis suis; et si non est[31] maritata et habeat patrem, pater teneatur solvere dictam penam, vel mater vel fratres, si non habet[32] patrem, vel ipsa de bonis suis, si est heres. Et si sit alterius condicionis[27], quod ipsa de bonis suis solvat sine aliqua remissione; et accusator habeat medietatem. si per ejus accusacionem[33] veritas poterit[34] reperiri[35]. | [5] Exceptis bajulis, sclavis et aliis servicialibus[36] nobilium de Ragusio, que tenentur[37] omnes currere[23] cum galetis et mastellis aque, in pena de perperis[38] v pro qualibet[39]. | [6] Item quod omnes calligarii[40] et pelliçarii[41] teneantur currere cum suis mastellis cum aqua ad locum ubi esset dictus ignis, et marangoni[42] et calafati[43] cum eorum manariis, et primiaçi[44] cum mastellis[45] vel galetis[46] aque, in[19] pena de perperis[47] v pro quolibet et pro[48] qualibet vice. | [7] Item, si dictus casus occurreret[49] de igne[50] quod diruatur una domus, vel plures, si oportuerit[51] a qualibet parte illius domus in qua esset dictus ignis, et quod ille[52] domus que diruentur[53] illa de causa, emendentur[54] per comune[55] Ragusii, secundum extimacionem[56] justam trium vel quinque bonorum hominum[57] vel majorem partem ipsorum, qui ad hoc deputati fuerint per d. comitem et ejus consilium. | [8] Item quod emantur per comune[58] in quolibet sexterio manarie[59] xx, que deputentur[60] certis bonis hominibus qui cum manariis[61] illis teneantur currere ad dictum locum ignis, occurente casu, in[19] pena de v perperis[62] pro quolibet et qualibet vice. Et predicti quibus deputate fuerint dicte manarie[69], non possint[63] eas donare nec vendere, prestare, alienare, vel de domo sua relaxare, modo aliquo vel ingenio, in[19] pena de perperis[62] duo[64] pro quolibet et pro[48] qualibet vice.

[1] B.: „*Anno — Ragusii. De igne.* Nos" etc. [2] C. MCCCIX, D. M°CCC°IX°, E. 1309 [3] D. inditione [4] E. 7 [5] E. 6 [6] E. januario [7] D. Daure, E. Dauri [8] B. C. comes (sic), D. E. comitis [9] E. Daurus [10] C. D. incensantis, E. incensantis, incessantis [11] E. sollicitudinis, solicitudinis [12] C. D. E. conservationem [13] D. incautella [14] E. improvisione [15] C. E. imminere [16] E. consiliorum [17] C. D. E. concione [18] C. puplica [19] D. im [20] C. D. E. platea [21] E. congregati [22] E. quod homines [23] D. curere [24] E. succurrendum [25] E. marinariis [26] B. cuicunque (sic), E. cujuscumque, cujuscunque [27] C. E. conditionis [28] C. D. yppr., E. iperperis [29] B. Et similiter (sic), C. E. Et si mulier, D. similr correctum in: simulr [30] D. vidua est [31] E. esset [32] E. habeat [33] C. D. E. accusationem [34] C. D. reperiri poterit [35] D. potterit [36] E. servitialibus [37] D. teneantur [38] C. de ypp., D. de yppr., E pena iperperorum [39] B. quilibet (sic). [40] C. E. caligarii [41] E. pellizarii [42] E. marangonii [43] C. D. calofati [44] B. C. primiaçi (p'miaçi), D. primiaci, E. premiazi [45] E. matellis, mastellis [46] D. galletis [47] B. pp., C. D. yppr., E. iperperis [48] C. D. E. et qualibet [49] D. occureret, E. occurreret, occurerit [50] D. igni [51] D. opportuerit [52] E. illa domus [53] E. diruetur [54] E. emendetur [55] E. commune [56] C. D. E extimationem [57] E. virorum bonorum [58] D. comune Ragusii [59] E. manare [60] E. deputantur [61] E. marinariis, manariis [62] B. pp., C. D. yppr., E. ippis [63] B. C. possit, D. E. possint [64] C. D. duobus (in C. correctum ex: duo).

LXI.

De[1] tercia[2] parte doane[3] danda pro inpromtis[4].

Anno Domini M°CCC°IX°,[5] indicione[6] septima[7], die XVI[8] setembris[9], tempore[10] d. Andree Dauro[11], comes (sic)[12] Ragusii.

[1] Nos Andreas Dauro[13], comes Ragusii, cum voluntate et consensu minoris et majoris consilii, et cum laudo populi in[14] publica concione[15] ad sonum campanarum more solito in[14] plathea[16] congregato[17], statuimus et firmamus: quod pro impromptu[18] de perperis[19] MMCLXX[20] quod[21] fit in[14] presenti, et pro omnibus impromptis[22] que de cetero fient[23] comuni[24] per homines Ragusii, deputetur et sit deputata tercia[2] pars doane[3]. | [2] Et quod nullus comes de cetero possit infringere presens statutum, nec in aliquo immutare, nec possit per se vel per alium proponere[25] in aliquo consilio ad revocandum vel immutandum[26] hoc statutum, in[14] pena sui sacramenti. | [3] Et quod nulla persona audeat vel presumat arengare[27] vel proponere in aliquo consilio ad revocandum vel immutandum presens statutum, in[14] pena de perperis[28] XXV pro quolibet et pro[29] qualibet vice.

[1] In B. „*De tercia — comes Ragusii*" colore rubro [2] D. E. tertia [3] D. E. dohane [4] C. impromtis, D. impromptis, E. improntis [5] E. 1309 [6] D. inditione, E. indictione [7] E. 7 [8] E. 16 [9] C. D. E septembris [10] E. omisit verba: „tempore d. Andree Dauro, comes Ragusii" [11] D. Daure [12] B. C. comes, D. comitis [13] E. Daurus [14] D. im [15] C. contione [16] C. D. E. platea [17] E. congregati [18] E. improntu [19] B. pp., C. ypp., D. yppr., E. iperperis [20] E. 2170 [21] B. quo (sic), C. D. E. quod [22] C. impromtis, E. improntis [23] E. fierent [24] E. communi [25] D. ponere [26] E. ad revocandum hoc statutum [27] E. arrengare [28] C. de ypp., E. iperperorum [29] E. et qualibet vice.

LXII.

(De personis parcium[1] Dalmatie[2] superioris obligatis per cartam notarii[3] Ragusini[4], quod teneantur respondere C. D. E.)

Tempore[5] d. Bartholomei Gradonici, comitis Ragusii[6].

Currente[7] anno Domini millesimo CCC°IX°[8], indicione[9] septima[10], die XVIII°[11] decembris, tempore nobilis viri d. Bartholomei Gradanici[12], comitis

Ragusii, in minori et majori consilio, et cum laudo populi in publica[13] concione[14] in[15] plathea[16] ad sonum campane[17] more solito congregato[18], statutum fuit et firmatum: quod omnes persone de Dalmacia[19] superiori, videlicet[20] de omnibus et singulis civitatibus et locis de Dalmacia[21] superiori a Ragusio superius versus orientem[22], que de cetero facient vel contrahent[23] aliquod debitum[24] vel debita in Ragusio[25], quacunque[26] racione[27] vel causa cum carta[28] notarii[29] vel scriptura quaterni, vel ydoneis[30] testibus, teneantur de ipso debito vel[31] debitis respondere coram d. comite Ragusii et sua curia, si inventi fuerint[32] Ragusii[33] et[34] per suos creditores requisiti, et satisfacere de dictis debitis, si per d. comitem Ragusii et suam curiam fuerint sentenciati[35], non obstante aliquo statuto comunis[36] Ragusii hinc retro facto.

[1] D. E. partium [2] D. Dalmatie [3] C. not., D. notarie, E. deest [4] C. D. Ragus., E. in Racusio [5] In B. „*Tempore com tis Rag.*“ colore rubro [6] C. D. E. verba „Tempore — Ragusii“ omissa [7] D. curente [8] C. D. MºCCCºIXº, E. 1309 [9] E. indictione [10] E. 7 [11] E. 18 [12] B. Gradan., C. D. Gradoc., E. Gradenicensis [13] B. pubica (sic), C. puplica [14] C. contione [15] D. im [16] C. D. E. platea [17] E. campanarum [18] E. congregati [19] C. E. Dalmatia [20] E. „videlicet — Dalmacia superiori“ omissum [21] C. Dalmatia [22] E. a Racusio supra orientem versus [23] E. facient aliquod debitum [24] B. dibitum (sic). [25] C. D. aliquod debitum Ragusii [26] E. quacumque, quacunque [27] E. ratione [28] E. carta, charta [29] B. C. not., D. nottarie, E. notarii, notarię [30] E. idoneis [31] D. debito respondere [32] B. fuerent (sic); item in C., sed ibi correctum in -int [33] E. fuerint Racusium [34] D. „et“ alia manu additum [35] D. E. sententiati [36] E. communis.

LXIII.

(De[1] sale non portando[2] ad loca proibita[3]. C. D. E.)

Currente[4] anno Domini MºCCCºXIº[5], indicione nona[6], die penultimo mensis marcii[7].

[1] Nos Bartholomeus Gradanicus[8], comes Ragusii, cum voluntate et expresso consensu minoris et majoris[9] consilii, et cum laudo populi in[10] publica cunccione[11] in[10] plathea[12] ad sonum campanarum, ut moris est, congregata[13], statuimus et firmamus: quod nullus Raguseus de cetero a capite de Cumaro[14] versus[15] Ragusium et a Budua versus[15] Ragusium, de suo vel de alieno ligno, sive Raguseorum sive forestariorum[16], nec in terra nec de terra, audeat vel presumat caregare[17] vel discaregare[18] salem, | [2] nec[19] de ligno in lignum, causa ducendi vel mittendi[20] ad aliquam partem, nisi Ragusium, in[10] pena que in statuto de sale continetur.

[1] B. sine titulo: „Curente“ etc. In margine manu recentiori: „R(ubric)a: De sale non portanda (sic) ad loca prohibita“ [2] C. „portando“ correctum ex „portanda“ [3] D. E. prohibita [4] D. curente [5] C. D. MºCCCºIXº, E. 1311 [6] D. inditione, E. indictione, D. IXª, E. 9 [7] D. E. martii [8] B. Gradanic., C. D. Gradoc., E. Gradenicus [9] E. maijoris, majoris [10] D. im [11] C. cunctione, D. E. concione [12] C. D. E. platea [13] E. congregati [14] B. C. Cumar, E. Cumaro [15] E. usque [16] B. C. forestariorum, D. E. foresteriorum [17] E. cargare [18] B. discare (sic), E. discargare [19] C. D. „nec“ deest [20] D. mitendi.

LXIV.

(De[1] navigiis euntibus in conserva[2]. C. D. E.)

Millesimo ccc° undecimo[3], indicione[4] nona[5], die decimo septimo[6] mensis julii[7].

Nos Bartholomeus Gradonicus[8], comes Ragusii, cum voluntate et expresso consensu minoris et majoris consilii[9], et cum laudo populi in publica[10] concione[11] ad sonum campanarum in[12] plathea[13], ut moris est, congregata[14], statuimus et firmamus: quod omnia ligna et naves que de cetero per d. comitem, qui est et qui per tempora erit, et suum minus consilium mittentur, et ponentur in conserva et sub ordine capitanei ad eundum ad aliquas partes, debeant esse sub tali ordine, quod si aliquod dampnum[15] per corsarios[16] eveniret[17] in dictis lignis sub aliquo eorum, quod totum illud dampnum[18] emendetur per avaream de toto avere[19] dictorum lignorum et de ipsis lignis, apreciando[20] ipsa ligna tercium[21] minus.

[1] B. sine titulo: „Millesimo“ etc. In margine manu recentiori: „Ru(bri)ca: De navigijs“ etc. [2] E. conservam [3] B. Mill(esim)o ccc° xx undecimo (xx in rasura); C. D. Millesimo cccxx° undecimo; E. 1311 [4] D. inditione, E. indictione [5] E. 9 [6] D. xvii°, E 17 [7] D. jullii [8] B. Gradonic., C. D. Gradoc., E. Gradenicus [9] B. cosilii (sic). [10] C. puplica [11] C. D. contione [12] D. im [13] C. D. E. platea [14] E. congregati [15] E. damnum [16] C. corsareos [17] D. evenerit [18] C. E. illud emendetur [19] D. E. havere [20] E. appreciando, apreciando [21] D. E. tertium.

LXV.

(De[1] sale qui[2] fiet in districtu Ragusii, quo feri[3] possit. C. D. E.)

Currente[4] anno Domini m°ccc° tercio decimo[5], indicione[6] undecima[7], die undecima[8] mensis marcii[9].

[1] Nos Bartholomeus[10] Gradonicus[11], comes Ragusii, cum voluntate et expresso consensu minoris et majoris consilii, et cum laudo populi ad sonum campane[12] in[13] plathea[14], ut moris est, congregata publica concione[15]; statuimus et firmamus: quod omnes persone que de cetero facient vel fieri facient salem in districtu Ragusii, debeant quolibet anno conducere vel facere conduci Ragusium totum salem quem fecerint, ad kalendas[16] augusti. Et alium salem quem facient postea per totum mensem augusti, faciant conduci Ragusium usque ad kalendas[16] setembris[17] tunc sequentis. Et alium salem, quem postea facient, conducant vel conduci faciant Ragusium usque ad ultimum diem, qua[18] cessabunt facere salem quolibet anno. Et dictum salem in Ragusio vel districtu[19] vel in aliquo loco prohibito alicui persone, modo aliquo vel ingenio, vendere non possint in grossum vel ad minutum, nisi comuni[20] Ragusii vel comerclo[21]. | [2] Et si cum comuni[20] vel comerclo[22] concordare non poterunt[23], possint ipsum salem conducere ad loca non prohibita. | [3] Et si ipsum salem discaregare[24] voluerint[25] in Ragusio, possint discaregare[24] ita quod claves ipsius salis designentur et dentur in[13] manibus camarariorum[26] comunis[27], et detur eis in scriptis quantus sit ille sal. | [4] Et postea dictum salem possint caregare[28] et portare ad loca non prohibita, si cum comune[29] Ragusii vel cum comerclo[30] non poterunt concordare. | [5] Et quicunque[31]

fecerit contra predicta vel aliquid[32] predictorum, solvat comuni[20] pro banno perperos[33] xxv qualibet vice, et salem vel valorem salis. Et accusator[34] habeat medietatem banni, si per ejus accusam[35] veritas poterit inveniri.

[1] In B. sine titulo: „Currente“ etc. In margine addita est manu recentiori eadem rubrica [2] E. quod [3] E. ferri [4] D. curente [5] D. MoCCCoXIIIo, E. 1313 [6] D. E. indictione [7] D. XIa, E. 11 [8] E. 11 [9] D. E. martii [10] E. Bartolomęus, Bartholomęus [11] Sicut in cap. 64 nota 8. [12] C. D. E. campanarum [13] D. im [14] D. E. platea [15] C. contione [16] D. kallendas [17] C. D. septembris, E. 7mbris, 7bris [18] E. quo [19] D. districtum [20] E. communi [21] C. camerclo (sic), D. camarelo, E. camerario [22] E. camerario [23] E. poterint [24] C. discargare, E. discarigare [25] B. voluerit [26] D. E camerariorum [27] E. communis [28] D. caricare, E. caricare, carigare [29] E. commune [30] C. comerelo (sic), D. camarelo, E. camerario [31] E. quicumque, quicunque [32] D. aliquod [33] B. pp., C. D. yppr., E. iperperos [34] D. accuxator [35] D. accuxam.

LXVI.

(De[1] dohaneriis[2] vel fontecariis[3] qui stant extra districtum[4] Ragusii. C. D. E.)

Currente[5] anno Domini Mo trecentesimo tercio decimo[6], indicione undecima[7], die undecima[8] mensis marcii[9].

Nos Bartholomeus Gradonicus[10], comes Ragusii, cum voluntate et expresso consensu minoris et majoris consilii, et cum laudo populi in[11] publica concione in[11] platea, ut moris est, ad sonum campanarum congregata, statuimus et firmamus: quod si aliquis ex doaneriis[12] vel[13] ex fundegariis[14] de cetero steterit extra districtum Ragusii quindecim diebus continuis, quod perdat officium suum et alius loco ejus eligatur[15].

[1] B. sine titulo: „Currente“ etc., sed in margine manu recentiori adscripta est eadem rubrica [2] B. in margine: doaneriis [3] B. in margine: fondechariis, D. fondecariis [4] C. D. districtus [5] D. curente [6] C. Millesimo CCCo tercio decimo, D. MoCCCo tertio decimo, E. 1313 [7] E. 11 [8] D. Xa, E. 11 [9] D. E. martii [10] B. Gradonic., C. D. Gradoc., E. Gradenicus [11] D. im [12] C. D. E. dohaneriis [13] E. vel fondegariis [14] C. D. E. fondegariis [15] C. elligatur.

LXVII.

(De[1] emptore rei stabilis non solvente[2] precium[3] ad terminum. C. D. E.)

Nos Paulus Maurocenus, comes Ragusii, cum voluntate minoris et majoris consilii, et cum laudo populi in[4] publica concione[5] ad sonum campane[6] in platea, ut moris est, congregata[7], statuimus et firmamus: quod si de cetero aliqua persona emet aliquam possessionem stabilem[8] et non solverit precium[3] ad terminum statuti vel ad terminum ordinatum inter venditorem et emptorem, quod possit vendi de bonis stabilibus et mobilibus emptoris et de possessionibus quas tunc emisset, et quod[9] persona emptoris detineatur in castello ad voluntatem venditoris usque ad plenam satisfacionem[10] tocius[11] precii[12] dicte possessionis vendite, et nulla consuetudo vel statutum hactenus factum valeat contra istud statutum.

[1] B. sine titulo: „Nos Paulus Maurocenus“ etc. Titulus additus est in margine manu recentiori [2] C. solventes, D. solventis [3] D. E. pretium [4] D. im [5] C. D. contione [6] D. E. campanarum [7] E. congregati [8] C. stabillem [9] B. et quod pars (?) persona (*ps psona*) [10] C. satisfationem, E. satisfactionem [11] D. E. totius [12] C. D. E. pretii.

LXVIII.

(De[1] denunciatione[2] fienda[3] confinatoribus. C. D. E.)

Item, quod quecunque[4] persona de cetero vendet aliquam possessionem stabilem[5], teneatur facere denunciare[6] illis personis que confinant cum illa possessione vendita, que[7] erunt in Ragusio, et illa denunciacio[8] scribatur in quaterno comunis[9].

[1] In B. sine titulo: „Item quod“ etc. Rubrica vero adscripta est in margine manu recentiori. [2] B. in margine: denunciatione, C. denuntiatione, D. nuntiatione, E. denunciatione [3] E. facienda [4] C. quicunque, E. quęcumque, quęcunque [5] C. stabillem [6] D. denuntiare [7] C. D. qui [8] C. E. denunciatio, D. denuntiacio [9] E. communis.

LXIX.

(De[1] personis detentis in castello occasione[2] debiti. C. D. E.)

Currente[3] anno domini millesimo trecentesimo octavo decimo[4], indicione[5] prima[6], die xxviiii°[7] marcii[8].

[1] Nos Paulus Maurocenus[9], comes Ragusii, cum voluntate et consensu minoris et majoris consilii, et cum laudo populi in[12] publica concione[10] ad sonum campanarum[11] in[12] platea comunis[13], ut moris est, congregata, statuimus et ordinamus: quod si aliqua persona fuerit detenta in castello ad peticionem[14] alicujus pro aliquo debito, nullus alius creditor dicti debitoris detenti, qui haberet cartam[15] vel debitum magis antiquum illo pro quo detentus fuerit, possit ipsum extrahere de castello, set[16] pro omnibus creditoribus suis debeat in castello permanere, | [2] dummodo[17] primo solvatur creditori, de bonis dicti[18] debitoris, et sic[19] successive uni[20] post alium; | [3] salvo semper statuto de presenti viagio[21].

[1] In B. sine titulo: „Currente“ etc.; eadem rubrica adscripta est in margine manu recentiori. [2] E. occasione, ocasione [3] D. curente, E. „Currente . . . martii“, in altero exemplo adest, in altero deest. [4] C. D. m°ccc°xviii°, E. 1318 [5] D. inditione, E. indictione [6] E. 1 [7] D. xxix°, E. 29 [8] D. E. martii [9] B. Maurecen. (sic), C. D. Mauro, E. Maurocenus [10] C. contione [11] C. D. campane [12] D. im [13] E. communis [14] D. E. petitionem [15] E. cartam, chartam [16] E. sed [17] D. dumodo [18] D. de bonis debitoris [19] B. sicut successive, C. D. E. sic successive [20] C. D. unum [21] E. viaggio.

LXX.

(Quantum[1] comes[2] cum parvo consilio expendere possit de avere[3] comunis[4]. C. D. E.)

Currente[5] anno domini m° trecentesimo nono decimo[6], indicione secunda die secundo mensis junii[7].

Tempore nobilis et potentis[8] viri d. Ugolini Justiniani[9], honorabilis comitis Ragusii, in[10] majori consilio sono campane more solito congregato, in quo quidem[11] consilio interfuerunt lxxxxi[12] consiliarii, posite fuerunt due partes: una, quod d. comes cum suo minori consilio, qui nunc est vel pro tempore[13] fuerit, possit de avere[3] comunis[4] presentare personis dignis in civitate vel districtu sive prope districtum Ragusii venientibus, secundum dignitatem condicionis[14] et statum dictarum personarum, in[10]

pane, vino et aliis rebus[15] comestibilibus, usque ad decem perperos[16] et non plus; et alia fuit, quod non. Et[17] capta[18] fuit pars per LXXXX[19] ipsorum consiliariorum[20], quod d. comes cum suo minori consilio, ut supra dictum est, possit expendere de avere[3] comunis[4] modo supradicto[21] usque ad X perperos[16].

[1] In B. sine titulo: „Currente" etc. Eadem rubrica addita est in margine manu recentiori. [2] D. d. comes [3] E. havere [4] E. communis [5] D. Curente [6] C. Millesimo CCC°XVIIII, D. M°CCC°XVIIII°, E. 1319 [7] E. „indictione 2, die 2 mensis junii", in aliis exemplaribus „indictione 1., die 29 martii" (ex cap. 69) [8] E. nobilis viri [9] B. C. D. Justin., E. Justiniani, Justin. [10] D. im [11] D. in quo consilio [12] E. 91 [13] D. per tempora [14] C. E. conditionis [15] C. D. E. aliis comestilibus [16] B. pp, C. ppos, D. yppros, E. iperperos [17] D. Et captum fuit per LXXXX [18] B. capta tram (sic) fuit [19] E. 90 [20] B. consiliorum (sic), item in C., ubi supra lineolam additum est „ari" [21] C. D E. predicto.

LXXI.

(De[1] judicibus majoris[2] curie, petentibus aliis personis vel[3] alie persone[4] cum[5] eis. C. D. E.)

[1] Nos Paulus Maurocenus, comes Ragusii, cum voluntate et consensu[6] minoris et majoris consilii, et cum laudo populi in[7] publica[8] euncione[9] ad sonum campanarum[10] in[7] plathea[11] more solito congregata[12], statuimus et firmamus: quod si de cetero aliquis judex de majori curia petet aliquid vel movebit questionem in judicio[13] supra aliquam personam, vel si aliquis petet vel movebit questionem supra aliquem judicem de majori curia, ille judex qui petet, vel supra quem petetur, non debeat sedere ad judicium, nec consulere cum d. comite nec cum aliis judicibus in illa questione. | [2] Et tam ille judex de majori curia qui petet, quam ille qui petet supra judicem, possit[14] refutare[15] pro quolibet unum de aliis judicibus in illo placito, si sibi placuerit. | [3] In omnibus aliis factis antiqua statuta remaneant[16] in sua firmitate.

[1] In B. sine titulo: „Nos" etc. Rubrica adscripta est in margine manu recentiori. [2] C. D. majoris, E. minoris [3] E. „vel etc." (cetera desunt) [4] B. in margine: alie persoe (?), C. alie *ps.* D. persone [5] D. chum [6] D. cum voluntate minoris [7] D. im [8] C. D. puplica [9] C. D. cunctione, E. concione [10] C. D. campane [11] C. D. E. platea [12] C. D. congregato [13] C. juditio [14] E. possint [15] D. reffutare [16] C. remaneat.

LXXII.

(De[1] hiis[2] qui habent jus in re stabili vendita, et sunt absentes tempore preconiçationis[3]. C. D. E.)

Currente[4] anno Domini M°CCC° vigesimo[5], indicione quarta[6], die XVI[7] mensis novenbris[8].

Nos Bartholomeus Gradonicus[9], comes Ragusii, cum voluntate nostri minoris, majoris et generalis consilii[10], et cum laudo populi sono campanarum more solito congregato[11] in[12] platea comunis[13], statuimus et ordinamus: quod omnes persone, tam cives quam foresterius[14], cujuscunque[15] condicionis[16] existant, que tempore alicujus vendicionis[17] et preconiçacionis[18] fiende per aliquem seu aliquos alicui persone de aliqua possessione vel re stabili, essent absentes de Ragusio, habeant terminum a die preco-

niçacionis[18] possessionis vendite ad duos annos proximos[19] ad[20] presentandum, agendum et prosequendum jus suum contra emptorem super re vendita, tam pro dibito (sic)[21] quam pro propinquitate; qui si tacuerint[22] elapsis dictis duobus annis, tam si venerint Ragusium, quam non, non possint agere vel petere aliquod jus supra emptorem de re per ipsum empta.

[1] In B. sine titulo: „Currente“ etc. Manu recentiori addita est eadem rubrica in margine. [2] E. iis [3] E. pręconizationis [4] D. curente [5] C. D. M°CCC°XX°, E. 1320 [6] E. 4 [7] D. XVI°, E. 16 [8] C. E. novembris, D. septembris [9] C. D. Gradoc., E. Gradenicus [10] C. minoris et majoris generalisque consilii, D. consiliique generalis, E. et generalis cousilii, concilii [11] D. E. congregati [12] D. im [13] E. communis [14] B. C. D. foresterius (sic), E. foresterii [15] E. cujuscumque, cujuscunque [16] C. D. E. conditionis [17] C. D. venditionis [18] C. D. preconiçationis, E. pręconizationis [19] B. C. prox., E. proxime [20] D. annos ad se, E. proxime ad se [21] B. dibito (sic), C. D. E. debito [22] E. tacuerit.

LXXIII.

(Quod[1] nullus Raguseus audeat pastinare ad confines Sclavorum, et de pena contrafaciencium[2]. C. D. E.)

Currente[3] anno Domini M°CCC° vigesimo primo[4], indicione quinta[5], die IIII[6] julii[7].

[1] Per d. Bartholomeum Gradonicum[8], comitem Ragusii, et suum parvum, majus ac[9] generale consilium[10], et cum laudo populi sono campanarum in[11] platea comunis[12] more solito congregati[13], statutum et ordinatum fuit ad hoc, ut in[11] posterum omnis materia discordie, litis et questionis inter homines civitatis Ragusii et sui districtus et[14] Sclavos Sclavonie cessetur[15] et pax vigeat[16] inter eos: quod a modo in antea nulla persona civitatis Ragusii vel districtu[17] audeat vel presumet[18], modo aliquo vel ingenio, pastinare seu pastinari facere terram vel terras que confinent cum Sclavis, | [2] nisi primo veniat coram d. comite et suo minori consilio ad faciendum suam peticionem[19]: | [3] Qualiter intendit pastinare terram que confinat cum Sclavis, et ubi et quantum. | [4] Qui d. comes, audita peticione[20] volentis pastinare et visis juribus suis, dabit ei tres de suo minori consilio qui vadant ad videndum ubi pastinare intendit, expensis pastinatoris[21]. | [5] Et visa relacione[22] dictorum[23] de minori consilio, postea prout placuerit d. comiti et suo minori[24] consilio, ita procedatur. [6] Et qui[25] contrafecerit puniatur pro qualibet vice in yperperis[26] quinquaginta, et accusator habeat medietatem banni, si per ejus accusam poterit veritas[27] reperiri, et teneatur ei credencia[28]. Et eciam[29] d. comes cum suo minori consilio teneatur semel in anno mittere tres de suo minori consilio, ad videndum si quis contrafecerit. | [7] Et quod a modo in antea nullus officialis elligatur[30] supra[31] pastinis.

[1] In B. sine titulo: „Currente“ etc. Manu recentiori apposita est eadem rubrica in margine. [2] B. in margine: contrafaciencium, C. contrafacientem (sic). D. E. contrafacientium [3] D. curentè [4] C. Millesimo CCC°XXI°, D. M°CCC°XXI°, E. 1321 [5] E. 5 [6] C. D. die quarta, E 4 [7] D. jullii [8] B. C. D. Gradonic., E. Gradenicum [9] E. et [10] B. omisit „consilium“ [11] D. im [12] E. communis [13] B. congregat., C. D. congregata, E. congregati [14] C. D. districtus, Sclavos [15] E. cesset [16] B. vigegeat (sic). [17] B. districtu (sic). [18] E. presumat [19] D. E. petitionem [20] D. petitione volentes (sic), E. petitione [21] B. pastinacionis, C. D. E. pastinatoris [22] C. E. relatione [23] B. dictorum que de minori [24] E. omisit „minori“ [25] D. quicunque [26] E. iperperis [27] D. veritas poterit [28] C. D. E. credentia [29] C. E. etiam, D. Et d. comes [30] E. eligatur [31] E. super.

*

LXXIV.

(De hiis qui se presentant alicui possessioni vendite et recedunt infra tres menses, non dimisso procuratore etc. *B. in margine manu saeculi XIV—XV.)*

(De hiis[1] qui se presentant venditionibus[2] et vadunt extra Ragusium. C. D. E.)

Currente[3] anno Domini M°CCC° vigesimo primo[4], indicione quarta[5], die IIII°[6] mensis julii[7].

Nos Bartholomeus Gradonicus[8], comes Ragusii, cum voluntate nostri minoris[9], majoris ac generalis consilii, et cum laudo populi sono campanarum in platea comunis[10] more solito congregato[11], quod cum multi se presentent[12] vendicionibus[13] que fiunt[14] de possessionibus, dicentes et[15] asserentes se habere jus in re vendita[16], et sibi obligatam fore pro debito, vel ad eum spectare pro[17] propinquitate: et facta dicta presentacione[18] discedunt a Ragusio, propter quorum separacionem[19] remanet impedita[20] et non potest effectui[21] mancepare, quod est periculosum tam venditori[22] quam emptori, statuimus et ordinamus: quod a modo in antea quecunque[23] persona se presentaverit alicui vendicioni[24], non possit se absentare de Ragusio, nisi dimittat procuratorem, qui pro eo[25] utatur juribus suis super re vendita[16] cui se presentaverit[26]. Et si se absentaverit infra tres menses a die preconiçacionis[27] facte de re vendita[16], vel elapsis dictis tribus mensibus, non dimisso procuratore qui utatur jure suo, ipsa presentacio[28] sit[29] cassa et vana et nullius valoris.

[1] E. his [2] D. vendicionibus [3] D. curente [4] C. D. M°CCC°XXI°, E. 1321 [5] E. 5 [6] C. D. die quarta, E. die 4 [7] D. jullii [8] C. D. Gradoc., E. Gradenicus [9] E. minoris et majoris [10] E. communis [11] B. C. D. congregato, E. congregati [12] E. presentant [13] C. E. venditionibus [14] E. fient [15] D. dicentes se habere [16] B. vedita (sic). [17] C. omisit „pro“ [18] C. E. presentatione [19] C. E. separationem [20] D. impedita dicta vendicio [21] C. D. affectui (sic). [22] B. veditori (sic). [23] C. D. quecunque, E. quęcumque, quęcunque [24] B. venditori (sic), C. E. venditioni, D. vendicioni [25] E. eo, ea [26] E. prᶒsentavit [27] C. D. preconiçationis, E. pręconizationis [28] C. D. presentatio, E. pre- [29] B. sint.

LXXV.

(De[1] hiis[2] qui aducunt[3] salem Ragusium[4]. C. D. E.)

Currente anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo secundo[5], indicione quinta, die vigesimo[6] mensis julii[7].

[1] Nos Lodoycus[8] Maurocenus, comes Ragusii, cum voluntate minoris et[9] majoris consilii comunis[10] Ragusii[11], et cum laudo populi in[12] publica concione[13] congregati ad sonum campanarum[14] in[12] platea comunis, ut moris est[15], considerantes quod statutum comunis[10] quod loquitur: qui salem portaverit Ragusium, sive sit extraneus sive civis, discaricare[16] salem ipsum non possit vel vendere, nisi comuni[17] Ragusii, sine licencia[18] d. comitis, ut in ipso capitulo[19] distincius[20] continetur, est multum honerosum[21], contrarium et molestum hominibus de Ragusio volentibus conducere, exhonerare[22] et incanevare[23] salem in civitate Ragusii. | [2] Idcirco nolentes amplius tolerare[24], quod ubi franchigia debet esse, molestia aliqua proce-

datur, et specialiter hominibus de Ragusio volentibus conducere, exhonerare et incanevare[25] salem in civitate Ragusii[26], statuimus et ordinamus: | [3] quod dictum statutum quantum est, quod nullus Raguseus possit[27] discaricare[28] salem in civitate Ragusii sine licencia[29] d. comitis, sit cassum. | [4] Et quod a modo in antea quilibet de Ragusio sine pena et banno possit discaricare[28] et incanevare[23] salem in Ragusio, cum hac condicione[30]: quod antea quam incipiat exhonerare[22] salem, teneatur denunciare massariis comunis[10] deputatis super salem, qualiter ipse vult discaricare et incanevare[31] in[32] Ragusio salem, sub pena xxv[33] yperperorum[34] pro quolibet et qualibet vice. | [5] Et massarii comunis[10] teneantur ponere super ligno[35] unum bonum hominem, expensis illius cujus fuerit sal, qui scribat per ordinem: cujus fuerit sal et quantum erit et in qua domo incanevatur[36]. | [6] Et exhonerata[37] et incanevata[38] dicta[39] sale, ille cujus fuerit sal teneatur dare claves dicti salis massariis comunis[10]. | [7] Et quandocunque[40] sibi placuerit, possit extrahere de civitate Ragusii ipsam[41] salem, et navigare eum solummodo cum lignis de Ragusio, denunciando primo d. comiti et suo minori consilio, et ipsum vendere ubi ei placuerit[42] ultra confinia contenta[43] in statuto. | [8] Et de quolibet ligno quod aducet[44] a vc[45] modiis magnis[46] supra et exhoneraverit[47] eum[48], massarii[49] comunis[10] debeant[50] habere qualibet vice modia tria. | [9] Et si quo tempore de dicto sale indegeret[51] comuni[52], possit accipere de ea[53] quantum indigeret[54] sibi[55], accipiendo a quolibet pro rata, secundum quod habuerit, | [10] pro yperperis[56] xii per[57] centenario; et comune[52] teneatur solvere dictum precium[58], prout solvit aliis habentibus salem in comuni[17]. | [11] Alia vero contenta in dicto statuto et aliis firma et rata consistant et permaneant.

[1] B. sine titulo: „Currente" etc. Rubrica addita est manu recentiori in margine. [2] E. his [3] E. adducunt [4] C. Rag., D. Ragusium, E. salem Racusii [5] C. D. m°ccc°xxii [6] E. 20 [7] D. jullii [8] E. Ludovicus [9] B. omisit: „et" [10] E. communis [11] E. consilii et cum [12] D. im [13] C. contione [14] C. campan., D. campane [15] E. „et cum laudo populi sono campanarum in platea communis more solito congregati" [16] E. discaricare, discarigare [17] E. communi [18] C. D. E. licentia [19] E. capite [20] C. D. E. distinctius [21] C. D. honorosum, E. onerosum [22] D. E. exonerare [23] D. E. incanavare [24] D. tollerare [25] C. D. omittunt: „et incanevare", E. incanavare [26] E. Racusina [27] D. non possit [28] D. discarichare [29] D. E. licentia [30] C. E. conditione [31] B. „incanovare" correctum ex „incanevare", E. incanavare [32] E. „in" omissum [33] D. yppr. xxv [34] E. iperperorum [35] C. D. super lignum [36] B. „incanovatur" correctum ex „incanevatur", C. incanevatur [37] C. exhonerato, D. E. exonerato [38] B. incanevata (sic), C. D. E. „et incanevata" deest [39] B. dictus (dcs), C. D. E. dicto [40] E. quandocumque, quandocunque [41] B. ipam, C. D. ipm, E. ipsum salem [42] E. placuerit ei [43] D. confinia in [44] E. adducet [45] E. a quingentis (sic). [46] E. magis (sic). [47] B. exhoneraverit, C. exhoneraverint, D. exoneraverint, E. exoneravit, exoneraverit [48] B. E. cum, C. D. eum [49] B. C. massarii, E. massariis [50] E. debeat [51] C. D. E. indigeret [52] E. commune [53] C. D. E. eo [54] E. indiguerit [55] D. de sibi [56] E. iperperis [57] D. E. pro [58] E. pretium.

LXXVI.

(De mensuris non justis. C. D. E.)[1]

Anno Domini m° trecentessimo tricessimo sexto[2], indicione quarta[3], die xvi[4] januarii.

[1] Nos Nicolaus Falletro[5], comes Ragusii, cum nostro minori[6], majori[7] et generali[8] consilio[9] dicte civitatis[10], et cum laudo populi sono campa-

narum[11] more solito congregato[12], statuimus et ordinamus: quod cum multa pondera, cum quibus ponderantur mercaciones[13] et alie res sint non justa, et eciam[14] multi braciolares[15] cum quibus mensuratur[16] drappum, tam lane quam linei[17], et eciam[14] multe mensure, tam vini quam olei, reperiantur non justi[18], quod debeant eligi tres nobiles homines omni anno, quorum[19] officium sit scruptare[20] per civitatem de ponderibus non justis et non bullatis[21] et de braciolaribus[22] et mensuris[23] non justis, et de hiis[24] qui ponderant et mensurant falsum, et de hiis qui vendunt aliquid, ultra quam debent secundum formam statuti. | [2] Et de omnibus quos invenerint contra predicta vel aliquid[25] predictorum facientem[26], habeant medium bannum.

[1] In B. sine titulo: „Anno etc." Manu recentiori addita est in margine eadem rubrica: „De — iustis etc." [2] C. D. M°CCC°XXXVI, E. 1336 [3] E. 4 [4] E. 16 [5] E. Faletro, Falerto [6] E. cum voluntate minoris [7] E. et majoris [8] E. „et generali" deest [9] E. consilii [10] E. omittit: „dicte civitatis" [11] E. campanarum in platea [12] E. congregati [13] C. D. mercationes, E. mercantię [14] C. D. E. etiam [15] D. braçiolares [16] E. mensurant [17] E. lini [18] C. E. juste [19] B. quorum per (sic) officium [20] C. D. E. scrutare [21] C. bulatis [22] E. bracciolariis [23] D. et de mensuris [24] E. his [25] D. aliquod [26] C. D. E. facientes.

LXXVII.

(De[1] argento, cera et aliis mercanciis[2] ponderandis, et ponderibus quolibet anno justandis[3]. C. D. E.)

[1] Item statuimus et ordinamus: quod quelibet persona, cujuscunque[4] condicionis[5] et status[6] existat, volens vendere aut emere in civitate Ragusii aurum, argentum, ceram[7] seu aliquas alias mercaciones[8], tam ad pondus grossum, quam ad pondus subtile, et tam mercaciones[9] grossas[10] quam exiles, tenentur[11] ipsa pondera facere sagomare et justificare omni anno cum ponderibus comunis[12], et ipsa facere bullari[13] bulla S. Blasii. | [2] Cum quibus ponderibus[14] sic justatis[15], sagomatis et bullatis, teneantur[16] et debeant[17] ponderare omnes mercaciones[9] que venduntur per eos[18]. | [3] Et quod nulla persona possit habere vel tenere in sua domo seu[19] stacione aliquod pondus non bullatum bulla[20] S. Blasii, sub pena yperperorum[21] quinque pro quolibet[22] contrafaciente[23] et qualibet vice. | [4] Et cuicunque[24] fuerit repertum aliquod pondus non justum, sive sit bulatum[25] sive non, incadat pena[26] comuni[27] Ragusii pro quolibet pondere et qualibet vice de yperperis[28] v[29]. | [5] Et quod aurum, argentum et perle debeant ponderari[30] ad pondus subtile. | [6] Cera, seta, çaffaranum[31] et omnes alie specciarie[32], cujuscunque[4] maneries[33] existunt[34], debeant ponderari ad pondus grossum, sub pena[35] pro quolibet et qualibet vice. | [7] Et quod[36] nullus speciarius[37], volens vendere ceram, çafaranum[38], setam[39] seu aliquas alias speciarias[40], audeat vel presumat modo aliquo vel ingenio habere vel tenere in sua stacione[41] aliquod[42] pondus subtile, sub pena quinque yperperis[43] pro quolibet et qualibet[44] vice. | [8] Et quod justiciaria[45] comunis[12], seu illi qui deputabuntur super predictis, teneantur et debeant per sacramentum semel in mense ad minus ire per civitatem, scrutando de hiis[46] qui contra predicta vel aliquod predictarum[47] fecerant[48]. Et quilibet possit accusare contra predicta vel aliquod predictorum facientem, et habeat medietatem banni, si per ejus accusacionem[49] veritas

poterit reperiri. | [9] Et quod nulla persona possit facere aut vendere candelas de cera aut de sepo, nisi haberent stopinos[50] de banbacio[51], sub pena unius yperperi[52] pro quolibet et qualibet vice. | [10] Et quod quolibet[53] pondus subtile debeat esse bullatum duabus bullis s. Blasii, et pondus grossum una bulla s. Blasii.

[1] In B. sine titulo: „Item" etc. In margine manu recentiori addita est eadem rubrica. [2] B. in margine: mercanciis, C. E. mercantiis, D. mercibus [3] D. justandis [4] E. cujuscumque, cujuscunque [5] E. conditionis [6] B. statis (sic). [7] B. cera (sic). [8] C. mercationes, D. merchationes, E. mercantias [9] C. E. mercationes, D. merchationes [10] B. grossam (sic). [11] C. D. teneantur, E. teneatur [12] E. communis [13] E. bollari [14] D. Cum quibus sic [15] E. justis [16] E. teneatur [17] E. debeat [18] E. eam [19] E. vel [20] B. bullatus bulle (sic). [21] B. yppis (sic), C. D. yppr., E. iperperorum [22] B. qualibet (sic). [23] B. contrafacientem (sic). [24] E. cuicumque, cuicunque [25] C. bullatum [26] C. D. E. cadat in (D. im) penam [27] E. communi [28] B. yppis, D. yppr., E. ipp., iperperorum [29] C. D. E. quinque [30] D. et perle ad pondus [31] C. D. çiffaranum, E. ciaforanum [32] C. speciarie, D. spiciarie, E. spęciarie [33] C. D. maneriei, E. in quibusdam exemplis: „materiei", „maneriei", in aliis lacuna [34] C. E. existant [35] C. sub dicta pena [36] C. D. Et nullus [37] C. spetiarius [38] C. çaffaranum, E. ciaforanum [39] B. seta (sic). [40] C. E. spetiarias [41] E. statione [42] B. aliquo (sic). [43] C. D. de quinque yppr.. E. pena quinque iperperorum [44] B. qualibe (sic). [45] B. iusticiara (sic), C. iusticiaria, E. justitiarii [46] E. ijs [47] C. D. predictorum, E. prę- [48] C. D. E. fecerint [49] C. D. accusationem, E. accusam [50] B. stopinus (sic). [51] C. banbatio, D. bambatio, E. bambacio [52] C. ppri, E. iperperi [53] C. q°libet, E. quodlibet.

LXXVIII.

(De[1] armis portandis in quolibet navigio. C. D. E.)

[1] Item statuimus et ordinamus[2]: quod quelibet condura, barcusius[3] et quelibet[4] aliud lignum, quod vel que[5] fuerit de portata de viginti miliariis[6] et inde supra, de ceteris[7] in quolibet viagio[8] quod fecerit extra Ragusium ad aliquas partes, debeat habere patronus dicte condure, barcusii[9] seu[10] ligni coraças[11] ve[12] fornitas, balistra[13] seu arcus[14] IIII[15] fornitis[16] sagittis[17] seu quadellis[18]. | [2] Et quilibet marinarius scutum, spatam et arma de testa, sub pena unius yperperi[19] pro qualibet coraça[20], et de grossis VI pro qualibet[21] balista[22], et pro quolibet dictorum armorum. | [3] Et quod super predictis debeant eligi duos bonos et ligale[23] (sic) homines, qui per sacramentum teneantur ire et scruptare[24], antequam dicta ligna seccedant[25] de porto[26] Ragusii[27], si dicta arma sunt indictis lignis. | [4] Et similiter in earum[28] reversione. | [5] Et quod nulla condura, barcusius[3] seu aliud lignum possit secedere de portu Ragusii[27], nisi primo fuerit cercatus[29] per dictos officiales, sub pena yperperis[30] decem, pro quolibet patrono dictorum lignorum qui contrafecerit et qualibet vice. | [6] Et quilibet dictorum duorum officialium habere debeat de avere[31] communi[32] omni mense hanc[33] ad[34] festum s. Michaelis grossum[35] et medietatem banni[36].

[1] In B. sine titulo: „Item" etc. In margine eadem rubrica addita est manu recentiori. [2] B. ordinanamus (sic). [3] E. barcusus [4] C. D. quolibet, E. quodlibet [5] C. D. E. que vel quod [6] B. C. miliar., D. milliar., E. milliar., milliari [7] B. de ceteri (sic), C. D. de cetero [8] E. viaggio [9] E. barcusi [10] E. seu, vel [11] D. coratias, E. corazas [12] E. quinque [13] C. balest(r)as, D. ballestras [14] D. archus [15] C. quatuor, D. quattuor [16] B. E. fornitis (sic), C. D. fornitas [17] D. sagitis [18] C. D. quadrellis, E. sagittis seu quadibus [19] E. iperperi [20] B. quolibet (sic) coraça, E. coraza, corazza [21] E. quolibet [22] C. balistra, D. ballęstra, E. balistro, balistra [23] C. D. E. duo boni et legales [24] C. scruptari, D. E. scrutari [25] B. seccedat, D. secedant,

E. exeant [26] C. D. E. portu [27] E. Racusino [28] E. eorum [29] E. cercatum [30] B. yppis, C. yppr., D. yppror., E. iperperorum [31] E. havere [32] B. comuni, C. D. comunis, E. communis [33] B. C. D. hāc (uti videtur pro: hinc) [34] B. a festum (sic), C. D. ad festum [35] B. C. D. g°. [36] E. omisit verba: „hanc . . . banni“.

LXXIX.

(De[1] marinariis cujuslibet ligni, que arma secum portare debent. C. D. E.)

[1] Item ordinamus et statuimus: quod quelibet barca et quelibet[2] aliud lignum honeratis[3] mercacionibus[4], que vel quod fuerit de portata a xx[5] miliaris[6] infra[7], de cetero debeat habere in quolibet viagio[8] quod faciet ad aliquas partes patronus dicte barche seu ligni, et quilibet marinarius ipsius[9], scutum, spatam et arma de testa, sub pena grossorum[10] vi pro quolibet capite dictorum armorum. | [2] Et insuper patronus dicte barche seu ligni teneatur[11] habere et portare in quolibet viagio[8] duo balistra[12], seu duos arcus, et iiii[13] lanceas[14], sub pena grossorum[15] vi pro quolibet capite dictorum armorum. | [3] Et quod nullus patronus dictarum barcharum[16] seu ligni possit secedere de portu Ragusii, nisi primo fuerit cercata[17] per officiales comunis[18] deputatos super predictis, sub pena yperperis[19] quinque pro quolibet et qualibet vice.

[1] In B. sine titulo: „Item“ etc. In margine eadem rubrica addita manu recentiori [2] B. C. quelibet (sic), D. quolibet, E. quodlibet [3] C. D. honerata, E. onerata [4] C. E. mercationibus, D. merchationibus [5] C. D. E. viginti [6] C. miliar., D. miliariis, E. milliar. [7] E. „infra“ deest [8] E. viaggio [9] E. illius [10] B. C. D. E. gross. [11] B. tenentur (sic), C. teneantur, E. teneatur [12] C. D. E. balestra [13] C. E. quatuor, D. quattuor [14] D. lancias [15] B. D. E. gross.. C. grossorum sex [16] D. barcarum, E. barcharum, barcarum [17] D. cerchata [18] E. communis [19] D. de yppris, E. de iperperis.

LXXX.

(De[1] vino forense non portando in Ragusium[2] et de pena contrafaciencium[3]. C. D. E.)

[1] Item statuimus et ordinamus: quod nulla persona, tam civis quam foresterius, cujuscunque[5] condicionis[5] et status existet[6], audeat vel presumat modo aliquo vel ingenio, per se vel per alium, cum suo ligno vel alterius persone, conducere seu[7] conduci facere in Ragusium[2] seu ejus districtum, vel per totam Puntam[8] Stangni[9] vinum foresterium. | [2] Neque[10] vinum quod nascitur in tota Punta[11] Stangni[9] non possit conduci Ragusium, neque in ejus districtum, causa vendendi, donandi vel portandi illud domum sue habitacionis[12] vel alterius persone, sub pena yperperorum[13] xxv pro qualibet persona cujus fuerit dictum vinum, et sub pena yperperis[14] xxv pro quolibet patrono ligni[15] qui aduceret[16] dictum vinum, et[17] sub pena yperperorum x pro quolibet nauclerio dicti ligni, et yperperorum[18] x pro quolibet scribano dicti ligni, et yperperorum v pro quolibet marinario ipsius ligni, et sub pena yperperorum[19] iii pro quolibet bastasio qui portarent[20] dictum vinum. Et quilibet possit accusare quemlibet contra predicta vel aliquod[21] predictorum facientem, et habeat medietatem banni, si per ejus accusacionem[22] veritas poterit reperiri. | [3] Non prejudicando

hoc[23] statutum libertati[24] date comittibus[25] Ragusii per aliud statutum veterem[26].

[1] B. sine titulo: „. tem" etc. (*I* miniatum omissum). Manu recentiori addita est in margine eadem rubrica. [2] D. Ragusio [3] B. in margine: contrafaciencium, C. D. E. contrafacientium [4] E. cujuscumque [5] C. E. conditionis [6] E. existat [7] C. vel [8] D. E. Punctam [9] C. D. E. Stagni [10] C. D. Etiam vinum, E. Nec [11] D. E. Puncta [12] E. habitationis [13] B. ypp., C. ypporum, D. yppr., E. iperperorum [14] B. yppis, C. yperperorum, D. yppr., E. iperperorum [15] D. ligni patrono [16] D. aduceret [17] E. omisit: „et sub pena — nauclerio dicti ligni" [18] B. et ypp., C. yppr., D. pro yppr., E. iperperorum [19] E. iperperorum [20] B. C. D. portarent, E. portaret [21] E. aliquid [22] C. E. accusationem [23] B. hunc, C. hoc (correctum in rasura), D. E. hoc [24] B. libertas (sic). [25] B. comittibus (sic), C. D. dominis comitibus, E. comitibus [26] E. vetus.

LXXXI.

(Quod[1] aliquis non possit conqueri de parte sua Puncte[2] et de pena contrafaciencium[3]. C. D. E.)

Anno Domini M° trecentesimo trigesimo septimo[4], indicione quinta[5], die duodecimo[6] mensis martii[7].

Nos Jacobus Gradonicus[8], comes Ragusii, cum[9] nostro minori, majori et[10] generali consilio dicte civitatis, et cum laudo populi sono[11] campanarum[12] more solito congregati[13], statuimus et ordinamus: quod nullus nobilis Ragusii[14] habens partem super[15] Ponta Stanni[16], a modo in antea possit conqueri coram d. comite, presente vel futuro, et suo consilio quod non habeat racionabilem[17] et justam partem suam, vel aliquam peticionem[18] seu graciam[19] petere vel inpetrare[20] per se vel per alium, modo aliquo vel ingenio, sub pena yperperorum[21] xxv[22] pro quolibet contrafaciente. Et nichilominus[23] predicta firma perdurent.

[1] B. sine titulo: „Anno" etc. Manu recentiori in margine addita eadem rubrica. [2] C. D. pnte, E. Puncte [3] D. E. contrafacientium [4] C. D. M°CCC°XXVII°, E. 1327 [5] E. 5 [6] C. D. E. omittunt: „die duodecimo" [7] C. marcij [8] B. Gradoni, C. D. Gradoc., E. Gradenicus [9] C. D. cum voluntate nostri minori (sic). [10] C. D. E. ac [11] C. sonum, E. ad sonum [12] C. D. campane [13] B. congregat., C. D. congregato, E. congregati [14] B. C. Ragus., D. Rag., E. Racusii [15] E. supra [16] C. Punta Stagni, D. Punctam Stagni, E. Puncta Stagni [17] E. rationabilem [18] D. E. petitionem [19] E. gratiam [20] C. D. E. impetrare [21] E. iperperorum [22] E. viginti quinque [23] E. nihilominus.

LXXXII.

(De[1] caseo non portando alio quam Ragusium[2]. C. D. E.)

Item statuimus et ordinamus: quod quilibet Raguseus, vel qui pro Raguseo distringitur[3], qui portare voluerit vel per alium mittere formadicum ad aliquas partes seu loca preter quam Ragusium, videlicet a Cataro[4] usque Jadram, solvat communi[5] pro dovana[6] yperperum[7] I pro quolibet miliari[8] librarum.

[1] In B. sine titulo: „Item" etc. Rubrica manu recentiori addita in margine. [2] C. Ragusii [3] B. C. D. distringitur (sic), E. distringitur, distinguitur [4] D. Catharo, E. Cattaro, Cattharo [5] E. communi [6] B. C. douana (sic), D. dohana, E. dovana [7] C. ypprum unum, D. yppr. unum, E. ippum. [8] D. miliare, E. miliari, milliario.

LXXXIII.

(De[1] quolibet mercato facto in Ragusio de mercantiis[2] a xx yperperis[3] supra, quantum solvi debeat pro doana[4]. C. D. E.)

Item statuimus et ordinamus: quod de quacunque[5] mercatantia[6] que fiet in Ragusio, a xx yperperis[3] supra et de xx yperperis[3], solvatur comuni[7] pro doana[8] grossum i÷[9] pro quolibet centenerio[10] yperperorum[11], tam per venditorem quam per emptorem dictarum mercacionum[12].

[1] In B. sine titulo: „Item" etc. Eadem rubrica manu recentiori addita est in margine. [2] D. merchantiis [3] E. iperperis [4] B. in margine: doana, C. D. E. dohana [5] E. quacumque, quacunque [6] C. mercatancia, D. merchatantia, E. mercadantia [7] E. communi [8] B. C. duana, D. E. dohana [9] B. C. D. gross. I÷, E. grossus unus et medius [10] C. D. E. centenario [11] E iperperorum [12] C. E. mercationum, D. merchacionum.

LXXXIV.

(De grossis contrafactis *B. in margine colore nigro.*)

(Supra[1] moneta falsa. C. D. E.)

Eodem[2] anno et indicione[3] quo supra[4], die sexsto (sic)[5] mensis decenbris[6].

[1] Item statuimus et ordinamus: quod nulla persona cujuscunque[7] condicionis[8] audeat vel[9] presumat, modo aliquo vel ingenio, per se vel per alium, in civitate Ragusii et suo districtu[10] seu alibi, facere seu fieri facere aliquam monetam similem, seu in illo conio seu lige[11], que est illa que fit in Ragusio per comune[12], sub pena de yperperis[13] vc[14] pro quolibet contrafaciente et qualibet vice, | [2] quamvis esset ita bona, sicut est illa que fit in Ragusio. Et quilibet possit accusare contrafacientem, et habeat medietatem pene, si[15] per ejus accusam veritas poterit reperiri. | [3] Et quicunque[16] fraudaverit, seu[17] falsificaverit, seu[17] fecerit vel[18] fieri fecerit similem monetam et pejoris[19] argenti, comburetur[20] ita quod moriatur. Et si accusator inde fuerit, habeat de avere[21] comunis[22] yperperos[23] c[24], si per ejus accusam veritas poterit reperiri. | [4] Et quicunque[16] contrafecerit de dicta moneta, vel alio quecunque[25] modo de ipsa acceperit, amputetur sibi manus dextra[26], ita quod a brachio penitus separetur. | [5] Et quicunque[16] trabocaverit de dicta moneta usque in l[27], solvat comuni[28] yperpera[29] x. Et si trabucaverit[30] a l[31] yperperis supra, perdat quartum.

C.

[6] Anno Dominice nativitatis millesimo trecentesimo nonagesimo quarto[32], die vigesimo septimo[33] mensis madii[34]. Nos Clemens Marini de Gotiis[35], rector Ragusii, cum nostro majori et minori[36] consilio, et cum laude (sic)[37] populi in[38] publica[39] contione[40] sono campane more solito congregato[41], bono publico detrimentum patienti[42] salubri remedio succurere[43] cupientes, additione[44] laudabili prescripto statuto

de falsa moneta duximus statuendum: quod quilibet noster officialis, et quelibet alia persona civitatis et nostri districtus, teneatur et debeat sub vinculo sacramenti rumpere omnes grossos falsos qui pervenerint ad eorum manus, si noluerint[45] accusare illum vel illos a quibus habuerunt[46] illos.

[1] E. De [2] B. „*Eodem — decenbris*“ colore rubro. [3] D. indicione, E. indictione [4] D. indicione, die [5] C. sexto, D. VI°, E. 6 [6] C. D. decembris, E. XIIIbris, Xbris [7] E. cujuscumque, cujuscunque [8] C. E. conditionis [9] B. omisit „vel“ [10] In B. „districto“ correctum in „districtu“, C. districto [11] B. C. D. E. lige (sic). [12] E. comune [13] E. iperperis [14] C. yppr. cento, D. E. centum [15] E. omisit „si per — reperiri“ [16] E. quicumque, quicunque [17] B. se (sic) [18] E. seu [19] B. pcioris, C. D. E. pejoris [20] E. comburatur [21] E. havere [22] E. communis [23] E. iperperos [24] C. D. E. centum [25] B. quecunque, C. quocunque correctum ex „quecunque“, D. quocumque. E. quocumque, quocunque [26] E. dextera [27] C. L ypp., D. Lta yppr., E. quinquaginta ippos, ippa [28] E. communi [29] B. C. ypp., D yppr., E. ipp., ippos [30] E. trabocaverit [31] E. a quinquaginta iperperis [32] D. M°CCC°LXXXXIIII°, E. 1394 [33] D. XXVII°, E. 27 [34] E. maij [35] E. Gozzis, Gozziis [36] E. minori et majori [37] E. laudo [38] D. im [39] D. puplica [40] D. E. concione [41] C. congregat., D. congregato. E. congregata [42] D. puplico detrimentum pacienti [43] E. succurrere [44] D. addictione [45] D. voluerint [46] E. habuerint.

LXXXV.

(De salario alicujus officialis non valente interdici sive sequestrari ab aliquo creditore etc. *B. in margine.*)

(Quod salarium[1] alicuius ambaxatoris[2] vel alicuius alterius officialis comunis[3] Ragusii non possit pro aliquo debito sequestrari. C. D. E.)

Anno[4] Domini M°CCC° trigesimo octavo[5], indicione VI.ᵗᵃ[6], die sexto decimo[7] februarii.

[1] Nos Jacobus Gradonico[8], comes Ragusii, cum nostri minori, majori[9] et[10] generali consilio dicte civitatis, et cum laudo populi ad sonum campane in[11] platea comunis[12] more solito congregato[13], statuimus et ordinamus: quod a modo in antea salarium alicujus ambasiatoris[14], vel alterius cujuscunque[15] officialis seu[16] rectoris[17] comunis[12] Ragusii soldum sive pagam[18], non possit modo aliquo vel ingenio, ad peticionem[19] alicujus seu aliquorum suorum creditorum[20], pro aliquo debito vel alia quacunque[21] causa interdici, sequestrari vel in solutum accipi; | [2] nisi hec fierent[22] de voluntate creditoris seu creditorum suorum, inteligendo[23] servito salario[24].

[1] E. sollarium [2] D. ambasatoris, E. ambassatoris [3] E. communis [4] B. „*Anno — februarii*“ colore rubro. [5] C. D. M°CCC°XXXVIII°, E. 1338 [6] C. D. sexta [7] D. XVI, E. 16 [8] B. C. Gradonico (sic), E. Gradenico [9] D. majorique consilio ac generali [10] C. ac [11] D. im [12] E. communis [13] E. congregati [14] C. D. ambaxatoris, E. ambassatoris [15] E. cujuscumque, cujuscunque [16] E. vel [17] Codd. omnes: rectoris (sic). [18] E. pagamentum [19] E. petitionem [20] C. D. omisit „creditorum“ [21] E. quacumque, quacunque [22] B. nisi hoc (sic) fierent [23] C. D. E. intelligendo [24] E. solario, sollario.

LXXXVI.

(Quod[1] nullus Raguseus possit esse procurator in Ragusio pro aliquo Catarensi[2]. C. D. E.)

Eodem anno et indicione[3], die ultimo februarii.

Item statuimus et ordinamus: quod nulla persona de Ragusio, cujuscunque[4] condicionis[5], possit esse procurator alicujus civis de Cataro[6] coram d. comite et sua curia contra aliquam personam, sub pena de yperperis[7] xxv. Et hoc statutum duret, donec comune[8] Cattari[9] revocabit simile statutum, quod in Cattaro[10] fecerunt contra Raguseos.

[1] In B. cum titulo: „*Eodem anno — februarii.* Item" etc. In margine nulla rubrica addita. [2] C. D. Cataren., E. Cattarino, Cattharino [3] E. indictione [4] E. cujuscumque [5] C. E. conditionis [6] E. Cattaro [7] E. iperperis [8] E. commune [9] B. E. Cattari (sic), C. Catari, D. Cathari [10] B. E. Cattaro, C. D. Cataro.

LXXXVII.

(De[1] accusatis pro aliquo malefacto[2], non repertis in culpa, quod nullum iudicium solvant. C. D. E.)

Eodem anno et indicione[3], die xxviii[4] mensis marcii[5].

Item statuimus et ordinamus: quod a modo in antea, si qua[6] persona accusata fuerit de aliquo malefacto seu maledicto, seu quod d. comes ex suo officio[7] procederet contra aliquem per inquisicionem[8] de aliquo maledicto seu malefacto, et ille talis qui fuerit accusatus vel contra quem d. comes ex suo officio procederet, de dicto maleficio seu maledicto[9] non reperietur culpabilis, nullum judicium pro dicto malefacto seu maledicto solvere teneatur comuni[10].

[1] B. cum titulo: „*Eodem — marcii.* Item" etc. In margine nulla rubrica adscripta. [2] E. maleficio [3] E. indictione [4] E. 28 [5] D. E. martii [6] E. qua, que [7] C. offitio [8] E. inquisitionem [9] C. D. E. omittunt: „seu maledicto" [10] E. communi.

LXXXVIII.

(De[1] hiis[2] que habent cartam[3] affictus supra aliquem[4], quod non credatur nisi de affictu unius anni elapsi. C. D. E.)

Eodem anno et[5] indicione[6] et[7] die.

Item statuimus et ordinamus: quod si aliqua[8] persona habens aliquam cartam[3] notatam (sic) supra aliquem seu aliquos de aliquo affictu[9] seu pensione alicujus possessionis, vinee vel terre, seu domus vel territorii, ad tempus vel in[10] perpetuum, et non fecerit sibi satisfacio[11] omni anno de dicto affictu seu pensione, secundum tenorem carte[12] seu[13] elapso anno, nullam habeat credenciam[14] de dicto affictu seu pensione, nisi pro uno anno preterito.

[1] B.: „*Eodem — die.* Item" etc. In margine nihil adscriptum. [2] E. his [3] E. cartam, chartam [4] D. contra aliquem [5] E. omisit: et [6] E. indictione [7] E. ac [8] D. qua, E. quę [9] E. de affictu aliquo [10] D. im [11] C. D. E. sibi satisfieri [12] B. carta (sic), E. cartę, chartę [13] C. D. carte, elapso [14] C. D. E credentiam.

LXXXIX.

(De[1] hiis[2] qui perintrant[3] terrenum[4] comunis[5] vel[6] viam, et de pena contrafaciencium. *B. in margine, C. D. E.)*

Eodem anno et[7] indicione[8], die septimo julii[9].

Item statuimus et ordinamus: quod quecunque[10] persona fecerit aliquod laborerium ab hodie in antea, ex quo perintraverit terenum[11] vel stratam[12] comunis[13], quod de quolibet digito qui reperiretur perintrasse, solvat comuni[14] pro pena yperperos[15] c pro quolibet et qualibet vice, aut debeat proicere[16] et destruere dictum laborerium.

L. I cap. 23. Quere declarationem factam in consilio rogatorum die 29 octobris 1507 a c. 269: quod barche et omnia ligna minora subditorum nostrorum, portate a stariis ducentis supra, solvant pro arboragio ad rationem follarorum 24 pro eo tempore quo stabunt in Ragusio extra tenutas nostras, pro quolibet ligno. Et navigia majora qui portant caveam, solvere debeant ad rationem grossi unius foll(arorum) sex de die pro quolibet eorum pro dicto tempore, quo stabunt in viagiis extra tenutas nostras. Alie vero carige, gripi et alia ligna, portate a stariis ducentis infra, nichil solvant.

L. II cap. 4 num. 2. Liber viridis cap. 419, anno 1451: cassa verba contrascripta a juramento.

L. II cap. 4 num. 7. Hoc sacramentum legitur calendis januariis.

L. II cap. 6. L. III cap°. 30.

L. III cap. 1. (Ad)itio huic capitulo in 8 ad cap(itu)la 91.

L. III cap. 22. Revocatus est iste ordo in Libro Viridi sub 2.

L. V cap. 13. . . . . quod laborerium . . . . *(illegibilia).*

L. V cap. 34. Nota quod pastina et laboreria non prejudicant ecclesiis; quere in Libro Viridi ad cap(itul)a 251.

L. V cap. 35. Nota quod in 8 ad cap. 72 est additio quod emptio . . . . absentis a Ragusio . . . . .

L. V cap. 39. Vide lib. III cap. 25.

L. VI cap. 1. De contumacibus ad cap. 29 libro 6to.

L. VI cap. 3 *in margine notae ex contextu capituli:* De petra vel macia ligni. De primo percussore.

L. VI cap. 4. Quere aliam additionem in Croceo c. 22.

L. VI cap. 25. Proclamatum per Symonem preconem die 14 februarii 1437. Proclamatum per Ziuchum Vrtich, riverium communis, die 28 januarii 1460.

L. VI cap. 65. Vide provisionem pro vino cocto quod non possit portari Ragusium, in consilio rogatorum die 9 septembris 1517.

L. VI cap. 67. III octobris 1459 [proclam]atus per Luxam riverium.

L. VII cap. 7. Nota quod non est avarea inter Raguseos et foresterios. Require in Libro Viridi ad cap(itu)la 421.

L. VII cap. 14. Vide declarationem in consilio rogatorum die XIIII° octobris 1508 a c. 5.

L. VIII cap. 31. Nota quod est aliud statutum loquen[s] de contrascriptis (?) c. 67 in presenti libro 8°.

L. VIII cap. 44 *(manu recentiori).* Caveant advocati.

L. VIII cap. 60. Require in Libro Viridi cap(itu)la 16.

L. VIII cap. 67. Super hoc aliud statutum in presenti libro, capitulo 31.

L. VIII cap. 84. L. VI c. VIII. — . . . . oct(obris) 1441 per Lucam (riverium) comunis legente canz(elario) comunis proclamatus presens ordo . . .

L. VIII cap. 95. Sciendum est quod in Libro Croceo f. 128 etiam vocat ad beneficium hujusmodi successionis filios fratrum . . . . .

III. In codice D.[1]

In libris I—IV *absunt notae marginales.*

L. V cap. 13. Nota quod l[aborerium] non prejudicat hospitali[bus] et procura[toribus Sancte] Marie. [Quere in Libro] Viridi c. [251].

Ibidem. Simile statutum est [in] libro VIII, cap[itu]lo 37.

L. V cap. 31. [Crede]ntia unius [anni] preteriti habetur [in] libro VIII, 88.

L. V cap. 34. Nota quod p[astina] non preju[dicant] ecclesiis; que [in Libro] Viridi a c[ap. 251].

L. V cap. 35. [Nota quod] in libro 8 cap[itul]o 72 [est] additio quedam presentis statuti [in qua dicitur] quod absentes a [Ragusio tempore] preconizationis [habent] terminum 2 annor[um se pre]sentandi.

L. VI cap. 1. Quere de [contumacibus in] VI libro, [cap.] XXIX.

L. VI cap. 4. Quere aliu[m ordinem] in libro C[roceo] ad car[t. 22].

L. VII cap. 7. Nota quod non e[st avarea] inter Raguseos [et fore-s]terios; require [in] Viridi a cap[itul]a [CDXXI].

L. VII cap. 15. [Vide de]clarationem i[n Consi]lio Rogatorum die 5 oct. 1508 a car. 51.

L. VIII cap. 24. Vide allium (sic) ordinem in Libro Viridi a car. 137 c° 32.

Ibidem. Vide allium ordinem in presenti libro a c° 35.

L. VIII cap. 31. Nota quod est aliud statutum loquens de contrascriptis [?] ad cap. 67 [in pre]senti libro VIII°.

L. VIII cap. 35. Vide in presenti libro a c°. 24, et in Libro Verde (sic) a cart. 131 c. 328.

L. VIII cap. 37. Simile statutum est [in] libro V cap. 17.

L. VIII cap. 60. Require in [Libro] Viridi a c. [16].

L. VIII cap. 62. Vide in libro 3 cap. 35 in pr[esenti] volumine.

L. VIII cap. 72. Vide aliud st[atutum] libro 5 c°. 35, dist[inctione?] prima et [tertia], et in dicto libro 5 a c°. 36.

C.

Opera Francisci de Gondola.

I. Summaria

in codicibus versionis E. singulis capitulis praemissa.[2]

LIBER PRIMVS.

Proëmium.

1. Deus creavit mundum ex nihilo.
2. Deus ex limo constituit hominem justum, eique mundum subjecit.

[1] Annotationes marginales hujus codicis magna ex parte mutilatae sunt circumcisione foliorum facta a bibliopego. Supplevimus ex notis quae leguntur in margine codicis C.

[2] Quum codices parum inter se differant, scripturae discrepantias exceptis quibusdam locis paucissimis notare omisimus.

3. Homo inobediens Deo mortem sibi conscivit.
4. Homo ad propria commoda pronus.
5. Hominis auri cupiditas, unde omnia mala sunt.
6. Leges conditae contra hominum oppressiones.
7. Leges homines ad bene vivendum compellunt.
8. Justitia est constans ac perpetua voluntas, jus suum unicuique tribuens.
9. Judici justo nullum malum obvenit.
10. Justitia firmat imperia, auget civitates et parit pacem in populo.
11. Gubernantes ad justitiam administrandam invigilare debent.
12. Statuta Rhacusii confusa et obscura a Marco Justiniano collecta et illustrata.
13. Casu statuto praecise non determinato ad simile recursus fiat.

Caput 1.

1. Comes novus Rhacusii jurejurando promittit conservare consuetudines et statuta illius, et secundum ea judicare.
2. Vexillum S. Blasii dicto comiti a communi in concione dandum.
3. Comes cum vexillo ad templum D. Virginis eat, et ad januam illius a canonicis recipiatur.
4. Comiti ante altare majus a canonicis idem vexillum dandum.
5. Comes jurejurando profitetur conservare jura dicti templi, et canonicorum.
6. Comiti a canonicis laudes decantandae, eisque ab eo iperperum unum tribuendum.
7. Rhacusini dicto comiti fidelitatem jurant.

Caput 2.

1. In die Natalis Domini nostri singulis annis, dum missa decantatur, laudes comiti a canonicis canentur, et eis ab eo duo iperpera dentur, alterum pro duce Venetiarum, alterum pro ipso.
2. In vigilia Circumcisionis Domini nostri post vesperas canonici eant in palatium ad comitem, dent ei candelam, et ab eo recipiant duo iperpera.
3. In die Epiphaniae idem fiendum, sed tunc unum iperperum tantum recipiant.
4. Canonici pro dictis iperperis transmittant dono comiti cereum unius iperperi.
5. In die Divi Blasii, per nobiles viros, invitare faciat archiepiscopum et clerum ad bibendum, quibus post vesperas in palatio archiepiscopali congregatis transmittat ipsis ad bibendum duo quinque (sic) vini albi et unam libram thuris, solvendam a communi.
6. In dicta die ad missae celebrationem canonici laudes cantent comiti, et ab eo recipiant iperperum unum.
7. In die Cenae Domini quarta vini albi pro altaribus dictae ecclesiae abluendis a communi detur.
8. In die Sabbathi Sancti, comes 50 libras cerae pro cereo eo die benedicendo det, et a canonicis de eadem cera cereum 3 librarum accipiat.
9. In die Paschatis laudes comiti canentur, et cetera fiant, ut supra numero 1., propter quod canonici unum iperperum tantum recipiant.

10. Eodem die, evangelio in missae celebratione decantato a diacono et subdiacono, liber, thus et pax post archiepiscopum comiti deferenda est.

11. Omnia supradicta inviolabiliter observentur singulis annis.

Caput 3.

1. Judices 15 singulis annis eligendi: videlicet 10 a majori consilio in duabus cameris et 5 a minori.
2. Judices prefati singulatim in majori consilio ballotentur.
3. Judices 5 ex dictis 15 electis majorem numerum ballotarum ultra medietatem ceteris habentes remaneant.
4. Consiliarii 18 eligantur, modo expresso supra numero primo, quorum sex remaneant, ut ibi n⁰. 3⁰.
5. Vicarius fit unus ex tribus, modo prope expresso.
6. Judices, consiliarii et vicarii remaneant unus pro cassata, et officio fungi incipiant die festo S. Michaelis per annum.
7. Judices, consiliarii et vicarii sint nobiles Rhacusini, commorantes in civitate vel districtu, et jurent, ut continetur in libro 2⁰.
8. Judices, consiliarii et vicarii ab officio vacent uno anno.
9. Comes cum minoris consilii majori parte, saltem cum 9, eligant omnes officiales, exceptis thesaurariis et procuratoribus S. Mariae.
10. Thesaurarii et procuratores S. Mariae eligantur per majus consilium, modo expresso supra.
11. Officiis fungentes sit unus pro cassata.
12. Comes officiales jurejurando obliget.
13. Paragraphus infrascriptus non summatur, quia brevis.
14. et 15. Non summatur, quia brevis.
16. Electio officialium fienda mense decembris, et officiales intrent officia kalendis januarii.

Caput 4.

1. Comite ad stanicum eunte, vel ad parlamentum, habeat ultra suam familiam Rhacusinos ab eo vocatos, expensis communis.

Caput 5.

Non summatur, quia breve.

Caput 6.

1. Comes, de quolibet bove et vacca annicula (var. axicula) in carnaria taberna interfecta a carnario, habeat follaros 16.
2. De porco 8, de aliis bestiis 4 follaros: haec vero regula fallit, si animalia non excedunt sex menses, quo casu solvunt minus, ut prudentiae ministri d. comitis videbitur.
3. Fallit in animalibus pro usu domus alicujus interfectis.
4. Fallit in occisis die dominico carnisprivii.

Caput 7.

1. Comes, vespere praecedenti kalendas januarias, det carnariis iperperum unum pro kalendis.

Caput 8.

1. Molendinarii gratis terant segetes comitis et ejus familiae, victui sufficientes, et in vigilia kalendarum januarii habeant ab eo grossos octo pro kalendis.

Caput 9.

1. Nauclerii et nautae Rhacusani, in vigilia Nativitatis Domini nostri, lignum ceppum in palatio d. comitis afferant et igni superimponant, et a comite recipiant iperperum unum et bibalia pro kalendis.

2. Salinarii dicto die dent eisdem iperpera duo.

3. Procuratores S. Mariae dicto die dent eisdem ex praecepto comitis iperpera duo.

4. Navi Rhacusinae, in diebus Natalis vel Resurrectionis Domini portum ingressae Rhacusii, comes det iperperum unum.

Caput 10.

1. Navicula in partibus Lagustae et Corcyrae Nigrae retibus piscans det comiti, quantum continet pars unius nautae.

2. Navicula angusiolorum, portans angusiolas vel lacestas (sic), solvat comiti partem, ut supra n⁰. 1⁰.

3. Navicula piscans noctu cum igne scombros et scirones det comiti sex pisces, si ceperit 100 et a 100 superius; si a 100 inferius usque ad 50, det tres pisces, si vero inferius a 50 ceperit, nihil det.

4. Naviculae piscantes cum retibus, et adducentes Rhacusium pisces salatos dent comiti, ut ibi, et vicario.

5. De tracta, canna et retibus nil datur comiti de angusiolis.

6. Piscatores in vigilia kal. januarii habeant a comite grossos 5 pro kalendis.

7. Piscatoribus, piscantibus artibus supra non expressis, nil det eis comes in die kalendarum.

8. Artificibus Rhacusanis omnium artium dicta die det comes eis ad velle suum pro kalendis.

Caput 11.

1. D. comes potest prohibere solas aquas Umblae 15 diebus ante Nativitatem Domini non piscandas, cum ipse piscari vellet, et piscatores pro eo piscantes ab eo habeant expensas, et pro voluntate comitis mercedem.

Caput 12.

1. Portantes taedam per terram dent comiti pecciam unam, et capientes eam in insulis dent eidem cepponem magnum, et vicario minorem.

2. Portantes ligna Rhacusium dent comiti unam pecciam pro balla.

3. Hoc fallit in hominibus portantibus ligna ad vendendum super humeris, qui nihil dent comiti.

4. Quae fallentia limitatur non procedere in laboratoribus vinearum, portantibus die Sabbathi ligna, licet super suis humeris, qui dent comiti, ut supra.

5. Portantes ligna Rhacusium cum barca dent comiti sarcinam.

6. Portantes pro usu suo ligna vineae vel pomarii excisa, nihil dent comiti.

7. Archiepiscopus, monasteria et unusquisque civis Rhacusinus, conducens ligna pro illorum usu, a solutione comitis sit exemptus.

8. Navis ex itinere Rhacusium appulsa, portans aliqua ligna a nautis excisa, det comiti onus hominis.

9. Hoc fallit in lignis adductis pro calcinaria vel ad exsiccandum becunas et pelles, quibus casibus nihil datur.

Caput 13.

1. Naves et naviculae omnes ex regno Neapolis, Siciliae, Marchia Anconae et Romandiola, in portum Rhacusii appulsae, dant comiti pro arboracio iperperum unum pro arbore et inferius.

2. Haec regula fallit in venientibus a Bari, Zermoli, Barulo, Siponta (sic), Ortona, Malfetto, Juvenacio, Vesti, Ancona, Senogallia et Fano, quae videlicet sunt exemptae.

3. Fallit et in hominibus Civitatis Novae, qui dant pro arboracio solidos quinque.

4. Naves, venientes a partibus Lastae usque Dyrachium et portum Rhacusinum capientes, dent pro singulis arboribus iperperum unum.

5. De barca datur a medio iperpero inferius ad voluntatem comitis.

6. Barca correctoris, undequaque veniat, nihil solvat.

7. Naves et barchae etiam forensium, navigantes secundum usum Rhacusinum et portantes partem operi ecclesiae S. Mariae, nihil dant pro arboracio, nec pro sesta.

Caput 14.

1. Ementes servos et per mare extra Rhacusium trahentes, comiti pro singulis illis, altis duobus cubitis supra, tertium unius iperperi solvant.

2. Servus, longus minus duobus cubitis, est immunis a solutione.

Caput 15.

1. Lagustani dederunt se communi Rhacusino eo pacto, ut conserventur illorum antiquae consultudines, et commune dabit eos suo comiti.

Caput 16.

1. Comes habet de vacha pro margarisio coxam dandam cum dimidio; caeteras carnes vicarius dividat per bonos viros Rhacusii.

Caput 17.

Non summatur, quia revocatum in libro octavo, cap. 52, num. 3º.

Caput 18.

[Vide pag. 14, cap. 18 notam 9].

Caput 19.

Non summatur, quia breve.

Caput 20.

1. Homines morantes in ruribus d. archiepiscopi litem invicem habentes, civilem vel criminalem, judicandi sunt ab archiepiscopo, vel ejus vicario.

Caput 21.

1. Homines morantes in ruribus monasterii Lacrimonensis habentes litem ad invicem, abbas vel ejus vicarius judicet eos.

2. In criminalibus vero judicet eos comes et ejus curia.

3. Homines praefati litem habentes cum hominibus Rhacusii agant coram comite et ejus curia, ut in sequenti verso.

4. Reus habeat judicia juxta stylum Rhacusii, et si vellet declinare forum curiae et concordari cum actore, et alios judices eligere possit.

5. Licet lites essent ultra 10 iperperos, dicti tamen rei ire possunt extra Rhacusium.

6. Abbas invitet comitem ad festum S. Benedicti.

7. Abbas possit facere custodiri aquam Umblae ante dictum festum et piscari eam.

8. Lacrimonensis monasterii navicula nihil debet dare ecclesiae S. Mariae de eo, quod pertinet ad ecclesiam S. Benedicti.

9. Idem in homine dicti monasterii eunte cum navi extranea.

10. Urgente necessitate Rhacusinos transmittentes nuncios non habentes tutum accessum, monaci cum abbatis voluntate ire debent.

11. Immunitas dicti monasterii a solutione fienda ecclesiae S. Mariae pro curru et statera.

12. Procurator unus et advocatus unus dicto monasterio per comitem fiendi.

Caput 22.

1. Sacrista S. Mariae habeat mediam partem segetum et salis, sicut archiepiscopus habet unam.

2. Nauclerio cum nautis coenam faciente sacrista det ei cereos pro dicta coena sufficientes.

Caput 23.

1. Navis quaelibet de quolibet itinere det operi ecclesiae S. Mariae partem, sicut recipit unus ex nautis, qui fuerunt cum ea, et n° 5 in fine.

2. Hoc fallit in naviculis piscatorum, et in euntibus pro lignis pro igne et calcinariis, quae nihil dent.

3. Qualiter navis et navicula navigans ultra Moluntum et Melitam det partem S. Mariae.

4. Declaratio dictae partis.

5. Fallit in navi naufragata, quae nihil solvit.

6. Mercatores transmittentes merces ad partes Illiridis solvant ecclesiae S. Mariae grossum unum pro summa; pro asino autem pro media summa.

7. Fallit in vino, sale et ficubus.

8. Merces praedictae intelligantur illorum, pro quibus solvitur vectigal.

9. Correctio capituli 24, continentis electionem procuratorum Lacromae.

10. Inventa in mari, ab ecclesia S. Jacobi et Puncta Sacchi Cromulae versus Rhacusium, sint ecclesiae S. Mariae.

11. Fallit in lignis parvis.

Caput 24.

1. Comes cum judicibus et parvo consilio faciat duos vel plures procuratores super opera et redditus ecclesiae S. Mariae, et jurejurando liget eos de fideliter exercendo, numero 2°. et 8°.

2. Procuratores recipiant pertinentia ad ecclesiam, et ea custodiant.

3. Procuratores possunt agere coram comite pro rebus dictae ecclesiae sine caractis.

4. Comes sine aptagi debet praecipere vicario suo, vel praeconi, quod pignorent illos qui tenuerint de bonis dictae ecclesiae, quod ipsi debent exequi.

5. Vicarius idem faciat, praecipientibus ei procuratoribus.

6. Procuratores propria auctoritate possunt facere capi dicta pignora.

7. Orta quaestione inter dominum pignoris et procuratores, si ab eis verberaretur in judicio, ipsi nihil patiantur.

8. Procuratores teneant omnia bona dictae ecclesiae.

9. Procuratores, completo illorum anno, omnia bona ecclesiae dent successoribus.

10. Comes et commune Rhacusii non possunt procuratoribus de bonis dictae ecclesiae auferre.

11. Procuratores etiam volentes nihil dare possint de bonis dictae ecclesiae.

Caput 25.

1. Redditus staterae, balancii et currus, quo funes fiunt, sint S. Mariae.

2. Procuratores dent duobus probis hominibus, alteri stateram cum balanciis, alteri ferramenta currus.

3. Procuratores notificent comiti dictos homines, et ipse jurare illos faciat de fideliter illorum officium administrando et pecunias procuratoribus reddendo

Caput 26.

1. Navicula piscatoria, piscans noctu cum igne, quantum debet procuratoribus S. Mariae.

2. Pisces a dicta navicula procuratoribus dati, aequa portione dividantur inter ipsos et prothomagistrum operis dictae ecclesiae.

3. Barca, piscans cum grippo de angusiolis, det partem procuratoribus S. Mariae, ut uni ex piscatoribus.

4. Procuratores dividant hanc partem, ut supra n°. 2°.

5. Procuratores quae dona facere debent prothomagistro in diebus Natalis et Resurrectionis Domini nostri.

6. Procuratores in principio anni quid donant prothomagistro, et quid laborantibus in ecclesia S. Mariae, et in diebus Natalis et Resurrectionis Domini nostri.

7. Procuratores in principio anni dent clericis S. Mariae iperperum unum et bibalia.

8. Item et naucleriis existentibus Rhacusii, non tamen bibalia.

9. Procuratores curent plateas circa dictam ecclesiam mundare, immunditiasque transferre ad Lavem, a mulieribus venditricibus panem (sic). ad expensas ecclesiae.

10. Procuratores dent bibalia mundantibus portum circa molum.

11. Nauclerii tenentur procuratoribus petentibus reddere rationem partis pertinentis ad ecclesiam S. Mariae, et illam componere.

12. Procuratores possunt agere contra quoscunque detinentes dictam partem ecclesiae.

13. Omnia necessaria ecclesiae S. Mariae fiant ex redditibus ejus.

Caput 27.

1. Prothomagister juret se consulturum super opere et divisione domuum, si ab aliquo consultus fuerit.

2. Prothomagister sepeliendis nobilibus aperiat et claudat sepulcra, nec ab hoc illum procuratores amovere possunt.

3. Calx a prothomagistro danda pro murando lapide sepulcri, nec procuratores huic rei possunt contradicere.

4. Aedificantibus muratoribus in ecclesia S. Mariae prothomagistro debentur sex follari, aedificanti vero cuilibet tres pro vino singulis diebus.

5. Commune Rhacusii aedificare volente, prothomagister et ceteri aedificantes tenentur tali aedificio inservire expensis communis.

6. Prothomagistro debetur medietas piscium pertinentium ad procuratores.

7. Prothomagistro debetur a procuratoribus porcus vel iperperum in die Nativitatis Domini, in die vero Resurrectionis Domini castratus vel medium iperperum, in principio vero anni novi duo grossi.

Caput 28.

1. Aedificantibus in templo Divae Mariae quid procuratores, in diebus Nativitatis Domini et Resurrectionis et Kalendis Januarii, dare debent.

Caput 29.

1. Vicarius curet parari mensam prandii d. comitis, eique assistat, quamdiu comes accumbit.

2. Comite in concione stante vel sedente, ita et vicarius faciat.

3. Vicarius eat ad alloquendum aliquem, mandante ei comite, et si extra districtum pro beneficio comitis, eat expensis comitis, si pro communi, expensis communis.

4. Vicarius inservire debet piscatui d. comitis in Umbla in die Nativitatis Domini.

5. Vicarius introitus comitatus et honorem civitatis servet.

6. Vicarius rationem comitatus a carnario vel piscatore recusante dari faciat.

7. Vicarius det Kalendas clericis.

8. Vicarius in causa comitatus non possit esse testis.

Caput 30.

1. Vicarius habeat decimam partem de omnibus aptagis, arboratico et familiis, totum vero mezaticum cum aptagis de iperpero uno inferius sit ejus.

2. Vicarius pro annua mercede habeat iperperos 23, et a d. comite singulis diebus dominicis singulas coxas carnium.

3. Vicarius habeat a piscatoribus medium minus d. comite.

4. Vicarius habeat cepponem de barca taedae.

5. Vicarius habeat pellem et ubera vacchae de margarisio.

6. Vicarius habeat a barchis, piscantibus a Stagno occidentem versus cum retibus per tres noctes, unum piscem salatum.

7. Vicarius potest facere custodire aquam Umblae octo diebus ante Epiphaniam, et in vigilia illius piscari.

8. Vicarius solvat vectigal vini et collectas.

Caput 31.

1. Pitantarius de omni ligno conducente segetes vel sal Rhacusium et solvente partem archiepiscopo habeat medium minus ipso archiepiscopo.

2. Pitantarii partis medietas pertinet ad riparios.

Caput 32.

1. Riparii inserviant comiti et communi in civitate et districtu.

2. Riparii tenentur etc., ut in textu.

3. Riparii obtemperent vicario in spectantibus utilitatem et honorem Rhacusii.

Caput 33.

1. Riparius a communi habeat pro mercede iperperos 10 (sequitur lacuna punctis notata).

2. Forenses solventes arboraticum solvant . . . . (lacuna).

3. Riparii pro terminis constituendis et citationibus fiendis extra Rhacusium habeant a tribus carubis citra.

4. Riparii de segetibus et sale navium habeant medietatem partis pitantarii.

5. Riparii habeant de vacca de margarisio caput et interiora.

Caput 34.

1. Riparius habeat pro singulis citationibus executis in civitate coram magna curia follaros duos, et coram parva unum, quibus non executis nil habeat, licet quaesivisset citandum.

LIBER SECVNDVS.

Caput 1.

1. Comes jurat se bona fide servaturum et recturum civitatem, secundum consuetudines illius.

2. Comes jurat se conjurationes amoturum, et unicuique aeque justitiam ministraturum.

3. Comes jurat se cum majori parte consilii malos usus diminuturum et bonos aucturum.

4. Comes jurat se amico non suffragaturum, nec inimico nociturum, per fraudem.

*

5. Comes jurat se habiturum honores et potestates solitas haberi a Venetis comitibus Rhacusii.

6. Comes jurat se supradicta servaturum, salvo jurejurando per ipsum facto duci Venetiarum.

Caput 2.

1. Miles jurat se adjuturum et consulturum comitem.

2. Miles jurat se servaturum civitatem, et ei optime consulturum, salvo honore ducis et comitis.

3. Miles jurat se comiti substituto obligari ad omnia jurejuranda, facta Venetiis et Rhacusii.

4. Miles jurat se . . . . (lacuna), ut in textu.

5. Miles jurat se amico non suffragaturum, nec inimico nociturum, per fraudem.

6. Miles jurat se mercimonias Rhacusii non exercitaturum ultra . . . . (lacuna punctis notata in codd.).

7. Miles jurat se cum comite, durante ejus regimine, permansurum cum salario ei promisso.

Caput 3.

1. Rhacusini jurant fidelitatem duci Venetiarum, et etiam comiti, et auxilium praestandum personae et rebus illius, et comitatui.

2. Rhacusini jurant se auxiliaturos comiti ad conservandum bonum statum Rhacusii, et comitatus, et justitiam exequendam.

3. Rhacusini jurant se conjurationes omnes evitaturos, initas soluturos, et ab aliis factas vel fiendas d. comiti revelaturos.

4. Rhacusini jurant se rectum consilium comiti daturos, si ab eo consulti fuerint.

5. Rhacusini jurant se omnia ad comitem pertinentia servaturos, et alios usurpantes ea propalaturos, se autem quam cito habita reddituros, nec ulterea (var. ulterius) ablaturos.

6. Rhacusini jurant se observaturos pactum cum Venetis conventum et operam navaturos ab aliis observari.

Caput 4.

1. Judex jurat se judicaturum sine fraude, secundum consuetudinem Rhacusii ab eo cognitam, aliter secundum ejus bonam conscientiam.

2. Judex jurat se pretium pro judicio non capturum, et ab aliis per se captum reddi facturum.

3. Judex jurat se vocatum in consilium iturum, salvo justo impedimento.

4. Judex jurat se a comite consultum recte consulturum.

5. Judex jurat se causam ei a comite prohibendam non decisurum.

6. Judex jurat se non daturum sententiam a 5 iperperis supra, sine licentia comitis.

7. Judex jurat se arcana a comite, vel ejus locum tenente, sibi dicenda juxta mandata ejus retenturum.

8. Judex jurat se resoluto existente lites non dilaturum.

9. Judex jurat se judicaturum secundum novam consuetudinem per comitem et consilium reperiendam.

10. Judex jurat, si aliquid scierit pertinere d. comiti, manifestare ei rationem suam.

11. Judex jurat se in officio existente non iturum ad bibendum, neque per hortos neque per tabernas.

12. Judices fiebant in festo s. Michaelis.

13. Judex jurat se amico non juvaturum, nec inimico nociturum per fraudem.

14. Limita supradicta, videlicet: si defectus ex parte comitis non intervenerit.

15. Judex jurat se causas criminales secundum merita judicaturum.

16. Judex jurat se fidelem futurum duci Venetiarum et comiti, juxta pacta conventa, illaque observaturum et ab aliis observari facturum.

Caput 5.

1. Consiliarius jurat se vocatum campana vel voce nuntii venturum et recte consulturum, nec amico auxiliaturum, nec inimico nociturum.

2. Consiliarius jurat se pecunias non accepturum per se vel per alium.

3. Consiliarius jurat se curaturum rationes, salutem et honorem civitatis.

4. Consiliarius jurat se arcana sibi a comite committenda occultaturum, justitiaeque ac decretorum a comite et majori parte consilii constitutorum executionem auxiliaturum, salva illorum revocatione.

5. Consiliarius jurat se curaturum consuetudinem novam a comite et consilio instituendam ad effectum perduci.

6. Consiliarius jurat se praedicta observaturum usque ad diem s. Michaelis de septembri, et deinde ad annum, nisi a comite defectus oriretur.

7. Consiliarius jurat se teneri ad praedicta, etiam si peregre iret.

8. Consiliarius jurat se fidelem fore duci Venetiarum, dum vivet, et comiti, pactumque cum Venetis initum observaturum curaturumque, ut ab aliis observetur.

Caput 6.

1. Advocatus jurat se advocaturum bona fide, secundum usum civitatis, nec amicum auxiliando, nec inimico nocendo.

2. Fallit in agnatis et cognatis, usque ad secundum gradum inclusive, contra quos advocare non potest.

3. Advocatus jurat se munera ultra unum grossum pro lite non accepturum.

4. Advocatus jurat se venturum, cum vocatus erit a comite, nisi justo praepeditus fuerit impedimento, et rectum consilium et opus suum pro justitia exequenda daturum.

5. Advocatus jurat se consuetudinem a d. comite instituendam ad effectum perducturum, secreta quae sibi injunget occultaturum, rationesque ejus conservaturum, easque illi patefacturum.

6. Advocatus jurat se advocaturum bona fide pro communi, mandante hoc sibi d. comite.

7. Advocatus jurat se neminem clientem consultaturum ad jurandum falsum, nec ad falsos testes producendum, neque ad aliquam aliquo modo fraudem committendum.

8. Advocatus jurat se supradicta per annum servaturum.

9. Advocatus jurat se fidelem fore, dum vixerit, d. duci Venetiarum et comiti, juxta capitula et pacta per communitatem Rhacusii ei jurata, operamque navaturum, ut ab omnibus observentur.

10. Advocatus jurat se nullo modo ab aliquo ultra unum grossum pro causa accepturum, neque cum eo comesturum vel bibiturum.

Caput 7.

1. Advocatus jurat se inquisiturum rationes communis ab uno grosso supra, et ipsum ab eo habitum quam cito ei restituturum, et restituere negligentes patefacturum

2. Advocatus jurat se patefacturum comiti detinentes praedia communis urbana seu rustica, ab ipso cognita, et curaturum, ut restituantur.

3. Advocatus jurat se obligatos communi ab eo cognitos patefacturum comiti, illisque ad ejus libitum litem moturum, et de exactis ab eo vel a sociis ejus quadragesimam partem pro labore suo capturum.

4. Advocatus jurat se curaturum rationes d. comitis ei ostendere, et eas exigere, et venire in majus consilium, si fuerit vocatus per nuncium et campanam.

5. Advocatus jurat se supradicta bona fide observaturum usque ad s Michaelem, et inde ad annum, addendaque vel minuenda a d. comite et consilio executurum.

6. Advocatus jurat fidelitatem duci et comiti, juxta formam in praecedenti capitulo num. 9°. contentam.

Caput 8.

1. Jurat se studiosum fore ad emendum salem cum utilitate communis et ad inquirendum transgressores praesentis statuti, et illos quamprimum comiti manifestandum.

2. Jurat se exacturum juramentum pro sale a naucleriis omnium navium Rhacusium cum sale appulsarum, vel a comite exigi curaturum, salque ab eo emptum venditori salis pro communi daturum.

3. Jurat se venturum ad consilium, cum vocatus fuerit, recteque consulturum servaturumque augenda et minuenda a comite et consilio, rectamque rationem ei facturum.

4. Jurat fidelitatem d. duci et d. comiti, juxta formam per communitatem Rhacusii juramento firmatam, et pacta cum Venetis conventa, curaturumque ea ab aliis observari.

Caput 9.

1. Jurat se assiduum fore venditioni salis cum utilitate communis, et inquisitioni transgressorum praesentis statuti, manifestationique illorum d. comiti.

2. Jurat se omnes denarios introitus salis servaturum, et a 10 iperperis supra daturum, juxta mandatum comitis et trium consiliariorum ad minus.

3. Jurat se de pecuniis ex hoc officio percipiendis nil utilitatis suae tribuere, nec commodo alterius, sed communis tantum.

4. Jurat se venturum ad magnum consilium, cum per campanam illius vocatus fuerit, recteque consulturum et servaturum augenda et minuenda a comite et consilio, rectamque ei rationem facturum.

5. Jurat se haec omnia servaturum usque ad s. Michaelem de septembri, et inde ad annum.

6. Jurat fidelitatem duci et comiti juxta formam per communitatem Rhagusii juramento firmatam, et pacta cum Venetis conventa, curaturumque ab aliis servari.

Caput 10.

1. Custos noctis jurat se fideliter custoditurum civitatem et treciones (sic) et suburbia, nec amicum juvaturum, nec inimico nociturum.

2. Custos jurat tabernam apertam post tertium sonum campanae in iperperum damnaturum maneque hoc comiti nunciaturum, et ab armatis arma postulaturum et non dantes comiti patefacturum, sicque eos et arma et iperperos quattuor amissuros.

3. Custos jurat sine lumine euntes in iperperum plecturum, furemque capturum, et cognitum et non captum comiti denunciaturum.

4. Custos jurat fraudem sociorum cito comiti manifestaturum.

5. Custos jurat vinum vectigal non solvens, et asinum et homines illud ferentes capturum et medietatem vini habiturum.

6. Custos jurat annonam contra statuta allatam hominemque illam afferentem apprehensurum et habiturum medietatem illius, et quartum iperperi ab homine a comite damnando.

7. Custos jurat vendentem panem comiti nunciaturum, ab eoque addenda vel minuenda servaturum, et vendentem annonam in domo comiti nunciaturum, habiturumque quartum condemnationis.

8. Custos jurat se haec omnia servaturum bona fide.

9. Custos jurat fidelitatem in forma supradictorum juramentorum.

10. Custos jurat se vinum forense allatum omniaque contra honorem comitis tendentia ei nunciaturum, curaturumque super eis justitiam ministrari.

Caput 11.

1. Camerarius ponderum, hodie justitiarius nuncupatus, jurat se invigilaturum super omnibus mensuris et ponderibus, nec amicum juvaturum, nec inimico nociturum, facturumque juxta mandatum comitis.

2. Camerarius jurat mensuram falsam vel pondus minus dato nunciaturum comiti; iperperum unum fraudator solvat, perdatque mensuras et pondera.

3. Camerarius jurat se pecuniam ex officio perceptam detenturum ad utilitatem communis, remota propria vel cujuscunque alterius, daturumque eam comiti, rationesque illius et civitatis ei nunciaturum.

4. Camerarius jurat fidelitatem in forma supra pluries repetita.

5. Camerarius jurat se haec omnia servaturum usque ad s. Michaelem de septembri et inde ad annum.

Caput 12.

1. Procurator jurat se in officio permanentem invigilaturum laboreria ecclesiae magis convenientia fieri et minori pretio quam poterit, expensasque illius scripturum.

2. Procurator jurat rationem justam bis vel pluries in anno omnium pecuniarum ab eo receptarum, nulla pro se vel pro alio ex eo habita utilitate, redditurum.

3. Procurator jurat se mandatum comitis et curiae et omnia supradicta servaturum.

4. Procurator jurat fidelitatem in forma supra pluries repetita.

5. Comes possit medietatem fructuum vel plus dictae ecclesiae mutuo capere pro arcibus civitatis construendis nec in alio convertere, imo debet restituere, exigente ecclesiae necessitate, et etiam de suis pecuniis elargiri.

Caput 13.

1. Procurator jurat se in officio permanentem invigilaturum excutendi rationes pertinentes ad ecclesiam, suoque ordine ab eo recipienda et expendenda scripturum, et rectam rationem d. comiti bis vel pluries in anno redditurum.

2. Procurator jurat se mutuaturum de pecuniis dictae ecclesiae d. comiti mutuumque exigere curaturum.

3. Procurator jurat se utilitati ecclesiae consulturum, remota omni sua et quorumcumque suorum commoditate.

4. Procurator jurat se haec omnia per annum servaturum.

5. Procurator jurat fidelitatem in forma supra pluries repetita.

6. Procurator jurat se exacturum omnes redditus ecclesiae, nec eos successoribus relicturum, sub poena expressa.

7. Procurator jurat se rogaturum quolibet trimestri comitem et consilium redditum et expensarum dictae ecclesiae rationes videre.

Caput 14.

1. Pitantarius, hodie armiraglius arsenalis nuncupatus, et custos dicti arsenalis, jurat se custodituruin res arsenalis et super triremibus operaturum, nec majus pretium consueto accepturum, nec aliquid alienaturum vel commodaturum nisi mandato comitis, quod diligenter repetere curabit.

2. Pitantarius jurat se mandata comitis servaturum.

3. Declaratio mercedis illius, et temporis ejus.

4. Jurat se supradicta servaturum durante regimine comitis, nisi defectus ab eo vel ejus consilio oriretur.

5. Jurat fidelitatem in forma consueta.

Caput 15.

1. Camerarius jurat se diligenter inquisiturum rationes communis et pecunias illius servaturum ad utilitatem ejus, nemini de eis dando, nisi d. comes et suum consilium mandaverint, quo casu jurat se daturum a 10 iperperis inferius, pro utilitate communis, et semel.

2. Expensas de voluntate comitis et consilii facturum nec commune fraudaturum, sed ejus rationes comiti nunciaturum.

3. Addenda vel minuenda a comite et consilio in hoc jurejurando servaturum.

4. Rationes introitus et exitus, quoties et cui comes mandaverit, redditurum.

5. Haec omnia per annum bona fide servaturum, nec amicum juvando, nec inimico nocendo.
6. Fidelitatem in forma consueta.

Caput 16.

1. Vicarius jurat se diligentem fore in pertinentibus ad suum officium, ad honorem ducis Venetiarum et comitis Rhacusii, rationesque ejusdem comitis inquisiturum eique nunciaturum et exacturum, exactaque ei daturum, et nihil ab eo occultaturum.
2. Pignora juxta mandatum comitis capturum rationesque ejus servaturum, angariosque transmissurum.
3. Expressio mercedis et honorum vicarii.
4. Vicarius jurat se comiti interroganti eum veritatem dicturum et sine illius licentia de circuitu istius terrae non exiturum.
5. Addenda vel minuenda a comite et consilio in hoc jurejurando servaturum, omniaque praedicta usque ad s. Michaelem de septembri et inde ad annum.
6. Fidelitatem in forma consueta.

Caput 17.

1. Riparius jurat fidelitatem, dum vixerit, d. duci Venetiarum et comiti nostro, durante comitis regimine, mandatisque ejus obediturum, pignoraque jubente eo vel ejus vicario capturum a quocunque.
2. A comite interrogatum veritatem responsurum custoditurumque omnes ejus justitias et rationes et ei quam cito nunciaturum.
3. Supradicta, durante ejus officio, animadversurum.
4. Fidelitatem in forma consueta.

Caput 18.

1. Venientes Rhacusium de Venetiis et ab una ripa et altera usque Tragurium et per totam Apuliam, cum appulerint Rhacusium, dividant de superfluo vino ad medium per unamquamque personam et per unamquamque partem ligni, et reliquum effundant, dando bannum iperperorum duorum pro communitate ligni et aliorum duorum iperperorum pro unaquaque mensa pivatorum.
2. Idem dicendum de venientibus de Dulcinio versus Romaniam per totam Apuliam.
3. A Tragurio et a Dulcinio versus Rhacusium, volentes Rhacusium venire, dividant de superfluo vino ad quartam vini per unamquamque personam et per unamquamque partem ligni: superfluum vero effundatur et communitas ligni det duos iperperos.
4. Venientes de Cattaro Rhacusium dividant de superfluo ad dimidiam quartam per personam et per unamquamque partem ligni: superfluum effundatur, solvendo praedictum bannum.
5. Haec omnia credantur juramento nauclerii, qui si non dixerit veritatem incidat ille solus in praedictas poenas, pro marinariis et pivatis.
6. Quid, si quis dimiserit vinum in terra in Corciula versus Rhacusium.
7. Qui non extrahunt vinum de Rhacusio, non possint, ut supra, portare vinum pro parte ligni.

Caput 19.

1. Jurat iste, quem nunc massarum segetum appellamus, officio suo fideliter functurum, nec licentiam portandi fruges extra Rhacusii districtum daturum.

2. In districtu vero unum cupellum tritici tribus personis, hordei duabus, fabarum vero quatuor in hebdomada concessurum, et postulante segetes pro seminando fidem de hoc capturum, curaturumque in messe perduci Rhacusium, contrafacientesque comiti nunciaturum.

3. Nihil pro sua vel aliorum utilitate occasione istius officii capturum, praeterea quae sibi addenda vel minuenda essent a comite ultra praedicta, sed totum juxta mandatum ejusdem comitis daturum.

4. In suburbiis die martis, in insulis et peregre euntibus dominico et lunae, terrae vero continenti ceteris diebus supradictam divisionem segetis daturum.

5. Rhacusinum hominem contra hoc statutum delinquentem iperperum unum, et segetem contrabando perdere curaturum.

6. Haec usque ad s. Michaelem de septembri, et inde ad unum annum servaturum.

7. Fidelitatem in forma consueta.

Caput 20.

1. Jurat se in exigendo pensiones domorum communis omnem diligentiam et fidelitatem adhibiturum, exactaque sine sua vel aliorum utilitate comiti daturum, justamque ei rationem tam exigendorum quam expendendorum bis vel pluries in anno redditurum, haecque per annum servaturum.

2. Fidelitatem in forma consueta.

Caput 21.

1. Jurat se diligenter inquisiturum rationes communis supra ordinem panis, nec amico juvando, nec inimico nocendo.

2. Totam pecuniam officii sui quam cito, sine ulla sua vel aliorum utilitate, comiti daturum eique rectam rationem redditurum.

3. Praemissa servaturum usque ad s. Michaelem, et inde ad annum.

4. Fidelitatem in forma consueta.

Caput 22.

1. Jurat se fideliter et sine fraude artem suam exercitaturum et consueta per ipsum servaturum.

2. Fraudolentes artis suae artifices comiti nunciaturum.

3. Nec in his amicum juvaturum, nec inimico nociturum, sed ea usque ad s. Michaelem et postea ad annum animadversurum.

4. Fidelitatem in forma consueta.

Caput 23.

1. Jurat se fideliter, diligenter et bene pro viribus profectum et honorem civitatis cum honore ducis et comitis tractaturum.

2. Mandata accurate et sine fraude executurum, servitiaque non sublaturum.
3. Gesta per se in reditu fideliter comiti et consilio relaturum, et ad illorum interrogationes responsurum.
4. Fidelitatem in forma consueta.

Caput 24.

Non summatur propter brevitatem paragraphorum et crebros titulos.

Caput 25.

1. Jurat se curaturum operari bene, et minori pretio quam poterit, pecunias custoditurum et in operibus expenditurum, nihilque de eis occultaturum, scripturumque receptas et expensas, utilitatemque communis, remota sua et aliorum, animadversurum.
2. Rationem comiti, quoties ipse quaesierit, daturum et etiam pecunias penes se superstites.
3. Praefata usque ad s. Michaelem et deinde ad annum servaturum.
4. Fidelitatem in forma consueta.

Caput 26.

1. Jurat se invigilaturum custodiae lignorum ei commissorum, omniaque ad ipsa et ad commune pertinentia, et mandata comitis et consilii servaturum.
2. Non offensurum nec offendi permissurum aliquem amicum Venetorum vel Rhacusii.
3. Acquirenda recte divisurum, juxta consuetudinem Rhacusinam, justitiamque de delictis administraturum, salvo jure comitis.
4. In reditu suo veritatem dicturum super interrogandis a comite.
5. Nec amicum juvaturum, nec inimico nociturum, sed omnia praefata bona fide curaturum.
6. Fidelitatem in forma consueta.
7. Patronatus triremis habetur pro officio.

Caput 27.

1. Jurat se exacturum juramenta ab omnibus mercatoribus per mare Traciam profecturis, et ab eis pro vectigali medium pro centenario illorum mercium exigere curaturum.
2. Jurat se curaturum exigere sacramenta ab omnibus naucleriis navium navigandarum e Rhacusio Traciam, pro veritate dicenda de mercibus in eis oneratis.
3. Jurat se curaturum exigere sacramenta et consueta vectigalia ab omnibus naucleriis et ceteris e Rhacusio per mare aliquorsum proficisci volentibus.
4. Jurat se pecuniam ex hujuscemodi officio recipiendam comiti daturum, remota omni sua et aliorum utilitate et commodo, dictoque comiti rationem illius fideliter redditurum.
5. Jurat se dictas pecunias ab eo colligendas ex mercibus Romaniam

perferendis separatim scripturum, praedictaque omnia fideliter usque ad s. Michaelem de septembri et inde ad annum servaturum.

6. Jurat fidelitatem in forma consueta.

Caput 28.

1. Jurat se accurate exacturum juramentum ab omnibus mercatoribus e Rhacusio per terram ituris ad quaecumque loca, pro quibus vectigal solvi consueverunt, et medium pro centenario de omnibus mercibus capturum, nec amicum juvando nec etc.

2. Jurat percipiendam ex hoc officio pecuniam, procul omni sua et aliena utilitate et commodo, comiti daturum, eique rectam de omnibus rationem bis vel pluries, juxta mandatum ejus, redditurum.

3. Jurat fidelitatem in forma consueta.

Caput 29.

1. Jurat se inquisiturum vinum per civitatem, et inventi tres follaros pro quinquo capturum, nec amicum juvaturum, nec inimico nociturum.

2. Jurat se fidem de veritate dicenda super quantitate vini illorum capturum, et universas pecunias ex hoc officio percipiendas comiti daturum, nulla ab eo habita vel aliis tributa utilitate vel commodo.

3. Jurat rectam rationem, bis vel pluries in anno, comiti redditurum praefataque omnia per annum servaturum.

4. Jurat fidelitatem in forma consueta.

Caput 30.

1. Jurat se custoditurum omne lignum, cum pertinentiis ad illud et ad commune Rhacusii, nec in hac via offensurum aliquem amicum Venetiarum vel Rhacusii.

2. Jurat se capitaneo a comite constituto in omnibus obediturum, salva fidelitate d. ducis Venetiarum et comitis Rhacusii, rectumque solarium (sic) per commune et comitem constituendum daturum.

3. Jurat se rectam partem de omnibus inveniendis sociis juxta consuetudinem tributurum, et in reditu lignum et cetera omnia armiralio praestaturum, dicturumque veritatem de omnibus a comite interrogandis.

Caput 31.

1. Jurant se fideliter capitaneo et comito, salva fidelitate debita duci Venetiarum et comiti Rhacusii, obedituros, lignumque cujus remiges erunt, et omnia ad illud et ad commune pertinentia, juxta mandatum capitanei custodituros.

2. Jurant se nullum damnum facturos, nec fieri concessuros, et ab aliis fiendum capitaneo vel comito nunciaturos

Caput 32.

1. Jurat se fideliter inquisiturum rationes communis ab omnibus qui a duobus annis infra receperunt de bonis Rhacusii, et ab aliis a communi Rhacusii mihi datis in mandatis, et de receptis per eos fideliter scripturum, pecuniasque superstites apud eos comiti nunciaturum.

2. Jurat se cum sociis ad hoc officium exercendum congregaturum, amicum non juvaturum, inimico non nociturum, nec ad odium, amorem vel timorem animadversurum, addenda vel minuenda a comite servaturum, nec pro se vel aliis ex hoc utilitatem capturum.

3. Jurat se haec omnia usque ad s. Andream et inde ad annum attenditurum.

4. Jurat fidelitatem in forma consueta.

Caput 33.

1. Jurat se fidelem futurum d. duci Venetiarum et comiti Rhacusino, et pactum inter commune Venetiarum et commune Rhacusii conventum et omnia alia a ceteris Rhacusinis jurari consueta servaturum.

2. Jurat se operam daturum homines harum insularum duci et comiti fidelitatem servare, omniaque furta vel damna in ejus vel earum partibus vel lignis facta vel fienda inquisiturum, et delinquentibus illorum non repertis a communitate insulae damnum commissum solvi curaturum.

3. Jurat se medietatem poenae communi tangentem ex furtis vel damnis ab eo detegendis capturum . . . . (lacuna).

4. Jurat se operam daturum conjurationes in dictis insulis de furtis non manifestandis dissolvi, et illas non disjunctas comiti nunciaturum.

5. Jurat se honorificentias comiti nostro spectantes daturum, illoque officio ad comitis beneplacitum functurum.

6. Jurat se mandata sibi a comite injungenda pro praesenti comitatu executurum.

7. Jurat se omnia furta et damna dictarum insularum comiti nunciaturum.

LIBER TERTIVS.

Caput 1.

1. Praetendens aliquid ab altero, compareat coram d. comite, ab eoque mandatum illum coram se vocandi obtineat et pro certa die citari faciat.

2. Vocatus potest habere dilationem octo dierum, quibus elapsis potest quem sibi placuerit in advocatum petere, et illo absente comes provideat de termino illius reditui competenti.

3. Supradicta regula fallit in causa debiti contracti a volente ire peregre, reverso a primo itinere, quo casu non excedat triduum.

4. Habito advocato a reo habeat terminum octo dierum, et postea possit curiam comitis declinare.

5. Declinata curia a reo, ipse nominet judices extra, qui si non satisfacerent actori, nominet eos actor, a quo nominati non placentes reo, iterum nominet ipse, ac sic vicissim, donec concordaverint de eis intra terminum illis a judicibus praefigendum, quo elapso, sine judicum deputatione, concordi redeant ad primam curiam et judices.

6. Declinatio judicum et dilationes retardant justitiam.

7. Rector cum uno judice potest audire et facere omnes processus, et sententiam pronunciare ab iperperis 10 infra.

8. Rectore et judice non convenientibus in voto, assumatur aliquis ex judicibus curiae, quorum pro majori parte procedatur et judicetur.

9. In litibus iperperorum 10 declinatio judicum et dilationes denegantur, quod tamen remittitur arbitrio judicum a statutis per eos regulando.

Caput 2.

1. Actor potest recusare unum vel duos judices, si occasionem habuerit; reus vero tres, itaque causa coram ceteris agitetur.

2. Recusatis tot judicibus, ut rector cum uno remaneat vel curia deficiat, possint partes communes amicos in judices eligere vel ad curiam redire.

3. Supradicta regula fallit in causis omnium vectigalium, in quibus neutri recusatio permittitur.

4. In causis communis cum quacunque persona locum habeat recusatio.

5. Fallit in criminalibus.

6. Judex non potens judicare propter consanguinitatem alterius partis, de numero sit recusandorum.

Caput 3.

1. Judices extra curiam de consensu partium (ipsa declinata, vel ante) electi, praefigant dictis partibus tempus et locum audientiae et residentiae, et illis auditis proferant sententiam, secundum illorum rectam conscientiam et consuetudinem Rhacusinam.

2. Judices de communi partium consensu electos neutra pars, ante vel post sententiam, recusare potest, et ipsi licet recusati possint sententiam proferre.

3. Judices de communi partium consensu electi, nolentes sententiam pronunciare, comes cum curia cogat illos jurejurando et sub certa poena proferre, quae prolata sit firma et rata.

4. Judices cartam sententiae pronunciatae intra mensem a die pronunciationis illius victori faciant; alias sententia nihil valeat.

Caput 4.

1. Judices de consensu partium electi judicent juxta consuetudinem curiae comitis.

2. Partes coram dictis judicibus non possint jactari in terram, nec ad agendum civitatem exire, nec dilationes praeter octo dierum habere.

Caput 5.

1. Frater vocatus a fratribus ex diversis matrimoniis curiam Rhacusinam declinare et alteram partem extra civitatem, vel in civitate extra curiam, ad judicium trahere possit.

2. Idem procedit etiam in fratribus utrinque conjunctis, ad invicem divisis.

Caput 6.

Non summatur, quia breve.

Caput 7.

1. Mulier citata potest petere terminum ad respondendum, donec veniat vir ejus absens, qui reversus respondeat pro ea juxta consuetudinem Rhacusii.

2. Maritus potest irritam reddere litem uxoris suae, gestam sine voluntate ipsius presentis et etiam absentis, et renovare illam.

3. Uxor subjecta est viro suo.

Caput 8.

1. Filius in patria potestate constitutus, tractus ad judicium non teneatur respondere, sed comes illo instante debet patrem illius peregre existentem expectare, qui reversus respondeat pro filio.

2. Filius peregre ire volens ante patris reditum, relinquat qui pro eo cum patre respondeat; aliter non discedat.

3. Patre non Rhacuseo, sed incola alterius civitatis, filio tamen existente Rhacuseo, datur ei terminus ad conducendum patrem, intra quem ipse ad hunc effectum consequendum sine poena possit discedere.

4. Limita supradicta in filio stante in apotheca.

Caput 9.

Non summatur, quia breve.

Caput 10.

1. Pater tractus ad judicium, petens filium absentem in advocatum, habeat terminum arbitrio judicum ad illum expectandum, infra quem pater sine poena possit ire ad illum conducendum.

2. Idem procedit de fratre ad fratrem et de socero ad generum, et e contra.

Caput 11.

1. Non comparens ad curiam ter vocatus perdat possessionem rei petitae et detur petenti.

2. Vicarius pro tenuta facta pro possidendo habeat iperperum unum.

3. Contumax comparens recuperat possessionem, nec refectis actori expensis.

Caput 12.

1. Reus possit jactari in terram et sic petitioni non respondere, vicarius tamen accepto iperpero inducat actorem in tenutam bonorum illius.

2. Tenuta pro possidendo fiat in bonis duplicis valoris rei petitae mobilis.

3. Jactato in terram petenti a curia chartam de hoc actu et in cujus proprietatis tenutam actor ingressus est, gratis concedatur, imo et restituto ab eo actori iperpero restituatur in integrum.

4. Actori posito in tenutam vineae, reus ante vindemias restituendus in integrum restituat omnes expensas in vinea factas, juxta existimationem fiendum ab hominibus concorditer eligendis.

5. Creditor in restitutione praedii tenuta debenti nihil potest a debitore pro melioramentis petere, prout nec debitor ab eo pro deterioramentis vel fructibus illius.

6. Reus restitutus, ut supra, teneatur actori petenti respondere sine ulteriori dilatione octo dierum et sine declinatione curiae ab aliqua parte fienda, nisi actor noluisset convenire illum, expectans novam curiam, quod ei permittitur, et coram ea reus respondeat.

7. Ordo assignationis bonorum debitoris in terram jactati pro tenuta a creditore facienda.

8. Debitoris non habentis bona mobilia neque stabilia, judex assignet personam creditori.

Caput 13.

1. Citatus super enticis, societatibus, et credentiis, docens se esse supra viaggium, habeat terminum competentem ad respondendum.

2. Creditor ponatur juxta formam praecedentis capituli in possessionem debitoris non respondentis intra terminum ei statutum.

3. Debitore diu post contractum debitum absente existente, et propterea jure contra ipsum per creditorem a comite petito, debitor habeat terminum arbitrio judicis ad veniendum, intra quem non veniens actori justitia administretur, juxta formam praescriptam.

Caput 14.

1. Reus termino in judicio obtento a prima die augusti non tenetur respondere usque ad s. Michaelem inclusive.

2. Feriae vindemiarum a prima die augusti per totum mensem septembris.

3. Reus praefatus, elapsis supradictis feriis, respondeat remota dilationum reiteratione, praeter ultimos octo dies.

Caput 15.

1. Existens supra viaggium et citatus de rebus non de presenti viaggio, potest intra terminum ei ad respondendum concessum ire ad viaggium.

2. Termino alicui statuto non discedat a civitate, non dimisso procuratore ad respondendum et solvendum in casu succumbentiae.

3. Fallit quoad solvendum in possidente bona stabilia pro pensando debito sufficientia, quo casu sufficit procurator ad litem tantum.

Caput 16.

Non summatur, quia breve.

Caput 17.

1. Rhacuseus citatus a forensi, praeter a Sclavo, non habeat terminum ad respondendum, nisi trium dierum, intra quos e civitate non excedat.

2. Quod amplia procedere, etiamsi paratus esset ire peregre.

3. Hoc etiam amplia, si esset in navi vel in via.

4. Limita supradicta, si dimiserit procuratorem ad respondendum et solvendum.

Caput 18.

Non summatur, quia breve.

Caput 19.

1. Rhacuseus citatus a Dalmata civitatis, inter quam et Rhacusium ordinatum est stanicum, potest illum expectare, nec respondere tenetur.

2. Comes praecipiat dicto Rhacusino, ut eat intra certum terminum

ad stanicum, intra quem a civitate non exeat, non dimisso procuratore ad respondendum ad stanicum in casu succumbentiae.

3. Rhacuseus iterum citatus (stanico, uti perinutili, a comite neglecto) tenetur respondere, nec alium stanicum petere potest.

Caput 20.

Non summatur, quia breve.

Caput 21.

1. Foresterius debitor Rhacusei citatus, antequam exierit de Rhacusio, tenetur respondere cum termino trium dierum.

Caput 22.

1. Instrumenta anteriora potiora jura habeant, et prius solvantur.

2. Hoc fallit in credito facto cum eunte in viaggium, quo casu tali creditori prius satisfiendum, et si essent plures: omnibus aequaliter pro rata.

Caput 23.

1. Instrumenta sint firma, sive creditum in morte debitoris quaesitum fuerit, sive non.

Caput 24.

Non summatur, quia breve.

Caput 25.

1. Creditum ex charta sine usura et poena de quinque in sex, vel sine charta, cum testibus in morte debitoris non petitum post mortem illius peti non possit.

2. Limita primo hanc regulam non procedere contra creditorem non existentem in Rhacusio tempore mortis debitoris.

3. Limita secundo, quando debitor subitanea morte succumberet.

4. Limita tertio, si extra Rhacusium vita fungeretur.

Caput 26.

1. Creditor petens debitum ab infirmo respondente sibi curiam conduci, nisi illam conduxerit, a successoribus ejus nil petat.

Caput 27.

Non summatur propter brevitatem.

Caput 28.

1. Probatio consuevit fieri nedum per instrumenta, verum et per testes.

2. Producens testes corruptos, ut falsum dicant, mulctetur valore rei, super quam producit eos.

3. Testis corruptus, ut falsum dicat, condemnetur, ut prope producens, et si non potest id solvere, fustigetur et bulletur.

Caput 29.

1. Testes ab utraque parte, saltem ab altera, non rogati non valeant.

2. Haec regula fallit super rebus stabilibus, super quibus etiam non rogati valent.

Caput 30.

1. Testes, contra quem advocare nequeunt, nec testificari possint.

Caput 31.

1. Clerici in testes admittantur, si sint idonei arbitrio judicis.

Caput 32.

1. Pater est idoneus testis inter filios, mater vero non. Amplia hanc regulam procedere etiam, si pater esset unicus testis. Limita haec procedere inter filios ejusdem uxoris.

Caput 33.

1. Testis unicus in criminalibus apud veteres probabat, et nunc probat, ut num. 3.

2. Limita dictam regulam, ubi poena sanguinis venit imponenda, quo casu duo ad minus sunt necessarii, ut num. 4. et 5.

3. Testis unicus sufficit in criminalibus, in quibus poena sanguinis non est injungenda.

4. Testis unicus non probat in crimine, in quo poena corporalis infligenda est.

5. Vox unius testis, vox nullius: intelligitur in casu praecedentis numeri penultimi.

Caput 34.

1. Testes producti, habitis prius illorum nominibus, a judicibus vocari et de veritate dicenda jurari fiant.

2. Judex examinat testes occulte et separatim, interrogans eos de loco et tempore.

3. Testes in loco et tempore variantes reprobandi sunt.

4. Testes dicentes de loco et tempore non reminisci admittantur.

5 Testes dicentes non reminisci, an fuerint in actu rogati, stent arbitrio judicum.

6. Supradicta serventur etiam in parva curia.

Caput 35.

1. Testes publicentur ante lectam sententiam.

2. Pars volens reprobare testes audiatur.

Caput 36.

1. Fides testium est judici arbitraria.

Caput 37.

1. Sententia rerum stabilium prius scribenda, postea publicanda.

Caput 38.

1. Victus solvat judicium.
2. Fallit in criminalibus, in quibus victor solvit.
3. Victor solvat etiam expensas litis, ut in parva curia.

Caput 39.

1. Asserenti domino vini se esse creditorem tabernarii certae quantitatis pecuniae vini venditi, credatur per annum, postea non sine probatione.
2. Rector ad instantiam domini vini juramento affirmantis super quantitate crediti sui contra tabernarium, mandet illum in carceres claudi.

Caput 40.

1. Tabernariae asserenti alicui vendidisse vinum sub fide, credendum est intra mensem a cado vendito, et num. sequenti in fine.
2. Emptor dicti vini fugiens eo non soluto, condemnetur in duplum, cujus medietas pertineat ad tabernariam, altera ad fiscum.
3. Restringe: supradictae assertioni non esse credendum ultra unum iperperum.

Caput 41.

1. Testamentum fiat coram duobus testibus idoneis, etiamsi essent epitropi, alias nullum robur habeat.
2. Patrinus cum alio idoneo teste probat testamentum.
3. Testamentum defuncti, intra triginta dies ab ejus obitu, per depositiones dictorum testium coram judicibus et notario probandum est.
4. Notarius examinatis testibus, ut supra, ex eorum depositionibus scribat coram judicibus testamentum defuncti.
5. Testis etiam epitropus super legato sibi facto non admittatur.
6. Epitropus super legato coepitropo facto admittatur.

Caput 42.

1. Testes adhibiti testamento a cive Rhacusino extra Rhacusium facto, dictum testamentum intra mensem, postquam Rhacusium appulerint, judicibus et notario nuncient.
2. Judices et notarius examinatis dictis testibus (si idonei essent) juxta illorum depositiones testamentum scribant, et sit firmum.
3. Forensis testimonium cum uno cive Rhacusino ad probationem testamenti admittitur, ac si esset civis Rhacusinus.
4. Forensium testimonia in probatione testamenti admittenda, sicut civium Rhacusinorum.

Caput 43.

1. Jus creditoris debitoris damnati criminis omnibus bonis, in eis salvum esto.

Caput 44.

1. Citatus super uno iperpero inferius nullam habeat dilationem.
2. Idem in causis mercati a quinque iperperis inferius.

*

Caput 45.

1. Dilatio citati novam curiam ingressa iterari non debet.

2. Actor in nova curia intra mensem a die completae dilationis non prosequens causam, reus iterato citandus est.

3. Reus iterato citatus, iterato dilationem habeat, habitis prius non obstantibus.

Caput 46.

1. Comes instante creditore citare faciat debitorem ejus, qui citatus negans possit respondere cum consuetudine et omnibus consuetis dilationibus.

2. Judex debito a reo coram eo et testibus confesso, creditoreque ira vel miti aptagi ei offerente, provideat irae, mansuetudini, crediti quantitati et possibilitati debitoris, detque arbitrio suo terminum debitori ad solvendum vel cum creditore componendum.

3. Debito nec soluto nec composito, intra terminum creditori praefixum, judex creditori jus reddat et aptagi arbitrio creditoris recipiat.

4. Judex habeat aptagi unum pro centum tantum de sorte principali, de lucro autem illius nihil, quod aptagi solvat debitor. Considera, quia contrariat cum num. 16.

5. Creditori supra lucro sortis principalis, juxta tenorem instrumenti, justitiam petenti judex sine aptagi jus reddat.

6. Judex det creditori in solutum bona mobilia debitoris, videlicet servos, ancillas, animalia, naves, qui habeat potestatem vendendi ea et satisfiendi.

7. Mobilibus debitoris non sufficientibus, judex ponat creditorem in vineas debitoris a creditore electas, pro duplo valoris sortis principalis et lucri, quas ipse struere possit, fructusque earum suos facere. Vide num. 9.

8. Vineis pro dicta solutione non sufficientibus judex idem facit in domibus, eadem forma servata, et num. 9.

9. Limita ultimum in num. 7. in vinea in tenutam capta tempore fructuum colligendorum, quos primi anni tantum computet in sortem principalem, ut num. 4.

10. Aptagi soluto usura non currit.

11. Vinea in tenutam capta tempore fructuum colligendorum, illi fructus primi anni computentur in sortem principalem.

12. Aptagi debiti unius iperperi infra est vicarii, supra vero comitis, ex eo vicario debentis decimum.

13. Forensis conveniens Rhacuseum coram comite, solvat ei aptagi juxta supradictam formam, et lis inter eos agatur juxta consuetudinem servatam inter civem Rhacusinum et forensem.

14. Forensis pro debito cum aptagi positus in tenutam domus, vineae, naviculae, possit illa pignorare et alienare, pro quantitate debiti sui cum aptagi.

15. Judex reddat jus civi Rhacusino contra debitorem ejus forensem, et a neutra partium aptagi habeat.

16. Judex pro judiciis rerum mobilium habeat unum ex iperperis 10 sortis principalis, usurae vero nihil, et creditor comiti sufficienti pignore caveat ei a debitore restituendo; animadverte, quia videtur contrariari cum num. 4.

17. Aptagi temere a creditore solutum, a debitore non est restituendum.

18. Creditor, petente debitore evitandi causa aptagi, possit sine aptagi introire tenutam bonorum debitoris, et tunc ad comitem aptagi non pertinet, alias secus.

19. Aptagi comiti non solvendum, si ante jus cognitum pignus a creditore non coeperit.

20. Comes habeat aptagi judicii facti super societate.

21. Debitoris non habentis stabile nec mobile pro solvendo creditore, propter dilapidationem ab eo factam, detur persona creditori, qui det aptagi comiti: debitoris vero, qui sine sua culpa amiserit bona a creditore recepta, non.

22. Persona debitoris etiam non socii nihil habentis detur creditori, sine aliqua conditione, et comes aptagi ab eo capiat.

23. Comes habeat aptagi condemnationis debiti civis Rhacusini, si creditor illud dare voluerit.

24. Vicarius, accepto iperpero uno pro se, ponat ad mandatum comitis creditorem in tenutam bonorum stabilium debitoris confessi vel convicti.

Caput 47.

1. Confessio debitoris citati coram comite et ejus vicario sine interventu aliorum testium non nocet ei.

2. Confessio occulte coram comite et vicario facta, eis aliquam utilitatem afferens, a confitente negata non valet, nec ei credatur.

3. Limita hanc regulam: nisi confessioni alii interfuerint, qui possunt esse testes, quo casu valet, et ei credatur et num. 1 in fine.

Caput 48.

1. Civis Rhacusinus citatus pro interesse communis potest respondere in platea ante curiam, nolens vero potest trahere eam in locum secretum, etiam usque ad Cromam.

Caput 49.

1. Civis Rhacusinus praetendens aliquid a cive Jadrensi, eat Jadram ad jus petendum, et e converso Jadrensis veniat Rhacusium ad petendum jus contra civem Rhacusinum.

2. Orta dissensione inter commune Rhacusii et commune Jadrae, propter quod fiendum est commune stanicum, ecclesiam s. Mariae insulae Pharensis conveniant, et coram judicibus aequali numero a partibus electis et juratis, justificentur.

3. Altera pars prius altera ad dictum locum perventa expectet eam per octo dies, et contumax censetur litem perdidisse, salvo impedimento Dei.

4. Commorans in contumaciam partis homines insulae dictae roget esse testes de sua comparitione et adventu, et sic lucrabitur placitum.

5. Parlamentum et stanicum supradictum fiendum secundum ordinem capituli de Chelmo.

Caput 50.

1. Civis Rhacusinus praetendens aliquid a cive Sibenici, Tragurii, Dalmisii, Spaleti vel Farrae eat ad civitatem debitoris pro petenda justitia contra eum; e converso vero cives dictarum civitatum veniant Rhacusium pro justitia contra eum quaerenda.

2. Insurgente discordia inter Rhacusium et aliquam ex supradictis civitatibus, propter quam fiendum est commune stanicum seu parlamentum, concurrant partes ad Preulaz Stagni.

3. Dictarum civitatum singulae timentes in dicto loco non esse sibi tutum accessum, Rhacusini eant ad ripam dicti loci, ubi ipsis timentibus eundum est ad ripam, et si pax fuerit conveniant in medium.

4. Stanicum supradictum fiendum est secundum ordinem capituli de Chelmo.

Caput 51.

1. Stanicum inter Rhacuseos et Chelmenses propter illorum discordias congregandum, celebrari debet ad s. Stephanum de Malfo.

2. Judices a partibus eligantur, qui jurejurando promittant se recte judicaturos.

3. Comes Rhacusii cives suos Rhacusii degentes a Sclavis citatos ad stanicum cogat ire vel mittere, ad reddendum rationem super petitis.

4. Idem juris in comite Chelmi et Chelmensibus, citatis a Rhacusinis.

5. Judices praefati decernentes aliquem ex dictis comitibus vel illorum filiis jurare debere, ipsi possint per interpositam personam jurare, ita tamen, ut jurans assistat lateri debentis jurare et deosculetur illum.

6. Petitio comitis Chelmensis contra comitem et commune Rhacusii vel cives illius, vel e contra, in dicto stanico cognoscenda.

7. Causa comitis Chelmensis praecedat causam comitis Rhacusii, inter cives vero illorum nulla sit praecedentia, sed sortis extractio.

8. Comites praefati respective contra suos cives a dictis judicibus condemnatos exequantur sententias.

9. Chelmensis civis petens jus suum in curia Rhacusina a Rhacusino viro reclamante, Rhacusinus ipse ordinet stanicum coram curia ad certum locum et tempus, ibique utraque pars cum suis judicibus accedat, et contumax intelligatur succubuisse.

10. Supradicta procedunt, compositione non secuta inter dictos, Chelmensem et Rhacusinum.

11. Judices supradicti a partibus eligantur, et non jurati judicent.

12. Sclavus Rhacusium appulsus potest a Rhacusino pro debito vel delicto coram comite traduci, et coram eo a Sclavo potest stanicum juxta praescriptam formam ordinari.

13. Compositio et transactio potest fieri Rhacusii inter Sclavum et Rhacuseum, et sit firma.

14. Contumax in stanico, nullo Dei impedimento vel contradictione principis regionis, intelligitur succubuisse.

15. Decreto a judicibus facto Rhacusinum debere jurare, Sclavus non potest praetendere debere cum illo nonnullos homines ab eo nominatos jurare, sed juret ipse Rhacuseus cum suis propinquis, quos habere poterit.

16. Rhacusinus creditum suum in generali stanico non petens a Sclavo, non perdit jus suum, sed ei civitatis accessum prohibere nequeat, nec contra ipsum juris remediis uti possit, quousque lis ejus per sententiam de jure definiatur.

Caput 52.

1. Rhacuseus praetendens aliquid a duce Bossinae vel ab ejus subditis, eat cum litteris commendatitiis sui comitis ad dictum ducem, et sententia ibi data sit firma.

2. Idem e converso servandum est hominibus Bossinensibus contra Rhacuseos.

Caput 53.

1. Urgente necessitate stanicum fieri inter Rassianos et Rhacuseos, utraque pars conveniat in dicto loco Arena Jonchetti vel ad Crestam.

2. Rex Rassiae non tenetur personaliter interesse ad dictum stanicum, sed per ministrum, ita etiam et comes Rhacusii.

3. Stanicum supradictum, sive generale, sive speciale, fiendum juxta formam stanici Chelmensis.

Caput 54.

1. Rhacusini et illi de Genta stanicum celebraturi congregentur ad Molendina prope ecclesiam s. Hilarionis.

2. Stanicum istud, sive sit generale, sive speciale, celebrandum est juxta formam stanici de Chelmo.

Caput 55.

1. Rhacusinus, creditor Dalmatae superioris, eat ad civitatem illius, ad jus contra ipsum implorandum.

2. Dalmata superior e converso veniat Rhacusium ad jus petendum contra civem Rhacusinum, debitorem ejus.

Caput 56.

1. Rhacuseus, habens aliquam messitationem cum dominis Sclavoniae, tenetur ire ad eorum loca, et complere eam, vita sua durante.

2. Si dictus Rhacuseus moreretur, antequam praedictis faceret rationem, uxor vel heredes ejus debent pro eo facere rationem in civitate Rhacusii.

3. Si Rhacuseus nolens respondere peteret stanicum, utraque pars debet stanicum ordinare ante d. comitem Rhacusii.

4. Si uxor aut heredes mortui vel nihil de bonis ejus possiderent vel dejactarent se de possessione, tunc non tenentur facere supradictam rationem.

Caput 57.

1. Rhacusei et Sclavi, nolentes ad invicem in speciali stanico respondere, asserentes sese in generali adhuc non ordinato responsuros, non audiantur, sed speciale stanicum determinet quaestiones illorum.

Caput 58.

1. Servus vel ancilla a domino in judicio victa potest ab eo domum suam duci, sine voluntate judicis et sine dacione domini, nec comes potest refragari.

Caput 59.

1. Judex ad instantiam creditoris, ostendentis publicum instrumentum, mittat riparios ad conducendum debitorem ad judicium; quo renuente violenter ducatur.

2. Creditor petens iteratam instrumenti solutionem, mulctetur poena centum ducatorum, inter commune et debitorem pro medietate dividendorum.

3. Limita hanc regulam in creditore instrumenti ab eo acquisiti, quo casu non tenet dicta poena, sed scientiam illius solutionis jurejurando eluere debet; quod si recusaret vel scivisse assereret, locum habeat dicta poena.

Caput 60.

1. Debitor sub poena litteras principum pro justitia impedienda obtinere non possit.

2. Debitor praefatus statim dictam poenam non solvens, mittatur in carceres, permansurus quousque solvat, remota omni defensione illius.

3. Debitor in judicio creditori suo respondeat, non obstantibus dictis litteris obesse creditori non valentibus.

4. Damnum, propter dictas litteras a communi vel privata persona passum, cum omnibus expensis inde emergentibus a debitore solvatur.

5. Assertioni damnum passi juramento roboratae standum est.

6. Excusatio dicti debitoris, litteras praefatas absque sua culpa factas esse et non apparente probatione in contrarium, remittitur discussioni consilii rogatorum.

Caput 61.

1. Creditor creditum suum a debitore ubique locorum petere, illumque ad id sibi solvendum tam cum sententia Rhacusii facta, quam cum instrumento compellere potest.

2. Creditor iteratam solutionem instrumenti vel sententiae extorquens restituat, et totidem pro poena solvat, pro medietate dividenda inter commune et debitorem.

3. Solutio a debitore creditori extra Rhacusium facta, sponte vel calore judicii, non officit juribus ceterorum creditorum.

4. Instrumenta et sententiae a creditoribus in alienas regiones transferendae litteris a rectore nostro commendentur.

5. Substantia formae dictarum litterarum.

LIBER QVARTVS.

Caput 1.

1. Dotis instrumentum a marito fiendum.

2. Pecunias dotis vir disponat ita, ut creditor ejus potest illas capere et similiter fiscus pro condemnationibus illius.

3. Limita istam regulam, si vir non haberet bona propria sufficientia mulieri dotem satisfacere, quo casu, nec propter viri debitum nec propter crimen illius, capi possunt.

4. Dotem mulieris in omni casu salvam fore mens statuentis est.

5. Dos habita in animalibus, navibus et aliis lignis sit sub potestate viri, sed neque creditor illius, neque fiscus propter ejus delictum jus in ea habeat.

6. Limita: nisi uxor pro viro fidejussisset, quo casu et creditori et fisco dos tenetur.

7. Aurum, argentum, perlae, lapides pretiosi et vestimenta a muliere in domum viri pro dote delata, sint sub potestate et custodia mulieris, ad ejus et heredum ipsius utilitatem. sed sine consensu viri alienare minime possit.

8. Aurum, argentum, perlae et lapides pretiosi soluto matrimonio mulieri vel ejus heredi integre restituantur.

9. Limita: nisi mulier fassa esset se donasse vel amisisse aut comodasse ea, quo vir non tenetur ad illarum restitutionem.

10. Vestimenta et panni pro dote dati soluto matrimonio restituantur, sicut inveniuntur.

11. Amplia etiam, si maritus recepisset denarios pro illis fiendis.

12. Servus ductus a muliere in domum viri, propter debitum vel excessum viri capi non possit, nec a viro sine consensu illius alienari.

13. Bona stabilia in dotem capta a viro neque alienari, neque a creditoribus ejus capi, vel a fisco propter ejus excessus auferri possint.

14. Fallit, si mulier fidejussisset pro viro, quo casu et a creditore illius et a fisco propter mulctam capi potest.

15. Instrumentum dotis, anterius instrumentis debiti mariti, potiora jura habet eis.

16. Instrumenta debiti mariti, anteriora instrumento dotis illius, potiora jura habent eo et prius solvenda.

Caput 2.

1. Lectus et ad eum pertinentia, ac vestimenta uxoris et filiarum debitoris, ornamentaque cetera a mulieribus deferri consueta neque propter debitum, neque propter delictum viri capi possunt, prout nec stabile nec mobile ejusdem.

2. Limita: si ipsa mulier fidejusserit, quo casu possunt capi.

Caput 3.

1. Sponsa traducta habeat vestem purpurae et aliam sajae viridis. pellem de foinis coopertam, cuppam ceridati (sic), pellicionem leporinum et unam ancillam.

2. Vestimentis praefatis non datis, dentur pro veste purpurae 12 iperperi, pro viridi 8, pro pelle 12, pro cuppa 8, pro pellicione 3, pro ancilla 12.

3. Quod limita vel amplia ex pacto inter partes convento de plus vel minus dando.

4. Auri promissi et non dati detur iperperum unum pro exagio.

Caput 4.

1. Veteres dotem sine instrumento dabant.

2. Veteres assertioni mulieris virginis nuptae dicentis dotem dedisse, fidem adhibebant, et viro incumbebat onus probandi contrarium.

3. Consuetudines supradictae juri contrariae, ideo correctae.
4. Dos non danda sine instrumento, nec sine ipso censetur probata.
5. Viro neganti habuisse dotem per instrumentum non probatam credendum est.
6. Limitatio praefatorum in dotibus mulierum nuptarum ante constitutionem praesentis capituli.

Caput 5.

1. Donatum mulieri a quocumque sit illius et heredum ejus, et ipsa de eo arbitrio suo disponit, nec ei maritus obstare possit.

Caput 6.

1. Vir uxorem habens possit testari pro anima sua, tam de mobilibus, quam de stabilibus bonis suis.
2. Limita: dummodo non excedat quartam partem dictorum bonorum.

Caput 7.

1. Mulier possidens lectum viri sui mortui, possideat omnia bona illius.
2. Limita dictam regulam usque ad quartam partem dictorum bonorum, usque ad quam vir ejus pro anima testari possit.
3. Mulier secundo nubens habeat dotem suam primo marito datam et omnia ab eo sibi in morte donata, et juret instante herede dicti mariti se de bonis illius nihil ablaturam.
4. Mulier lectum mariti mortui possidens et quaerens nubere, ab heredibus dicti mariti a domo expelli possit.
5. Supradicta procedunt et in viro, lectum mulieris mortuae possidere volente.

Caput 8.

Non summatur, quia breve.

Caput 9.

1. Lex vetus disponebat hominem secundam uxorem capientem, dotem primae mortuae filiis illius et omnia necessaria pro posse tribuere debere, et bonis illius ad hoc non sufficientibus suppleat de bonis secundae uxoris, ipsi autem e domo illius eo nolente discedere minime possint; alias pater de supradictis eis nihil dare tenetur.
2. Quae dicta sunt de secunda uxore, idem juris est de ulterioribus.
3. Lex supradicta perpetuo confirmatur.
4. Pater secundam uxorem habens, filios e prima susceptos e domo ejicere possit, dando cuilibet singulis annis pro expensis et vestimentis iperperos duodecim et pro ancilla iperperos 6.

Caput 10.

Non summatur, quia breve.

Caput 11.

Non summatur, quia breve.

Caput 12.

1. Pater possit pro filio impuberi sponsalia contrahere et dote ejus frui.

2. Pater filium adultum volentem in matrimonium conjungere possit et dotem illius cum ejus consensu recipere.

3. Pater volens capere dotem filii reclamantis, possit illum e domo ejicere.

4. Pater non capiens dotem filii, sed ipse filius, ad restitutionem illius non tenetur.

Caput 13.

1. Pater possit in matrimonium conjungere filios, prout et filias etiam.

2. Filius non possit uxorem ducere ante nuptias sororis suae.

3. Limita: nisi pater vellet, quo casu potest.

4. Pater potest prohibere filio matrimonium contrahere, antequam filiae illius nubant.

Caput 14.

1. Mulier possidens lectum et bona viri sui, possit expellere filium e domo, et ipse debet discedere.

2. Limita: nisi ipsa vel ejus vir acceperit dotem illius, quo casu non potest.

3. Sublimita: dote ei restituta possit.

4. Mater non habens unde restituere dotem filio, ab ea receptam, possit vendere praedia patrimonii, et satisfacere.

Caput 15.

1. Pater possit filios uxores habentes e domo expellere, restitutis prius illis dotibus, si illas receperit.

2. Pater in expulsione filiorum eis de suo nihil dare tenetur.

3. Acquisitio filii a patre e domo expulsi e dote uxoris suae perventa sit illius, nec fratres in ea aliquid praetendant.

4. Amplia hoc procedere etiam in acquisitis ex personae ejus industria. Limita: nisi dictus filius contra patris voluntatem e domo exiisset, quo casu omnia ab eo acquisita sint ei cum patre et fratribus communia, ut numero octavo finali.

5. Pater carens pecuniis pro restituenda dote filio, potest ei tribuere de suo patrimonio, cum quo dictus filius tenetur exire domum patris.

6. Limita: nisi pater expellendis filiis expensas subministrare nollet, veluti filiis aliis in domo retinendis, quo casu exire non tenentur.

7. Sublimita: nisi filii in domo retinendi essent innubi, quibus pater necessaria exhibere debet.

8. Vide limitationem numeri quarti.

Caput 16.

1. Pater bona mobilia et stabilia inter filios etiam nolentes dividere et partes omnium penes se retinere potest.

Caput 17.

1. Pater possit usque ad quartam partem bonorum suorum pro anima sua testari, et ultra servos ejus pecuniis emptos manumittere.

Caput 18.

Non summatur, quia breve.

Caput 19.

1. Filius uxorem habens potest, vivente patre et consentiente, super ejus patrimonio testamentum facere.

2. Filius etiam sine consensu patris potest de quarta parte patrimonii ad ipsum pertinentis testamentum facere, sed non illud vivente patre exequi.

3. Testamentum filii post mortem patris illius exequatur in quarta parte dicti patrimonii, ceteris tribus penes uxorem vel heredes ejus remanentibus.

4. Pater potest consentire quod filius uxorem non habens possit testari super quantitate quae ei placuerit.

5. Filii, uxorem non habentis et sub patria potestate mortui, pater possit quidquid ipse voluerit pro ejus anima facere, nec ceteri filii possunt contradicere.

6. Supradicta omnia intelligenda sunt in patre lectum uxoris possidente.

7. Filius habens uxorem, matrem et sorores etiam maritatas, non autem patrem, et cum ea cohabitans, possit in testamento de ejus patrimonio disponere, quod super dicti patrimonii quarta parte est exequendum, et super ceteris tribus post mortem matris et uxoris lectos virorum suorum respective possidentium.

Caput 20.

1. Mater patri in materia filiorum a statuente aequiparatur.

2. Potestas patris super filios post mortem ejus devenit ad matrem illorum, possidentem lectum illius.

3. Limita istam regulam in divisione patrimonii, quam mater facere non potest.

4. Limita 2⁰. in reddendo testimonium inter filios.

5. Filii, quae patri debent, debent et matri, lectum et bona viri possidenti.

Caput 21.

1. Fratres et sorores invicem bona paterna dividere possunt. Amplia dictam regulam: et vivente matre, possidente lectum viri sui, dicto numero 2⁰. Amplia: etiam ipsa matre repugnante et contradicente dicto numero.

2. Mater omnia bona viri sui inter filios divisa possideat, post mortem cujus unusquisque habeat partem suam.

3. Mater inter filios nolentes patrimonium illorum dividere non possit.

Caput 22.

Non summatur, quia breve.

Caput 23.

1. Pater exheredare possit filios propter violentam manuum injectionem in parentes, concubitum cum patris concubina, accusationem gravis criminis contra patrem et propter insidias vitae parentum molitas.

2. Supradictae causae plane probandae sunt.

Caput 24.

Titulus in se summarium continet.

Caput 25.

1. Filii plurium uxorum bona patris aequaliter dividant.

Caput 26.

1. Filiae primae uxoris, fratres non habentes, sint tamquam masculi in hereditate paterna, habentes vero non.

2. Idem juris est in filiis et filiabus secundae et ulterioris uxoris.

Caput 27.

1. Filiae ex prima uxore, sive nuptae sive innuptae, fratres utrinque habentes ad ipsos cum partibus suis concurrant et in eis quiescant.

2. Fratres innuptas sorores nubant.

3. Amplia: etiam cum universa patris hereditate, si opus esset.

4. Amplia: dicta hereditate non sufficienti, dotent eas et nubant proprio illorum lucro.

5. Fratribus acquirantur partes paternae hereditatis ad sorores nuptas pertinentes.

6. Idem juris est in sororibus secundae et ulterioris uxoris.

Caput 28.

1. Filii ex prima uxore suscepti, dotem maternam ab eis patre vivente non exactam, post ejus mortem in illius bonis prius, quam filii ex secunda uxore nati, exigant.

2. Soluta dote primae uxoris, si quid bonorum remanet, solvatur dos secundae.

3. Idem juris est in dotibus ceterarum uxorum.

4. Soluta dote primae uxoris si de bonis non remaneret, ut dos secundae solvi posset, nullius praejudicii sit doti primae uxoris.

5. Quod de secunda uxore dictum est, idem juris sit in ulteriori.

Caput 29.

1. Dos primae uxoris computanda est in dote a marito communi filiae vel filiabus tributa.

2. Secunda uxor non potens totam dotem e bonis maritalibus propter illorum tenuitatem extrahere, filii ex prima suscepti, illius privigni, minime ei satisfacere tenentur. Amplia etiam: si sorores dictorum privignorum utrinque habuissent a patre dotes, dotem illam matris excedentes. et sic de bonis paternis.

3. Sublimita: nisi talis excessivitas non esset data ab ipso patre, quo casu inclinarem, statutum aliter fore intelligendum propter redditam ab eo rationem, videlicet: quia pater earum dedit et cum sit anima legis, et hic intellectus rationi et justitiae videtur magis consonus; hoc notare volui propter pertinentia ad summarium.

4. Restitutis dotibus uxorum, nuptaque aliqua a viro cum prima suscepta cum dote, ut supra: filii ex secunda de bonis ceteris capiant usque

ad quantitatem excessam in dote filiae ex prima, ut numero 5⁰. (ego enim ita intelligo verba illa, quod heredes secundae, et infra, salvo saniori intellectu), reliqua vero dividantur per capita masculorum et feminarum indistincte.

5. Restitutione dotium uxorum facta, si nulla dicti viri bona superessent, ut dicta excessivitas dotium filiarum ex prima satisfieri possit filiis ex secunda, filii ex prima ad nihilum eis teneantur per supradicta.

Caput 30.

1. Uxor secunda cum viro filios non habens, post mortem ejus bonis illius 30 diebus usufruatur, quibus elapsis cum perchivio e domo exeat.

2. Timentibus filiis ex prima uxore susceptis, ne quid secunda de bonis mariti auferret, ipsa juratoriam cautionem praestare debet.

Caput 31.

1. Uxor secunda cum viro filios habens, mortuo eo bona illius post triginta dies cum privignis dividat.

2. Uxor secunda cum viro filios habens, habeat lectum viri et possideat partes filiorum suorum, volens dictum lectum possidere, alias secus.

3. Idem juris sit de ulterioribus uxoribus.

4. Uxor secunda habens cum viro filios et nolens lectum ejus possidere, lectum non habeat, nec possideat partes filiorum, sed ipsi filii vel tutores illorum, ipsis impuberibus.

Caput 32.

1. Mulier lectum viri mortui possidere nolens, habeat dotem suam ex bonis illius, si quae sunt.

2. Mulier vidua a filiis suis dividi non possit.

3. Limita: nisi vellet nubere.

4. Mulier vidua nubere nolens dotem suam ex bonis mariti extrahere non possit.

Caput 33.

1. Mulier non habens filios, mortuo viro lectum illius possidere nolens petat dotem ab heredibus viri, quibus illam solvere nolentibus judex praesentibus intra bimestre, absentibus intra quatuor menses eam restituere mandet.

2. Muliere praefata intra dictum terminum dotem non exigente, judex deputet tres viros, qui jurejurando mulieri dotem ex bonis mariti satisfaciant.

3. Mulier praefata pro dote in solutum volens praedia mariti mortui, habeat ea juxta aestimationem dictorum trium virorum, nolens vero, ipsi auctore praetore aestimationem bonorum dicti mariti faciant, eaque vendant, ac quantitatem dotis mulieris ei tribuant.

4. Aestimatio ac venditio a dictis tribus viris facta sit firma.

5. Mulier praefata dum dotem suam exigere laborat, necessariis suis ex bonis dicti viri gaudeat.

6. Supradicta cessant in muliere habente filios, quo casu juxta tenorem praecedentis capituli procedendum est.

Caput 34.

Non summatur, quia breve.

Caput 35.

1. Opus a viro factum in re stabili ab eo in dote capta, post mortem illius sit uxoris.

2. Limita: nisi dictum opus pateret per testes idoneos vel per publicam scripturam.

Caput 36.

1. Opus a viro in re stabili secundae vel ulterioris uxoris factum, non praejudicat filiis illius impuberibus, cum prima vel alia susceptis. Amplia hanc regulam: etiam si dictum opus factum esset sine testibus et sine publica scriptura.

2. Amplia: non praejudicat feminis etiam adultis, quando vir ex dictis mulieribus illas tantum habuisset. Limita hanc ampliationem non procedere in feminis nuptis.

Caput 37.

1. Filii ex prima uxore suscepti possunt prohibere patri, ne expendat bona sua in rebus stabilibus captis in dote cum secunda uxore.

2. Idem juris est in filiabus nuptis cum dicta prima, non superstitibus masculis.

3. Limita hanc regulam non procedere secunda uxore volente obligari coram testibus vel per publicam scripturam, salvum fore privignorum jus in expensis a patre fiendis.

4. Idem juris statuitur aliis uxoribus cum filiis aliarum.

Caput 38.

1. Mulier vidua iterum nubens, potest capere dotem et omnia sibi a parentibus donata.

2. Filii ultimi mariti mulieris pluries nuptae habeant universam dotem illius.

3. Dona extra dotem dictae mulieri a quacumque persona facta dividantur per capita filiorum omnium virorum.

Caput 39.

1. Maritus secundus qui bigamus nuncupatur, mulieris mortuae, filiis ejus ex primo viro superstitibus, bona illius ultra 30 dies possidere minime possit.

2. Mulieris praefatae bona completo mense deveniant ad ejus filios.

3. Limita non procedere hanc regulam in 4ª. parte illorum, quam dicta mulier arbitrio suo pro anima sua relinquere potest.

4. Filiis praefatae mulieris timentibus, ne quid secundus maritus supradictus auferat ex dictis bonis, ipse eis instantibus juratoriam cautionem praestare debet.

Caput 40.

1. Maritus secundus omnia bona mulieris mortuae cum primo viro filios non habentis possidere possit.

2. Limita in quarta parte illorum, quam pro anima mulier pro voluntate dimittere possit.

Caput 41.

1. Maritus mulieris mortuae, superstitibus ei filiis illius cum alio viro habitis, nihil habeat de bonis ejus, sed omnia ad dictos filios perveniant.
2. Limita hanc regulam in quarta parte illorum non procedere, quam ipsa ad libitum pro anima relinquere potest.
3. Filii dictae mulieris praefatae illius bona per capita invicem (exclusis feminis) dividant.
4. Femina fratre carens in successione materna loco masculi habeatur.

Caput 42.

1. Dos mulieris mortuae, quae cum ultimo tantum marito filios procreavit, perveniat ad ipsos filios.
2. Limita regulam istam non procedere in 4ª. parte dictorum bonorum, quam mulier arbitrio suo pro anima dimittere potest.

Caput 43.

1. Mulier secundo vel ulteriori viro dotem tribuens, detracta parte dotis prioribus viris datae, hujusmodi partis detractae vel retentae ipsa et heredes ejus domini esto.

Caput 44.

1. Lege veteri cautum erat filios parentibus pauperibus commodum victum pro viribus praestare debere.
2. Lex supradicta confirmatur.
3. Parentes filiis pauperibus debent, quae et filii eis ita depressis.
4. Filios non conjugatos parentes ab eis expellere non possint.
5. Limita hanc regulam: nisi intervenerit culpa vel malitia filiorum.

Caput 45.

1. Pater restituens filio dotem cum uxore illius captam, restituat et ceteris filiis petentibus dotes illorum.
2. Pater non habens unde dotes omnibus filiis restituere, omnes aeque damnum patiantur.

Caput 46.

1. Filius, restituta sibi dote a patre a domo illius discessus, fratribus non contradicentibus, non tenetur ad damnum a dictis fratribus passum in dotibus, eis integre a patre non restitutis.

Caput 47.

1. Solutus vel soluta filias cum dote nubens in ceteris suis bonis plenum jus habeat, nec de eis ad dictas filias aliquid pertineat.
2. Filiae innuptae dotentur et nubant.
3. Filiabus omnibus dotatis et nuptis, cetera parentum illorum bona aequaliter inter omnes dividantur.
4. Limita hoc non procedere in quarta parte bonorum, quae ultra dotes datas matri superessent, de qua ipsa pro anima illius disponere potest.

Caput 48.

1. Pater, et eo mortuo mater, possit nubere filias.
2. Amplia: etiam filiis contradicentibus.
3. Pater doti filiae viduae vel conjugatae de suis bonis addere potest.
4. Amplia: etiam filiis contradicentibus.

Caput 49.

1. Filius conjugatus habens sorores nuptas, cum patre cohabitans, potest partem suam testari.
2. Amplia: etiam matre contradicente.
3. Mater bona filii in testamento ab eo relicta usufruatur, post mortem vero ejus dividatur (sic) juxta dispositionem dicti testamenti praefati filii.
4. Limita hanc regulam non procedere in praejudicium jurium uxoris dicti testatoris.

Caput 50.

1. Pacta inter sorores virgines, utroque parente carentes, et fratres vel quascunque personas sint nulla.
2. Amplia: etiam juramento firmata.
3. Mulier, volens nubere, capiat partem suam a sororibus in quacumque aetate existentibus.
4. Fratres tenentur nubere sorores.
5. Fratres tenentur pro viribus providere necessaria sororibus regulam profiteri volentibus.

Caput 51.

1. Fratres impuberes parentibus orbi insimul cohabitent, donec pubescant.
2. Fratres puberes nulla bona stabilia in praejudicium impuberum alienare possunt.
3. Fratres omnes pubefacti insimul vel separatim, juxta illorum voluntatem, vivant.

Caput 52.

1. Dos unius ex fratribus cohabitantibus posita in fraterna societate sit salva, et in divisione bonorum communium fienda ante omnia salva extrahenda est.
2. Divisio praefata probanda est.
3. Dote praefata extracta e bonis communibus, cetera inter fratres aequaliter dividantur.
4. Bonis communibus fratrum non ascendentibus ad quantitatem dictae dotis, quilibet illorum pro parte sua teneatur.
5. Fratres praefati impotentes solvere dictas partes dotis, solvant de illorum dotibus, cum uxores duxerint.
6. Fratre non probante se dotem suam in fraterna societate posuisse, fratres ei ad illam restituendam minime tenentur.
7. Fratre aliquo existente impuberi, praefata dos a fratrum communitate extrahi non potest.
8. Dos praefata, mortuo dicto fratre conjugato, a conjuge illius secundas nuptias contrahere volente, a dicta communitate, extrahi potest.

9. Fratrem ponentem vel non ponentem dotem uxoris suae in fraterna societate, ceteri fratres, cum uxorem duxerint, imitari et idem facere tenentur.

Caput 53.

1. Fratres cohabitantes et dotes uxorum in fraterna communitate tenentes, expensas omnes ad uxores, filios et nutrices eorum pertinentes ex fratrum communitate faciant.

2. Frater conjugatus, dotem suam in fraterna communione non habens, expensas praefatas ex pecuniis dotis suae faciat, et factae ex communi in partem illius computentur.

3. Expensae praedictae, quod ex communi factae sint, probandum est.

Caput 54.

1. Parentibus nolentibus recipere in communionem dotem filii conjugati, fratres volentes eam super eos recipere possint.

2. Parentes non obligantur pro dote a filio capta et in fraternam societatem posita.

3. Dos posita in fratrum communionem mortuis parentibus ex fratrum bonis integra extrahenda est.

Caput 55.

1. Pater habens filios ex pluribus uxoribus, potest dividere bona sua cum filiis cum prima susceptis.

2. Limita hoc procedere, accedente consensu dictorum filiorum.

3. Dotes dictorum uxorum in dicta divisione sint salvae.

4. Divisio praefata quomodo fienda.

5. Patris pars est, sicut unius ex filiis.

6. Uxoris dicti patris praegnantis venter habeat partem, uti unus ex filiis natis tempore divisionis.

Caput 56.

1. Pater filiis ex prima conjuge susceptis nolentibus cum eo habitare, restituat dotes matris et uxorum illorum, ab ipso patre receptas.

2. Acquisita per dictos filios post illorum discessum a patre sint eorum.

3. Filii praedicti mortuo praefato illorum patre habeant partem eorum de bonis illius.

Caput 57.

1. Mater potest donare liberis suis arcam cum rebus in ea servatis, et non aliis.

2. Limita: in auro, quod donare non potest.

3. Mater testari potest quartam partem dotis suae et vestimenta sua.

Caput 58.

Non summatur, quia breve.

Caput 59.

1. Conjuges sine prole possunt bona sua pro voluntate testari.

2. Conjux, lectum conjugis mortui possidens, possideat et bona illius.

3. Fallit haec regula in quarta parte dictorum bonorum, quam conjux potest pro anima sua dimittere, et a conjuge superstite statim tribuenda est.

4. Mortuo etiam et altero conjuge exequatur testamentum praefatum in ceteris tribus partibus (dote dictae uxoris detracta).

5. Conjuge praefato super dictis tribus partibus ab intestato mortuo, vadant ipsae partes post mortem conjugis superstitis ad propinquiores successores illius.

6. Quarta pars supradicta supputanda est, detracta dote mulieris.

7. Conjuge praefato mortuo intestato ex asse, conjux superstes statim pro anima illius tribuat quartam partem bonorum illius; ceteris tribus ipsa usufruatur, et post mortem illius ad propinquiores mortui deveniant.

8. Uxor ancillam babizam etiam manumittere, et de ea arbitrio suo disponere possit.

Caput 60.

Non summatur propter brevitatem ejus.

Caput 61.

1. Pater et, eo mortuo, mater filiam impuberem ponere in monasterium, ut Deo famuletur, eique quidquid placuerit promittere possit, et promissa firma sint.

2. Parentes filiam puberem sine voluntate illius monialem facere non possint.

3. Parentes filiae puberi regularem professionem eligenti teneantur promittere, quantum promitterent impuberi, et promissa sint firma.

4. Parentes filiae moniali de eo, quod de bonis illorum remanserit, pro viribus ad illorum voluntatem dimittere possint.

Caput 62—64.

Non summatur, quia breve.

Caput 65.

1. Parentes filiae bizochae vel aliter extra monasterium in poenitentia viventi necessaria dare et dimittere tenentur.

2. Bizochae vel aliter extra monasterium in poenitentia viventi a parentibus pro vita sustinenda dimissa, mortua ipsa ad illius fratres vel illis deficientibus ad sorores et earum heredes deveniant.

3. Successores relictorum bizochae vel aliter etc. teneantur dare pro anima sua quartam partem rei relictae.

4. Bizocha vel aliter religiosa, fratribus et sororibus orba, bona sua praefata arbitrio suo dimittat.

Caput 66.

1. Pater possit filio religionem ingressuro donare infra partem ad ipsum pertinentem.

Caput 67.

1. Vir parentibus carens, monasticam regulam professurus a fraterna societate partem ad ipsum pertinentem extrahere possit; limitatur numero sequenti.

*

2. Fratres fratri impuberi monasterium ingredi volenti nihil teneantur dare.

3. Impubes ante pubertatem vel intra annum monasterium egrediens, integram partem suam habeat.

4. Pubes infra annum probationis monasterium egrediens, habeat integram partem suam.

Caput 68.

1. Parentes in praesentatione filii clerici archiepiscopo fienda, possunt ei ultra illius partem donare vel promittere de rebus stabilibus usque ad iperperos 50, pro viribus.

2. Clericus in bonis paternis habeat partem suam, uti ceteri fratres laici.

3. Clericus donum a parentibus promissum habeat illis vita functis, et non prius.

Caput 69.

Non summatur, quia breve.

Caput 70.

1. Si aliquis uxoratus, in domo soceri receptus per chartam publicam (sine qua nil valeat) moriatur absque herede, uxor ejus, salva consuetudine parentum, iterum et quoties voluerit maritari potest.

2. Si praedicta uxor moreretur vivente viro, vir possidens lectum uxoris possidere debet etiam bona quae possedit vivente uxore.

3. Si praedictus vir moreretur vivente uxore, nullatenus disponere potest de iis quae in domo soceri portavit, sed socer vel socera de eisdem rebus faciat velle suum.

4. Si praemorerentur socer et socera, de ipsis bonis quartam partem pro anima sua relinquere possunt, reliquis tribus praedicto genero filiato remanentibus.

5. Donatio facta a dicto filiato suis consanguineis de praedictis bonis non teneat, nisi haec facta sit consanguineis uxoris suae.

6. Mortua uxore ac socero, si gener affiliatus ad mortem venerit, testari possit ad suam voluntatem de bonis soceri. Socera tamen, donec vult, possideat lectum et bona mariti mortui; et post ejus mortem testamentum generi implendum est.

7. Idem procedit, mortua socera ante socerum.

8. Genero affiliato habente cum uxore heredes, uxor possideat omnia bona cum heredibus, donec defuncti lectum possidere voluerit, nec ipse vir possit in hoc casu testari aliquid.

9. Si vero post mariti mortem praedicta uxor iterum se maritare voluerit, medietas ipsorum bonorum erit sua, et altera medietas heredum quos cum priori marito habuit.

10. Uxore praemortua maritus, donec possidebit lectum illius, possideat cum heredibus supradictis ipsa bona.

11. Sin vero vir praedictus iterum se uxorare voluerit, omnia bona soceri, socerae et uxoris remaneant filiis uxoris filiatae, quibus insuper ipse pater victum, vestitum et partem bonorum suorum subministrare debet, prout alii filii habent a patribus.

12. Si dictus maritus fecerit aliquod debitum, sive ante uxoramentum sive post, bona uxoris suae ad satisfactionem non teneantur, nisi ipsa uxor fuerit per chartam notarii fidejussor.

13. Vir praedictus bona uxoris alienare non potest, absque ejus consensu per chartam notarii.

Caput 71.

1. Pater filio naturali parvam quantitatem pro viribus relinquere possit.

2. Pater filiam naturalem homini ei pari in matrimonium conjungere possit, et post mortem patris heredes illius nubant illam, juxta mandatum dicti patris.

Caput 72.

1. Pater filiam naturalem innuptam, meretricem, maleficam vel lenam punire, verberare, expellere, et etiam extra civitatem vendere possit.

2. Amplia eandem potestatem etiam fratres legitimos ejus contra eam habere.

3. Pater filium naturalem furem vel aliter vitiosum verberet et puniat.

4. Amplia eandem potestatem contra eum etiam ad fratres illius legitimos et etiam ad uxorem ejus patris pertinere.

Caput 73.

Non summatur, quia breve.

Caput 74.

1. Unusquisque in suo testamento executores suos constituere possit.

2. Executores testamenta exequi debent.

3. Propinquo testatoris usque ad quartum gradum quaerenti, an testamentum ejus sit executum, executores ostendant et rationem reddant.

4. Propinquus supradictus super dispositione testatoris non executa potest judicis spiritualis, id est archiepiscopi, auxilium implorare.

5. Curia spiritualis, hoc est archiepiscopus, cogat executores ad testamentum exequendum.

Caput 75.

1. Heres vel propinquus testatoris non possit obstare executioni, ne testamentum exequatur.

Caput 76.

1. Executores pro heredibus impuberibus testamenti ad judicium tracti non respondeant, donec aliquis illorum ad legitimam aetatem pervenerit.

2. Aetas legitima in mare est 14 annorum, in femina vero 12.

3. Heredes impuberes non tenentur respondere in judicio.

4. Heredes nonnulli pubefacti, cum epitropis et ceteris heredibus impuberibus, respondere tenentur.

5. Executor pro minoribus contra praesens statutum respondens, totum damnum inde secutum impuberibus, cum ad pubertatem devenerint, solvat.

Caput 77.

1. Mulier vidua filios impuberes habens, pro illis ad judicium vocata respondere tenetur.

2. Muliere vidua secundo nupta, et uno ex dictis impuberibus ad pubertatem pervento, omnes, tam puberes quam impuberes, respondeant.

Caput 78.

Non summatur, quia breve.

Caput 79.

1. In patrimonii divisione inter fratres, minor, etiam clericus, dividat domos et terrena prope civitatem et molendina.
2. In dicta divisione prima electio sit fratris majoris et successive ceterorum, ordine aetatis.
3. Frater fratri addere volens non possit, nisi cum consensu omnium.
4. Fratres in electione partium habeant terminum octo dierum ad consulendum.
5. Frater detinens rem in divisione comprehensam, relaxet eam, instante divisore.
6. Frater major, etiam clericus, dividat terrena supradicta forma.
7. In divisione a majori fratre facta minimus primo eligat, deinde ceteri, ordine aetatis retrogrado.
8. Mobilia a medio vel mediis fratribus dividenda.
9. In mobilium divisione major frater eligere incipiat: sequantur ceteri ordine aetatis; ultimus sit divisor, id est medius, quorum etiam si sint plures, inter eos major praecedat.
10. Divisor ostendat fratribus res partium, et primo electuri habeant terminum octo dierum, ut supra numero quarto, et sic et ceteri.
11. Duobus tamen fratribus ad invicem dividentibus, minor domos divisurus dividat et suppellectilia illorum et navigia, major vero terrena divisurus dividat et instrumenta illorum et animalia, denarios et familiam.
12. Sorores non habentes fratrem dividant, juxta formam fratribus traditam.

Caput 80.

1. Bonorum mortuorum et per decennium moriturorum sine testamento, quarta pars convertatur in auxilium aedificii ecclesiae S. Blasii.
2. Procuratores ecclesiae S. Blasii possint petere dictam quartam partem, sicut prius petebant comes et consilium.
3. Quarta pars praefata, quae secundum statuta pro anima defuncti ad pias causas eroganda erat, non potest magis pie, quam in dictum aedificium erogari.
4. Dicto aedificio completo ante decennium, quarta praefata redeat sub divisione et erogatione comitis et consilii.

LIBER QVINTVS.

Caput 1.

1. Domus quae sunt ex una parte plateae, habeant tertiam partem plateae; quae vero sunt ex altera parte, habeant aliam tertiam plateae, et communi remaneat alia tertia.

2. Omnis domus potest facere amblitum et scalam in tertia parte viae communis, videlicet in sua tertia.

3. Scalae antiquae, sive latiores, sive strictiores dicto tertio, maneant in eo statu, sed in altum erigi possint.

4 Amplia: etiamsi essent reaedificandae.

5. Limita: in scalis ligneis muro reaedificandis, quo casu possunt augeri ad dictam tertiam partem.

Caput 2.

1. Omnes domus descendentes versus montem, et viae a meridie ad septentrionem, possunt facere scalas in tertia parte viae . . . . (lacuna).

2. Viae existentes ab oriente occidentem versus . . . . (lacuna).

3. Scalae antiquae terminus illius permaneat.

Caput 3.

1. Unusquisque in muro domus suae potest facere fenestram.

2. Limita hanc regulam non procedere, quando directe opponeretur fenestrae domus vicini ex alio latere existentis, quo casu fieri non potest.

Caput 4—7.

Non summatur, quia breve.

Caput 8.

1. Structuram aedificii in communi muro firmare seu roborare volens, solvat domino alterius partis, quantum viri a comite eligendi existimabunt.

2. Structuram praefatam super dicto muro roborare nolens, struat per se spatio unius pedis semoto ab eo.

Caput 9.

1. Non sunt aedificandae domus tribus passibus prope murum novum civitatis.

2. Terrenum privatarum personarum tribus passibus dicto muro vicinum, a communi emendum vel aliqua compensatione capiendum.

Caput 10—12.

Non summatur, quia breve.

Caput 13.

1. Praetendens sibi ex structura murali illatum esse praejudicium, jus suum infra octo dies a die habitae scientiae petat.

2. Tacens, nec contra dictum opus infra praefatum terminum jus suum petens, ulterius non audiatur.

Caput 14.

1. Venditor rei stabilis illam in judicio defendere a molestantibus debet.

2. Limita: nisi emptor sine eo judicium subiret, quo casu venditor ad defensionem non tenetur.

3. Emptor molestatus super dicta re empta tenetur reddere rationem possessionis suae.

Caput 15.

1. Furnus in domo empta fieri prohibetur.
2. Limita: in heredibus emptoris, quibus furnum in dicta domo fieri permittitur.
3. Unusquisque in re sua moderator et arbiter.
4. Limita: in domo, pariete a vicini domo distincta, in qua dominus domus furnum facere non possit.

Caput 16.

1. Volentibus dominis communem parietem ligneum fieri, fiat communibus expensis, terra eodem loco hinc inde aequaliter capta.
2. Altero ex dominis ad contributionem dictarum expensarum impotenti, alter potens suis expensis struat, impotentemque obliget medietatem suam ei restituturum, cum poterit.
3. Potentia restitutionis dicti impotentis remittitur arbitrio judicis, quod ita regulandum est, ut impotens non cogatur ad venditionem bonorum suorum.
4. Quae omnia amplia etiam in pariete muri ruinam minantis, ex communi partium consensu reficiendi.
5. Nolente domino potenti expensas pro construendo dicto muro subministrare, comes illum destruere faciat.

Caput 17.

1. Comes et curia domus testudinem vel murum veterem videant, et ruinam minantem a domino renovari faciant.
2. Comes, nolente domino dictum murum destruere, destruere faciat.

Caput 18—22.

Non summatur, quia breve.

Caput 23.

1. Unusquisque habeat viam ad suam vineam transeundi secundum suam antiquitatem, in defectum cujus . . . . (lacuna in codicibus).
2. Viae antiquae conservandae.
3. Viae communis carrariae adeo latae esse debent, ut duo asini onerati transire possint.
4. Via vindemiarum tempore, pro eundo ad mare vel civitatem brevior, unicuique pateat.

Caput 24. et 25.

Non summatur, quia breve.

Caput 26.

1. Arbore inter duas vineas vel in extremitate alterius plantata, projicienti ramos supra terram vicini, ipse vicinus potest percipere fructus eorum, illosque incidere.

Caput 27. et 28.

Non summatur, quia breve.

Caput 29.

1. Terra inculta a domino ad colendum data alicui, dominus eam ab eo auferre, nec ab eodem domino restitui nisi elapso triennio potest, quae in restitutione debet esse in statu quo recepta est.

2. Limita dictam regulam, quod a domino capi non possit: primo si dominus terram venderet, quo casu ea post primum annum capi potest.

3. Limita secundo: si dominus dederit eam in dotem filiae, quo casu etc

4. Limita tertio: si dominus vult pastinare eam, quo casu etc.

5. Amplia istas limitationes ita procedere, ut etiam in primo anno illam capere potest, restitutis agricolarum expensis in ea factis.

6. Terra culta potest quandocumque, elapso primo anno, a domino suo capi.

Caput 30.

1. Vineam ad laborandum accipiens tenetur fideliter putare eam juxta consuetudinem Rhacusinam, et usque ad medietatem martii ligonizare et iterum circa festum s. Viti.

2. Laboratore in aliquo ex praedictis deficiente, dominus vineam cum operibus in ea factis capere potest.

3. Limita . . . . . (lacuna punctis notata).

4. In dicta vinea triticum, hordeum vel vena seminari minime possint.

Caput 31.

1. Dans vineam vel domum pignori, ad laborandum aut ad affictum, potest eam vendere, in dotem dare, salva laboratori parte fructuum illo anno ad ipsum pertinentium.

2. Limita hanc reservationem in opere arationis, cujus tantum expensae colono solvendae sunt.

3. Conductor domus venditae, sive in dotem a domino locatore datae, solvat pro tempore, quo eam inhabitavit.

4. Locator nihil habeat a conductore expulso, pro tempore domus inhabitatae.

5. Locator conductori expensas ab eo cum ejus licentia in domo factas persolvat.

6. Conductor opus in dicta domo sine locatoris consensu factum extrahere et auferre potest.

7. Conductore sublocante partem domus conductae, pensio etiam ista locatori primo debetur.

8. Idem juris est, si conductor exiret e domo, et illam aliis sublocaret.

9. Pensione domus constituta die non soluta, locator ex rebus in domo inventis pignora capere, domum claudere conductoremque expellere potest.

10. Fuga a conductore non soluta pensione arrepta, locator potest satisfieri in rebus domi repertis.

11. Amplia: etiamsi tales res non essent conductoris, sed alienae.

Caput 32.

1. Inquilinus conducens domum vel apothecam in mensem, si elapso eo per aliquos dies inhabitaverit eam, pensionem pro ratione solvat.

2. Inquilinus conducens domum vel apothecam in annum, si per 15 dies post annum completos illa exire voluerit, pensionem pro integro anno persolvat.

Caput 33.

1. Terra recipiens aquam ex alto debet dare ei viam, ut ad vicinum labat.

2. Fallit, si ipsa habet patacum vel carbonariam, quo casu aqua in eis deduci potest.

3. Pataca et carbonaria stent in eorum antiquitatibus.

4. Aquae currant, ut antiquitus cucurrerunt.

Caput 34.

1. Praetendens terram ab alio pastinatam esse suam, primo anno pastinaturam excidere potest, solvendam a dicto, si in judicio succubuerit.

2. Praetendens praefatus, nolens dictam pastinaturam excidere intra annum ab ea facta, illam petere potest.

3. Praetendens praefatus, intra dictum annum supradictam terram non petens, cadit a jure suo, nec ulterius audiatur.

4. Limita dictam regulam non procedere, si de dicto tempore praefatus praetendens esset absens a civitate, quo casu reverso eo intra quatuor menses petere possit, aliter cadit a jure suo, nec ulterius audiatur.

5. Amplia reversum non petentem intra quatuor menses a jure cadere, nec ulterius audiri, procedere etiam, si intra dictum terminum exivisset a Rhacusio et intra illum non rediisset.

Caput 35.

1. Res stabilis vendenda praeconizanda est, et praeconizatio scribenda.

2. Praeconizatione completa pretium rei venditae per trimestrem deponatur, intra quem praetendens rem venditam sibi esse hipothecatam, de dicto pretio satisfiat.

3. Intra dictum trimestrem nemine praesentato, pecunia venditori danda, nec postea praesentandus audiatur.

4. Limita hanc regulam non procedere contra absentem a Rhacusio tempore dictae venditionis, qui intra annum rediens jus suum prosequi potest.

5. Creditoris non praesentati in tempore statuto, in ceteris venditoris bonis jus salvum esto.

6. Venditio contra praesens statutum facta, irrita.

7. Emptor non potest a curia cogi deponere pretium in camera, nisi instante venditore.

8. Tabula ante lodiam figenda, et in ea annotationes singularum venditionum trimestri tenendae.

9. In venditionibus domorum super solo communis, ecclesiarum vel specialium personarum aedificatarum, solventium pensiones pro dicto solo, serventur statuta et consuetudines in ceterorum bonorum stabilium venditionibus servanda.

10. In venditionibus dictarum domorum exprimendus est dominus soli et numerus pensionis, quibus non expressis venditio nullum dominis praejudicium afferat, sed illorum jus semper sit salvum.

11. Amplia: dictum jus praefatorum dominorum salvum fore, etiam si dicti domini in tempore statuto se minime praesentaverint.

Caput 36.

1. Praetendens aliquis proprietatem venditam esse suam, intra mensem a die banni facti revocationem illius petere debet, et postea non audiatur.

2. Limita regulam istam non habere locum in absentibus a Rhacusio, qui, quandocunque redierint intra bimestrem, dictam revocationem petere possint: postea non audiantur.

3. Idem juris sit in filiis volentibus redimere venditionem a parentibus factam.

4. Limita hoc procedere in filiis emancipatis tantum.

5. Filii, suspicante emptore illos dictam redemptionem malitiose pro aliis quaerere, duodecim sacramenta instante emptore super hoc facere tenentur.

Caput 37.

1. Evincenti rem stabilem venditam, delato a judice juramento, venditor ipsum super evictione jurare facere potest.

2. Venditore nolente emptor, potest evincentem cogere ad dictum juramentum a judice decretum.

3. Juramento ab evincente praestito venditor emptori pretium restituat.

4. Venditor, delato ei a judice jurejurando jurare recusans, juret se calumniose juramentum non evitare.

5. Venditor juramento calumniae ab eo, ut supra, facto, restituat pretium emptori.

Caput 38.

1. Debitore vendente bona creditori obligata nubendi causa filias vel sorores, creditor pro suo debito exigendo contra cetera debitoris bona procedat.

2. Deficientibus aliis debitoris bonis pro solvendo creditore, creditor contra emptorem praefatorum bonorum in statuto tempore agat.

Caput 39.

1. Creditor in extremis vitae suae instrumentum rumpere et vanum reddere potest, et talis actus de substantia requirit scripturam publicam, nec testes sufficiunt.

Caput 40.

1. Creditor praesens venditioni rei sibi obligatae et in instrumento venditionis in testem datus, ab emptore nihil petere potest. Elice hinc regulam juris: praesens et tacens consentire videtur.

2. Limita dictam regulam non habere locum in consulibus in instrumentis testantibus.

Caput 41.

In isto capite summarium de industria praetermittitur, propter crebra ac ignota hodie nomina viarum, quae in summario recensere per longum ac plane superfluum videtur.

Caput 42—45.

Non summatur, quia breve.

LIBER SEXTVS.

Caput 1.

1. Sicarius moriatur.
2. Limita: nisi interfecerit se defendendo.
3. Sicarius, dum vivit, a statu Rhacusino exulet, et in bonis illius filii vel eorum liberi masculi succedant, et in masculorum defectum feminae.
4. Sicario non habenti descendentes succedant propinquiores masculi, et eis deficientibus feminae.
5. Sicarii heredes, eo vivente, nullo titulo bona illius alienare possint.
6. Limita dictam regulam locum non habere in alienatione fienda pro dote filiarum vel neptum ipsius sicarii etc.
7. Limita secundo: non procedere in praejudicium usufructus uxoris sicarii in dictis bonis.

Caput 2.

1. Conjurationis caput sive auctor moriatur; aufugiens vero exulet, dum vivit, et omnia bona perdat.
2. Conjuratus mulctetur viginti quinque iperperis, et impotenti solvere abscindatur manus dextera; aufugiens vero sit semper exul, cum amissione omnium bonorum suorum.

Caput 3.

1. Percutiens gladio vel macia ferrata hominem ad sanguinis effusionem, perdat iperperos viginti quinque.
2. Percutiens ad amissionem membri, solvat iperperos quinquaginta, et impotens perdat manum dexteram, et commune percusso volenti medicinas subministret. Idem juris sit in percutientem hominem in facie.
3. Percutiens petra vel ligno ad sanguinis effusionem vel livorem perdat iperperos 12, alias iperperos 6, et solvere impotens fuste verberetur et stigmate notetur.
4. Percutiens manu perdat iperperos 6, et impotens solvere fustigetur, aufugiens vero exulet et damnetur medio plus, quo nisi soluto ab exilio non restituatur.
5. Exul captus puniatur pro culpa, arbitrio judicis.
6. Percusso non conquesto comes delictum inquirere et delinquentem damnare possit.
7. Mulier poenam solvere impotens in carceribus detineatur, donec solverit.
8. Limita supradicta non procedere in percusso repercutiente unico contextu, quo casu primo percutiens et rixam incipiens puniatur, repercutiens vero omni poena absolvatur.

9. Percussi invicem, sine probatione quis inceperit, omnes damnentur iperperis tribus pro quolibet.

Caput 4.

1. Fur primi furti causa quadrupli, secundi pro uno 8, tertii 12, quarti 20 rei subtractae damnetur.

2. Fur impotens solvere poenam, cum furtum fuerit ab iperperis duobus infra, fustigetur; si a duobus usque ad quinque, fustigetur et stigmate notetur.

3. Furi poenam solvere impotenti et si furtum fuerit ab iperperis quinque usque ad decem, eruatur oculus, et a decem usque ad 20. incidatur manus dextera.

4. Furi poenam solvere impotenti et si furtum fuerit a 20 iperperis supra, eruatur uterque oculus.

5. Limita supradicta in fure muliebri, quae impotens poenam solvere et furtum fuerit ab iperperis duo in quinque, fustigetur, a 5 in 20, etiam stigmate notetur; a viginti supra, nasus ei incidatur et exilio a statu Rhacusino mulctetur.

Caput 5.

1. Latro viarum pro primo furto damnetur in octo pro uno, pro secundo in 16, et sic ulterius ad istam rationem.

2. Latro viarum furans usque ad iperperum unum nec poenam solvere potens, fustigetur et stigmate notetur; ab iperpero uno usque ad tres perdat oculum.

3. A tribus iperperis usque sex non habens modum solvendi poenam, perdat manum dexteram, et a sex ad decem ambos oculos.

4. Furans a decem iperperis supra, laqueo suspendatur, non habens unde poenam solvere.

Caput 6.

1. Stuprator mulieris damnetur iperperis 50, quae impotens solvere perdat oculos.

2. Limita istam regulam: nisi dictam mulierem volentem duceret in uxorem, quo casu nulla poena mulctetur.

Caput 7.

1. Faciens medicamenta ex herbis, eisque aliquem occidens, quod probari possit, comburatur; aliter arbitrio judicis puniatur.

2. Suspicio excessus herbariae judicem ad inquisitionem illius inducat.

Caput 8.

Non summatur, quia breve.

Caput 9.

1. Producens in judicio scripturam falsam, perdat causam et iperperos 50, et impotenti solvere incidatur dextera, ut num. finali.

2. Limita supradicta non procedere, nisi producens illam confieri fecerit.

3. Producens in judicio pro se scripturam falsam confectam ad instantiam alterius personae, eluat se cum approbatione undecim hominum

cum eo jurejurando attestantium, ipsum falsitatem scripturae neque scivisse, neque fecisse, neque argumentasse etiam: propter quam purgationem a poena pecuniaria, non autem a perditione litis liberatur.

4. Convictus vel juramento non purgatus, damnetur, ut supra numero primo.

Caput 10.

Non summatur, quia breve.

Caput 11.

1. Arborem incidens plectatur iperperis 12, pro medietate inter commune et dominum illius dividendis.

2. Limita dictam medietatem ad dominum pertinere, dummodo dominus de dicta incisione conquestus est.

3. Condemnatio praefata non per querelam domini, sed per comitis inquisitionem facta, tota communi applicetur.

Caput 12—15.

Non summatur, quia breve.

Caput 16.

1. Salem afferens Rhacusium illum neque exonerare neque vendere possit, nisi communi, sine licentia comitis.

2. Salem communi non vendens, nec aliis vendendi licentiam obtinens, portet extra Rhacusinum statum.

3. Forensis vendens salem civi Rhacusino sine licentia, damnetur in iperperis 10, et in totidem Rhacusinus, perdatque salem.

4. Exonerans salem in Rhacusio perdat illum, mulcteturque poena iperperorum decem.

Caput 17.

1. Sal a Rhacusino Rhacusio (sic) sine licentia comitis non vendendum, et inobedientis sal confiscetur cum mulcta etiam iperperorum sex, quod si solvere non poterit, fustigetur.

2. Sal vendens in statu Rhacusino mulctetur poena iperperorum 26 et confiscatione pretii salis venditi.

3. Idem juris sit in eo qui cum navigio sal afferret, ad vendendum in dicto statu.

4. Sal nemo audeat vendere vel emere in Rhacusio et statu ejus, vel illius contractum sine comitis et consilii licentia facere, inobedientis vero sal confiscetur cum mulcta iperperorum decem.

5. Idem juris sit in mediatore mercationis salis.

6. Accusator praefatorum excessuum habeat medietatem condemnationis fiendae.

7. Officiales omnes personaliter tenentur accusare contravenientes hujusmodi statuto.

8. Navigium quod attulerit sal in statum Rhacusii, comburatur, et dominus ac nautae illius trimestri in carceribus detineantur.

Caput 18.

1. Electus orator vel alius officialis, munus sibi injunctum non suscipiens, solvat iperperos 25.

2. Limita non procedere in oratore electo, justum in persona sua impedimentum habere jurejurando affirmanti.

3. Sublimita dictam limitationem non procedere in officialibus electis, non probantibus justum impedimentum habere.

4. Causae impedimenti legitimae oratoris sunt: itineris ante electionem arreptio, parentum, fratrum filiorumve gravis valetudo, nuptiarum filiorumve apparatus.

5. Causae praefatae probandae sunt, et ab electo se ob alias causas id non recusare jurejurando affirmandum.

6. Electus orator, probato aliquo impedimento ex supradictis et ab eo juramento, ut supra, praestito non cogatur legationis munere fungi, nec ulla poena mulctetur.

7. Praefectus arsenalis, comites insularum et Astareae ac officiales cerae recusantes nulla poena damnentur.

Caput 19—21.

Non summatur, quia breve.

Caput 22.

1. Navigium scienter a Dalmisianis vel aliis piratis emens, damnetur iperperis 25 et navigium comburatur.

2. Limita: nisi apparuerit dominus ejus, quo casu illi restituendum est.

3. Limita secundo: nisi comes arbitraretur expedire illud servare, si dominus ejus non inveniatur.

Caput 23—28.

Non summatur, quia breve.

Caput 29.

1. Contumax in criminalibus pro judicato habeatur, et postea comparens non audiatur.

2. Accusatus de crimine habeat terminum trium dierum ad comparendum, quibus elapsis pro judicato habeatur.

3. Citatus pro homicidio si contumax fuerit, pace quandocumque cum consanguineis occisi facta, contumacia ei remittatur et juxta juris ordinem contra illum procedatur.

4. Comes, habita accusatione homicidii, diligenter testes super eo inquirat.

5. Statutum, de quibus consanguineis intelligit pro pace facienda.

6. Comes, delato sibi homicidio vel alio crimine, accusato det terminum arbitrio suo ad comparendum, habita consideratione loci criminis perpetrati.

Caput 30.

1. Ex percussione facta advenae tota condemnatio sit communis nostri.

2. Idem juris sit in percussionibus et injuriis virorum et mulierum ad invicem factis.

3. Idem etiam statuitur forense Rhacusinum percutiente vel injuriis afficiente.

Caput 31. et 32.

Non summatur, quia breve.

Caput 33.

1. Domum alienam intrans et dominum percutiens, vel aliquid ei violenter faciens, aut aliquid auferens, solvat iperperos 24, pro medietate inter vim passum et commune dividendum.

2. Fallit dicta participatio vim passi in dicta poena, ipso coram comite non conquesto, sed ab eo ex officio processo, quo casu tota dicta poena communi applicanda.

3. Super crimine praedicto, noctu commisso, masculorum testimonio carenti feminae plures duabus admittantur, sed propter hujusmodi probationis defectum damnatio criminosi ad medium minuatur.

4. Famularum fragilitatis, dominorum domos amicos introducentium, consideratio et occursus.

5. Famulae ponenti hominem in dicta domo nasus incidatur, homo autem sex mensibus in carceribus detineatur, et aufugiens ipsis non completis iterum a principio stare debet.

6. Homine praefato in flagranti crimine non capto, nec excessu ejus probato, punitio committitur arbitrio judicum.

Caput 34.

1. Percussio et verberatio noctu in platea vel campo facta, per feminas plures duabus (maribus deficientibus) probari potest.

2. Damnandus ex mulierum probatione medio minus damnandus est, quam esset, si id crimen marium testimonio probatum esset.

3. Nox in isto casu intelligitur: campana tertio pulsata usque ad diem.

Caput 35.

1. Vinum forense Rhacusium non portandum sub poena etc. et num. fin.

2. Limita istam regulam non procedere in fratribus praedicatoribus et minoribus, recipientibus vinum pro elemosina a quacunque persona Rhacusium appulsa.

3. Limita 2°. in eisdem fratribus afferentibus vinum pro sustinenda vita, quod undecunque voluerint, conducere possunt.

4. Vide numero primo in fine.

Caput 36.

Non summatur, quia breve.

Caput 37.

1. Navigio cum vino in portum Rhacusii pervento officiales contrabanni patrono vel nauclerio illius jusjurandum deferant, per se vel per alium aliquid de dicto vino non venditurum, nec aliter in statu Rhacusino daturum.

2. Officiales praefati duos homines ad custodiendum, ne dictum vinum vendatur, illius expensis super navigio ponant.

Caput 38.

Non summatur, quia breve.

Caput 39.

1. Acetum Rhacusium vendendi causa non portetur; pro usu domus Rhacuseus portare potest medium quinquum, quod contrafaciens damnetur iperperis duobus, et acetum superfluum stampanetur.

Caput 40.

Non summatur, quia breve.

Caput 41.

1. Vinum insularum in eis vendi possit, sed non transferri ab una ad aliam.
2. Vinum a Rhacusio extrahere volens et ad insulas vendendi causa vehere, a comite licentiam petat.
3. Contrafaciens poena mulctetur.

Caput 42.

1. Servus vel serva percutiens hominem ingenuum, possit a comite damnari iperperis tribus, quae si dominus servi noluerit solvere, dictus servus fustigetur per civitatem.
2. Servus sicarius moriatur, solutis a communi domino illius iperperis 12.
3. Mobilia praefati servi, ut supra mortui, sint domini illius, qui a comite super eis nulla molestia affici potest.

Caput 43.

Non summatur, quia breve.

Caput 44.

1. Dominus servum absconditum mandare quaerere et inventum verberare et quidquid de eo illi placuerit facere potest; nec propterea aliqua ob hoc ei poena imponi possit.
2. Amplia supradicta procedere etiam, si dominus ea gessisset sine licentia comitis.

Caput 45.

1. Servi libertini et illorum filii ad onera non tenentur.
2. Libertini et illorum filii volentes vendi, vel pignori aut aliter in servitutem dari, primus illorum dominus, vel filius et nepotes ejus, eos eodem pretio, quo se vendi vellent, capere possint.
3. Quod amplia etiam: illi venditi a dictis dominis redimi possint.

Caput 46.

1. Dominus servum suum e domo expellere, male vestire ac alere et quandocunque ei placuerit revocare potest.

2. Ingenuus recipiens servum alienum a domino suo expulsum, sine licentia illius, solvat iperperos 12, et quolibet mense iperperum unum, si dicto servo aliquid mali evenerit.

Caput 47.

1. Libertinus domino suo, uxori, filiis et nepotibus ejus tenetur in barca a tempestate Gravosio obsessa remigare Rhacusium versus, tempore vindemiarum, sine mercede.
2. Libertinus tenetur assequi praefatos dominos armatos, euntes pro honore civitatis.
3. Libertinus sequatur dominos, euntes ad loca Dalmatiae pro litibus agendis.
4. Libertinus vadat ad explorandum loca captivitatis domini.
5. Libertinus aliquid de praefatis facere spernens in servitutem reincidat.
6. Libertinus tenetur inservire domino pretio vel pensione, qua aliis suas operas locavit.
7. Libertinus tenetur inservire nuptiis, et exprimit, in quibus rebus.
8. Libertinum, ut supra, servientem dominus tenetur alere.
9. Libertitiae tenentur ad quae et libertini.
10. Libertinis negligentibus praefata facere, a supradictis sine poena verberari possint.

Caput 48.

1. Filii servi ex uxore ingenua suscepti, ducta sine voluntate domini ejus, sint ipsius domini, et omnia inventa in domo dictae uxoris pertinentia ad praefatum servum, sint ejusdem domini.
2. Domino servi indulgente mulieri ingenuae illum in virum capere, filii illorum sint communes inter dominum et mulierem.
3. Limita dictam regulam: nisi dominus in dictum matrimonium consensisset eo pacto, ut liberi ex eo nascituri essent liberi, quo casu ita juris esto.

Caput 49.

1. Filii suscepti ab ingenuo cum serva, sine voluntate domini sui in uxorem ducta, domini servae esto.
2. Dominus servae capientis hominem ingenuum in virum, petentem ab eo liberos illorum fore liberos, possit manumittere quos ipse voluerit.

Caput 50.

1. Filii servi cum licentia domini sui conjugati, et servae nuptae sine licentia sui domini, sint domini servae.
2. Dominus servae capientis virum, petentem ab eo liberos eorum fore liberos, possit manumittere et tenere quot voluerit.
3. Idem juris statuitur in domino servi capientis uxorem petentem ab ipso domino, liberos eorum etc., ut num. 2°.

Caput 51.

1. Filii servi et ancillae babizae conjugum, sint dominae dictae ancillae.
2. Domina ancillam babizam sine voluntate viri vendere non possit; in morte autem sua manumittere possit.

3. Filii ancillae babizae a domina in morte manumissae inserviant viro dictae dominae, lectum illius possidenti, et postea sint filiorum dictae dominae.

4. Domina praefata moriens nullis relictis filiis, filios etiam ancillae babizae liberare potest.

Caput 52—57.

Non summatur, quia breve.

Caput 58.

1. Civis Rhacusinus Dalmisium profectus sine licentia comitis, damnetur etc.

2. Limita: dictam regulam non procedere in eo, cui a Dalmisianis bona valoris iperperorum decem supra rapta sunt, qui ire potest, antequam redeat Rhacusium, et ibi per duos menses morari.

3. Sublimita: quod inde discedens iterum redire non possit, sine dicta licentia.

4. Rhacusinus non possit cum Dalmisianis ire in cursum, sub poena etc.

Caput 59.

1. Civis Rhacusinus nullas merces a Dalmisianis emat, neque cum eis contrahat; aliter perdat merces et damnetur iperperis quinquaginta, pro medietate a communi et accusatore dividendis, ab eo damnato non restituendis.

Caput 60—64.

Non summatur, quia breve.

Caput 65.

1. Vinum Stagni et Punctae, Rhacusium vel ejus districtum advehens perdat praedium quod in Puncta et Stagno habet, quod non habens damnetur iperperis 500, et impotens solvere per annum in carceribus detineatur.

2. Barcae venientes a Stagno et Puncta possunt advehere unum quinquum vini pro nautis illius.

3. Idem juris sit in conducentibus quaecunque alia vina forensia.

4. Archiepiscopo, episcopo, clericis, abbatibus vel monacis huic constitutioni contrafacientibus nemo laicus illorum praedia colat, vel alicui rei inserviat, et inobediens in illorum poenam incidat.

5. Barca contra dispositionem praesentis capituli vinum advehens, comburatur, nautaeque ejus consueta poena mulctentur.

6. Gratia dictarum condemnationum fieri non possit, et consulens ut fiat, poena iperperorum centum damnetur.

7. Mercatores peregre redeuntes vinum, juxta capitularia officialium vini, advehere possint.

8. Unusquisque duos canistros uvae a praedio Stagni vel Punctae Rhacusium ducere potest.

*

Caput 66.

1. Unusquisque habens in navi partem cum forensi, ponat tot homines Rhacusinos quot partes in ea habet, et inobediens mulctetur poena etc., a communi cum accusatore aequaliter dividenda.

Caput 67.

1. Nemo civis Rhacusinus habeat partem in navi cum forensi, sub poena etc., a communi cum accusatore dividenda.

Caput 68.

1. Spes gratiae et commutationis condemnationis dat causam excessibus.
2. Gratia vel commutatio poenae habenda est per tres partes consilii minoris 12 consiliariorum et per tres majoris, expulsis consanguineis supplicantis.
3. Rector hujusmodi statuto contrafaciens poena 200 ducatorum mulctetur, consulens vero 100.
4. Statutum hoc non delendum, nisi ut consuetum est.
5. Advocati communis nuntiare debent contrafacientes, quod et unusquisque facere potest, et in concursu advocatorum et ceterorum virorum advocati praevaleant.

LIBER SEPTIMVS.

Caput 1.

Non summatur, quia breve.

Caput 2.

1. Omne lignum a modiis 600 supra habeat scribanum.
2. Scribanus notet nautas, famulos vel conductos, et merces et entegas. Differentia est inter nautam ad partem vel ad marinaritiam.
3. Scribanus a domino navis rectori et consilio pro praestando jurejurando praesentandus est.
4. Nauclerius navigii non habentis scribam solvat cum nautis iperperos sex.
5. Amplia dictam poenam ad iperpera 20 in navigio a modiis mille supra.

Caput 3.

1. Navis de milliariis 40 usque ad 60,
2. Navis de milliariis 60 usque ad 100,
3. Navis de 100 usque ad 150,
4. Navis de 200,

} quibus rebus munitae esse debent.

5. Navis de milliaribus 200 supra habeat artemonem, et qualitas illius.
6. Navis de milliaribus 200 ad 300,
7. Navis de milliaribus 300 ad 400,

} quibus munitionibus abundare debent.

8. Navis milliaria 400 excedens provideat excessivitatem, ad rationem 300 ad 400.
9. Limita supradicta intelligi in navibus de Rhacusio.

10. Sublimita: si navis extra exiens rebus requisitis muniri minime posset, ob penuriam illorum, dominus navis compareat coram comite et consilio, et faciat quantum ab eis sibi demandatum fuerit.

Caput 4.

1. Quilibet profecturus pro domino navis juret se statuta Rhacusina servaturum.
2. Domini plures in una navi existentes, unus tantum juret.
3. Exiens cum navi e Rhacusio sine requisitis rudentibus, damnetur.

Caput 5.

Non summatur, quia breve.

Caput 6.

1. Damnum in mercibus oneratis in navi, propter malam stricturam eventum, a domino et nautis navis persolvendum.
2. Dominus navis probans merces devastatas ob fortunam maris, damnum illarum non patitur.
3. Mercium in exoneratione e navi si inveniretur minus, quam a scriba notatum fuerit oneratum esse, solvant quod deest dominus navis et nautae.
4. Navi eunte ad marinaritiam et supradictum damnum habente, solvat illud patronus navis vel nauclerius vel mercium custos.

Caput 7.

1. Damnum habitum a navi in rebus in textu expressis, satisfiat per avariam, ut in textu, videlicet a mercibus in navi existentibus et a valore navis existimandae, detracta tertia parte dicti valoris.
2. Limita dictam regulam non procedere, si res damnum passa congruenter posset coaptari, quo casu restituatur quod judicatum fuerit illam minus valere.
3. Damnum secutum in navi ob jactum causa tempestatis, vel ob raptum piratarum, satisfiat ut supra numero primo.

Caput 8.

1. Dominus navis debet convenire cum mercatoribus de rebus necessariis navi, de qua conventione scriba navis rogetur.
2. Conventio praefata, in discessu navis comiti et consilio ostendenda: deficiente aliquo ex conventis cogant dominum navis pacta servare.
3. Dominus navis exiens e Rhacusio, pactis conventis non servatis, poena mulctetur in statuto expressa.
4. Mercatores praefati, intra octo dies adventus eorum coram d. comite et consilio de pacto a domino navis non servato non conquesti, postea non audiantur, nec aliquod damnum afficiat dictum dominum navis.
5. Amplia praefata procedere etiam dicta conventione facta extra Rhacusium.

Caput 9.

1. Navis unius coopertae Rhacusii locata, nullas supra coopertam merces ferat, et contrafaciens solutione duplicis nauli dictarum mercium damnetur.

2. Scribanus contrafacientem comiti et consilio deferat, quod transgrediens mulctetur etc.

3. Limita . . . (lacuna).

Caput 10.

Non summatur, quia breve.

Caput 11.

1. Nautae non deserant navem, sine damnatione in textu expressa.

2. Limita hanc regulam non procedere in habente justam causam, a comite et curia approbandam.

Caput 12.

1. Nautae in navi peregre eunte iter cum ea perficiant.

2. Domino navis liceat exonerare medium oneris citra vel alias merces onerare ubilibet.

3. Limita hanc regulam non procedere: existentibus cum eo mercatoribus, quia consensus etiam illorum requiritur.

4. Nauta navim in itinere deserens poena in textu expressa plectendus est.

5. Dominus navis nautas statuto tempore non solvens, dupli eis teneatur.

Caput 13.

1. Nauclerius vel nauta navem sine voluntate domini ejus non vendant; contrafaciens solvat duplum damni a dicto domino jurejurando declarandi, dividendum inter commune et dictum dominum.

Caput 14.

1. Dominus vel vicedominus navis illam vendere possit, nec nautae contradicere possunt.

2. Limita dictam regulam non procedere in regionibus Saracenorum, Tartarorum et Dalmisii, in quibus vendi non possunt, ut num. 8 et 9.

3. Navi in sinu Adriatico vendita, dominus ejus singulis nautis pro veniendo Rhacusium singula iperpera tribuat.

4. Vendita in Tracia vel Cilicia duo iperpera tribuat, ultra mare tria.

5. Limita supradicta in nauta remanente in loco venditionis navis, quo casu nihil habeat.

6. Limita secundo supradicta non procedere navi vendita Rhacusinis, quarta ejus parte a venditore retenta, quo casu nautae iter perficere teneantur.

7. Major pars dominorum navis possint illam vendere, non obstante contradictione minoris partis.

8. Dominus vel vicedominus navis, vendens illam in regione supra prohibita, damnetur tertia parte pretii.

9. Amplia poenam vendenti in Dalmisio, qui plectetur toto pretio.

Caput 15 et 16.

Non summatur, quia breve.

Caput 17.

1. Decreto facto a majori parte dominorum navis de fiendis aliquibus expensis necessariis, minor quiescat.

2. Minor pars dictarum expensarum partem suam solvere recusans, ab altera parte capiatur.

3. Si quis ex patronis voluerit ire in navi marinarius, alii patroni ei non possunt contradicere.

Caput 18 et 19.

Non summatur, quia breve.

Caput 20.

1. Servos, quos dominus navis in ea ponere voluerit, nauclerius recipiat pro servis et non pro liberis.

2. Dominus navis possit ponere in ea servum suum pro conducto, et nauclerius illum corrigere et verberare, navi existente in itinere, queat.

3. Nauclerius et marinarii non teneantur dicto domino pro servo, fugam arrepto propter verbera ei a nauclerio illata, sed pars illius lucretur dicto domino.

Caput 21.

Non summatur, quia breve.

Caput 22.

1. Termino completo conductionis nauclerii et nautarum, sed non itinere, nauclerius et nautae navem non deserant, nisi itinere perfecto, solvendi ad rationem dictae conductionis.

Caput 23.

1. Nauta ad partem conductus et ante discessum aegritudine gravatus, minime navi tenetur.

2. Nauta extra Rhacusium navim deserens valetudine oppressus habeat partem lucri illius itineris, ac si in ea interfuerit.

3. Navis redita ad locum dicti nautae deserti aegritudine liberati, illum conscendere volentem recipiat.

4. Limita: nisi navis interim alium nautam loco ejus conduxisset, quo casu illum recipere non tenetur.

Caput 24.

1. Nauta ad marinaritiam conductus Rhacusio aegrotans reddat marinaritiam, hoc est mercedem, quam habuit, et navi non tenetur.

2. Nauta praefatus extra Rhacusium navem descendens, valetudine infectus, habeat de dicta marinaritia, quantum habuisset si navi inserviisset. Nota textum et aliter intelligi posse, sed hic intellectus est sanior, et praesertim, ne contrarietur praecedenti capitulo, num. 2°.

Caput 25—27.

Non summatur, quia breve.

Caput 28.

1. Scriba navis singulas partes receptas lucri navis divisi describat.

2. Damnum navi eventum de dictis partibus restituatur, ultra quod participes lucri non tenentur.

Caput 29 et 30.

Non summatur, quia breve.

Caput 31.

1. Nauta, mercator vel quaecunque alia persona, terram descensus e navi sine dictae navi servitio et ibi captus, fortunam suam patiatur.

2. Limita hoc non procedere in descenso jussu domini navis seu nauclerii, quo casu damnum ei hinc insurgens e communitate navis persolvendum est.

3. Mercator e navi terram descendens et captus, damnum ob hoc insurgens solvat ille, pro quo descenderat.

Caput 32.

Non summatur, quia breve.

Caput 33.

1. Dominus navis ab aliquo per vim captae et a Rhacusino viro sine voluntate illius domini emptae, ab emptore eam sine pretio ubique locorum evincere potest.

2. Rhacusinus praefatus nolens dictam navim sine lite domino suo reddere, teneatur illam cum lucro omnium itinerum factorum a die interpellationis domini ei restituere.

Caput 34.

1. Nautae nauclerio in itinere obediant.

2. Nautae non turbent iter a nauclerio vel domino navis capi commissum, et contrafaciens damnetur iperperis decem etc.

3. Scriba navis Rhacusium adventus dictum turbatorem comiti et curiae deferat; aliter ipse damnetur iperperis decem.

Caput 35 et 36.

Non summatur, quia breve.

Caput 37.

1. Mercatores, navi ab eis conducta, dent pro arris follarum unum in praesentia scribae, qui notet eam et pacta inter partes conventa.
2. Mercatores a conventis discedere volentes, domino navis integrum naulum solvant.
3. Limita dictam regulam non procedere, si mercatores, navi conducta, dedissent pro arris plus uno follaro, quo casu nihil aliud dare teneantur.
4. Limita secundo non procedere mercatore mortuo, mercibus in navi adhuc non oneratis, quo casu nihil solvat.
5. Mercatore mortuo, non oneratis omnibus mercibus promissis, sed parte illarum dumtaxat, pro oneratis tantum naulum solvat ad rationem.

Caput 38.

Summarium praetermittitur, quia inutile.

Caput 39.

Summarium praetermittitur, quia inutile, et textus satis clare explicat.

Caput 40.

1. Merces Venetias ferendae ponderatae onerandae.
2. Scriba navis notet singulas merces in navi oneratas; aliter damnetur.
3. Merces oneratae ultra conventas in navi Marchiam Anconae profectura, solvant duplum naulum.
4. Dominus navis non onerans in ea merces conductoris, juxta pacta conventa, satisfaciat ei arbitrio comitis et consilii.

Caput 41—43.

Non summatur, quia breve.

Caput 44.

Summarium omittitur, quia inutile.

Caput 45.

Non summatur, quia breve.

Caput 46.

Summarium omittitur, quia inutile.

Caput 47—49.

Non summatur, quia breve.

Caput 50.

1. Pecuniae seu merces in societatem, mercaturae intra Culfum exercendae causa positae etc.
2. Lucri dictae societatis dominus pecuniarum habeat duas partes, socius vero unam.
3. Limita: nisi aliter pacti essent.

4. Socius praefatus mercaturam cum dictis pecuniis extra locum in conventione restrictum non exerceat, aliter damnum omne inde secutum ipse patiatur.

Caput 51 et 52.

Non summatur, quia breve.

Caput 53.

Summarium omittitur, quia inutile.

Caput 54.

Non summatur, quia breve.

Caput 55.

1. Rogatia a recipiente eam a rebus suis non semovenda, alioquin omne damnum ei eventum ab ipso patiendum est.
2. Limita: nisi secus pactum esset coram testibus.

Caput 56—58.

Non summatur, quia breve.

Caput 59.

1. Navis vel navicula, conducta sine nautis, naviget periculo conductoris.
2. Limita: nisi aliter conventum esset inter locatorem et conductorem, quia pacta servanda.
3. Secundo: fallit in naviculis vinum vehentibus tempore vindemiarum, quae navigent periculo locatorum.

Caput 60.

1. Conductor naviculae sibi locatae, et ab eo completo itinere tractae in portum Rhacusii seorsum a mari ibique deperditae, damni ejus propter hoc non tenetur.
2. Amplia dictam regulam procedere etiam, si sine licentia domini devecta in portum et tracta fuerit.

Caput 61.

Non summatur, quia breve.

Caput 62.

1. Conductor naviculae, pro tempore vindemiarum conductae, vindemiis suis ea uti potest sublocareque illam, per totum mensem septembris.
2. Conductor praefatus, completo tempore vindemiarum, potest dicta navicula uti ad duo itinera perficienda, alterum ad aquam, alterum ad ligna advehenda.
3. Jactura naviculae dicto tempore deperditae sit domini illius.

Caput 63.

Non summatur, quia breve.

Caput 64.

1. Navicula conducta pro certo portu et inde alibi ducta, conductor pro duobus itineribus pensionem solvat.

2. Portuum nonnullorum enumeratio et loca illorum appellatione comprehensa.

Caput 65 et 66.

Non summatur, quia breve.

Caput 67.

1. Jurat (sc. scribanus navis) se fideliter notaturum omnes merces in navi onerandas, cum signo illarum.

2. Scribanus navis jurat se daturum cuilibet mercatori transumptum dictae annotationis ad ipsum pertinens.

3. Pacta inter dominum navis seu navicularum et mercatores vel nautas inienda, de quibus rogatus erit, fideliter scripturum.

LIBER OCTAVVS.

Caput 1.

1. Miles parvae curiae jurat se fideliter cum judicibus judicaturum omnes lites coram eo peragendas, de quinque iperperis infra, juxta stylum dictae curiae.

2. Se pretium pro litibus non capturum, et ab aliis pro eo captum reddi curaturum.

3. Comitis praecepta, ut aliquid secrete et occulte teneat, servaturum.

4. Se cum litigantibus suis non comesturum, neque amico juvaturum, neque inimico nociturum.

5. Se juxta usum Rhacusii judicaturum, servata forma tribunalis parvae curiae.

6. Se interdictum comitis usque ad ejus relaxationem servaturum.

7. Se quolibet die cum judicibus ad judicandum tribunal conscensurum.

8. Se die dominico jus hominibus insularum, comitatuum et forensibus tantum redditurum.

9. Se in aliqua scriptura pro testimonio non daturum.

10. Limita hoc non procedere in sententiis ab eo cum ejus judicibus ferendis, in quibus pro testimonio adhiberi potest.

Caput 2.

1. Judex parvae curiae jurat se fideliter cum milite judicaturum lites iperperorum quinque infra.

2. Pretium pro litibus non suscepturum, et ab aliis pro se susceptum restituturum, ut no. 6.

3. Limita: nisi duo cum dimidio pro 100.

4. Comitis praecepta, ut quid secreto teneat, servaturum.

5. Cum litigantibus suis non comesturum.

6. Amico non suffragaturum, nec inimico nociturum.

7. Se judicaturum juxta usum Rhacusinum et formam inferius traditam.

8. Interdicta judicia usque ad relaxationem suspensurum.

9. Singulis diebus cum milite et collegis ad jus reddendum conscensurum.

10. Die dominico jus hominibus insularum, comitatuum et forensibus tantum justitiam administraturum.

12. Limita: nisi sententiarum a parva curia dandarum et earum chartam, petente parte, fieri curaturum.

Caput 3.

Non summatur, quia breve.

Caput 4.

1. Judices omnia cum milite comitis judicant.

2. Judices in litibus vinearum, terrarum et maceriarum existentium extra civitatem, valoris iperperorum 10, eant ad videndum loca, de quibus agitur.

3. Judices praefati, quidquid judicaverint, sit firmum.

4. Judices de litibus duo cum dimidio pro 100 habeant.

5. Succumbens solvat omnes litis expensas.

6. Limita: nisi a parte ei relaxatum fuerit.

Caput 5.

1. Advocati duo in parva curia eligendi.

2. Advocatus medium grossum pro lite capiat et non ultra, et durante ea cum clientulo non comedat.

3. Advocatus legaliter exerceat officium suum, nec sustineat aliquem pejerare vel falsos testes producere.

Caput 6.

1. Vocatus pro uno iperpero inferius, nullum terminum habeat.

2. Vocatus pro pecunia excedente unum iperperum usque ad duo, habeat terminum trium dierum.

3. Vocatus pro duobus iperperis supra usque ad quinque, habeat terminum octo dierum et potestatem recusandi unum judicem.

4. Actor judicem nullum recusare potest.

Caput 7—13.

Non summatur, quia breve.

Caput 14.

1. Officiales euntes Dyrachium, Apuliam, Spalatum, Rassiam vel Bosinam vel ultra, perdant officium, et alii loco eorum eligantur.

2. Amplia dictam regulam in judice procedere etiam exeunte districtum Rhacusii, intra tamen confinia dictarum regionum per mensem permanente.

3. Judex surrogatus juret se extra Rhacusium non profecturum nec per mensem permansurum, ut ab officio liberetur, nisi pro suis negotiis peragendis.

Caput 15—20.

Non summatur, quia breve.

Caput 21.

1. Judex in causa propria judicare non possit, sive ipse petat, sive ab ipso petatur.
2. In tali casu neutri parti judicum refutatio permittitur.

Caput 22.

1. Contractus mercium creditarum excedentes iperperos 10, fiant per chartam notarii; aliter tam emptor, quam venditor poena plectetur.

Caput 23.

1. Pauperies facta a quadrupede in vineis vel terris cultis, satisfiendum domino ejus a domino quadrupedis, et ab eodem communi poena solvenda.
2. Capiendi dicti quadrupedes, ut ex illorum inspectione dominus probetur; alioquin per legitimas probationes convincendus est.
3. Ignoto domino dictorum animalium, incolae proximioris ruris dictae vineae quadrupedes habentes, pauperiem domino satisfaciant et poenam communi.
4. Pauperies praefata existimanda a viris a comite eligendis.

Caput 24.

1. Damnum factum in quocunque loco provinciae Rhacusinae in vineis, fructibus et arboribus, incolae ruris loci illius reum criminis deferant; alioquin ipsi illud satisfaciant domino, juxta existimationem hominum a comite eligendorum.
2. Denominantur nonnulla rura cum conclusione supradicta.
3. Furta et damna lignorum et pergularum satisfiant per homines ruris damnum passi etc.

Caput 25.

1. Detrahitur de honore civitatis Rhacusinae, quando civis Rhacusinus ab alio cive Rhacusino, tracto ab eo in judicium Rhacusinum, trahitur extra civitatem ad litem agendam.
2. Civis Rhacusinus vocatus ad curiam ab alio Rhacusino, non possit illum trahere ad judicium alterius civitatis, sed lis Rhacusio (sic) compleatur.

Caput 26.

1. Unus ex pluribus hominibus iter arreptis, in una charta notariae obligatis, Rhacusium rediens pro omnibus respondeat et solvat, nec satisfacit, partem suam tantum solvendo.
2. Solvens pro alio creditore habeat eandem rationem contra debitorem, pro quo solvit, quam habebat ipse creditor.
3. Limita . . . . (lacuna).

Caput 27.

1. Usura vorax devorat civium substantiam.
2. Propter dictam consummationem Deus offenditur, proximus laeditur et bonus status reipublicae diminuitur.

3. Nemo foeneretur, et inobediens poena plectatur.

4. Consiliarii minoris consilii deferant ad judicium foeneratores, quos sciverint.

5. Limita supradicta non procedere contra chartas notariae, comprehendentes usuram de quinque in sex per annum, quae in eis firma remaneat.

Caput 28.

1. Comes et consiliarii, in kalendis uniuscujusque mensis, audiant rationes camerariorum de introitu et exitu.

2. Pecunia communis expendatur a camerariis.

3. Camerarii cum duobus consiliariis parvi consilii recipiant rationes a recipientibus et expendentibus pecunias communis.

4. Camerarius et consiliarius vocatus, negligens venire ad dictas rationes recipiendas, solvat etc.

5. Limita: nisi fuerit justo impedimento occupatus, a comite cognoscendo.

Caput 29.

1. Aetas legitima maris est annorum 14, feminae vero 12.

2. Nemo ante aetatem legitimam testamentum condere, vel de bonis suis disponere possit.

3. Amplia etiam in muliere ad domum viri sui traducta.

4. Bona mortui ante aetatem legitimam deveniant ad propinquiores.

5. Limita praedicta non procedere, ut testamenta et obligationes antecessorum, quorum dicta bona fuerunt, locum non habeant in eis.

Caput 30.

1. Debitoris non habentis bona ad solvendum, comes det personam creditori, illam volenti.

2. Creditore volente personam debitoris, comes detineat eam in castello usque ad satisfactionem.

3. Comes detineat in camera debitorem, qui exivit vel aufugit e castello.

4. Comes in carcerem mittat debitorem, qui e dicta camera aufugit, et detineat usque ad satisfactionem.

Caput 31.

1. Emptor rei stabilis solvat pretium ad terminum constitutum.

2. Emptor non solvens, ut supra, vendatur per homines a comite eligendos de ejus bonis, ut venditori ejus possit satisfieri.

3. Emptoris bona non sufficientia ad dicti pretii solutionem, persona ejus in castello detineatur, quousque satisfecerit.

4. Emptor praefatus, si fugerit de castello, mittatur in carcerem et detineatur, quousque satisfecerit.

Caput 32.

1. Viri saepe uxores ad debita contrahenda inducunt.

2. Mulier in potestate viri constituta non possit obligari, nisi in iperperis quinque.

3. Amplia hanc regulam procedere etiam: accedente consensu dicti viri sui.

4. Obligatio mulieris ultra quinque iperperos non officit ei, neque doti, neque bonis suis.

Caput 33 et 34.

Non summatur, quia breve.

Caput 35.

1. Capanna combusta ab incendiariis ignotis, damnum illius cum rebus in ea combustis, arboribus et vitibus circa eam existentibus, debet solvi per homines ruris dictae capannae.

2. Damnum dicti incendii existimandum est per homines a comite eligendos.

3. Limita regulam supra numero primo, ut damnum illud non debeat solvi ultra iperperos 5, quia ultra existimari non potest.

4. Denominantur nonnulla rura cum conclusione solutionis damni, ut supra numero primo.

5. Furtum factum in lignis capannarum, vinearum et pergularum, ubicunque in statu nostro, solvatur per homines ruris illius.

6. Limita supradictam regulam procedere, si fur non fuerit inventus, alias non.

Caput 36.

1. Accusatio criminis vel injuriae fienda est intra triduum, a die habitae notitiae.

2. Limita primo: nisi commissum fuerit extra Rhacusium, quo casu deferri potest intra octo dies, et postea non audiatur.

3. Limita secundo in comite et curia, qui ex officio, quandocunque et quotiescunque eis placuerit, possunt omnia crimina inquirere.

Caput 37.

1. Opere ex muro facto cum praejudicio alterius, gravatus intra octo dies habitae notitiae jus suum quaerat.

2. Octo diebus elapsis ulterius non audiatur.

Caput 38.

1. Invigilat statuens lites cito definiri.

2. Contumax primo solvat pro poena denarios duos.

3. Contumax secundo solvat pro poena denarios quatuor.

4. Limita supradicta non procedere in minori curia, in qua primo contumax solvat follaros 15, secundo denarium unum.

5. Contumax tertio, tam in majori quam minori curia, indistincte patiatur processum, juxta formam statutorum.

Caput 39—41.

Non summatur, quia breve.

Caput 42.

1. Hominis conjugati defuncti ab intestato, duo judices cum notario domum accedant, et omnia describant in libro penes thesaurarios existendo.

2. Inventae postea novae res praedicti defuncti semper in dicto libro addantur.

3. Uxor praefati defuncti juret coram dictis judicibus se patefacturam omnia bona dicti viri sui.

4. Tutores comes heredibus masculis dicti defuncti statuat.

5. Tutores jurent se fideliter tutelae inservituros, 6. Uxor etiam dicti defuncti sit tutrix filiis suis,	qui intromittant pecunias, custodiant, servent et augmentent.

7. Pupillus ad aetatem legitimam perventus administret dicta bona, cum tutoribus praefatis.

8. Tutores reddant rationem pupillo suo, ad aetatem 18 annorum pervento.

9. Limita hanc regulam procedere, si videbitur comiti et consilio dictos heredes esse idoneos ad illorum bona administranda; alioquin tutores in tutela perseverent, donec videbitur dicto comiti et consilio.

10. Amplia dictam regulam, videlicet tutores debere pupillo reddere rationem, ut supra, et etiam illam jurejurando affirmare.

11. Limita ampliationem istam non procedere, si heredes poterunt probare contrarium.

12. Heredes praefati puberes, capientes a tutoribus bona, idem teneantur facere ceteris puberibus et heredibus, cum ad dictam aetatem 18 annorum pervenerint.

13. Limita constituta supra de tutoribus non procedere, si tempore mortis dicti defuncti unus vel plures filii ejus essent dictae aetatis 18 annorum, et videretur comiti et consilio ei dicta bona assignanda fore cum supradictis modis, quia tunc tutores non eligantur; sed non reputati dicti heredes idonei, tutores eligantur.

14. Supradicta de heredibus masculis intelligenda.

15. Non relictis a defuncto heredibus masculis, sed feminis, tutores bona colligant et teneant, quousque dictae feminae nubant.

16. Tutores nullam scripturam publicam de bonis hereditariis conficere possunt, nisi in ea contineatur eos intervenire nomine et vice dictorum heredum

17. Heredibus praefatis decedentibus ante aetatem legitimam, vel infra aetatem, sed intestatis, bona illorum deveniant ad quos de jure venire debent per successionem. Dicto numero aetas legitima masculi est 14 annorum, feminae 12, in casu supradicto.

18. Tutores successoribus praefatorum heredum mortuorum, ut supra, tenentur reddere rationem et successor alter alteri, ut supra.

19. Bona hereditaria ante aetatem legitimam dictorum heredum a civitate Rhacusii non movenda.

20. Heredes praefati aetatis legitimae, cum illorum tutoribus, volentes dicta bona extra Rhacusium transmitti, consulant comitem et consilium, et mandatum illorum exequantur.

21. Tutore mortuo ante redditam rationem, successores ejus illam per sacramentum faciant et compleant, secundum eorum conscientiam.

22. Tutor tutelam recusare non possit, sine mulcta iperperorum 25.

23. Tutores citati pro pupillis respondeant de jure, et de bonis illorum satisfaciant, si erant a curia condemnati.

Caput 43.

1. Mulier possidens lectum viri possideat omnia bona stabilia ejus, pro vita sustinenda.

2. Mulier possidens bona viri sui, non possit illa ullo modo alienare vel obligare.

3. Bona viri non sufficientia dictam mulierem alere, convenienter addantur ei de mobilibus.

4. Muliere ab epitropis testamenti non concordata super dicta additione, comes et consilium addat etc.

5. Stabilibus vero tantum existentibus, adeo tenuibus, ut mulier ex eis vitam sustinere nequeat, vendat de eis, juxta mandatum comitis et consilii desuper obtinendum.

6. Mulier possidens etc. bene et fideliter vineas struat.

7. Quilibet possit testari bona sua et dimittere in manibus cujuscumque personae ad utilitatem heredum suorum, quos si non habuerit, possit dimittere ad voluntatem.

Caput 44.

1. Advocati de melioribus et utilioribus civitatis eligebantur.

2. Nemo det vel recipiat pro lite agenda vel consulenda ultra unum grossum.

3. Advocati tenentur personam contrafacientem d. comiti nunciare.

4. Volens alterius litem agere vel eum consulere, juret se non recepisse, nec recipere sperare ultra grossum pro tota causa. Eodem limita hoc non procedere in advocatis curiae, qui sunt excepti.

5. Litigator ibidem juret se non dedisse nec daturum esse ultra dictum grossum pro tota causa.

6. Inobediens huic statuto solvat communi iperperos 50 etc.

7. Limita in advocato, qui solvat iperperos 100 et nullum officium ulterius habere possit.

8. Accusator habeat medietatem poenae, et teneatur in credentia.

Caput 45.

1. Judex nihil a litigatore accipiat, et contrafaciens solvat iperperos 100, nec ulterius aliquod officium habere possit.

2. Accusator dicti delicti medietatem praefatae poenae habeat, et tenebitur occultus.

Caput 46.

1. Officiales custodiant pecunias et pertinentia ad commune, nec alic u mutuent vel ad eorum utilitatem convertant.

2. Rationes officio rationum, instante comite, juste et fideliter et pecunias camerariis intra triduum a mandato ei a comite facto tribuat.

3. Poena inobedientis etc.

4. Officialis praefatus negans habere pecunias communis, si habere convinceretur, puniatur furti, videlicet damnetur in quadruplum.

Caput 47.

1. Sal receptum et datum pro communi in libro ejus describatur.

2. Claves apothecarum salis stent in camera communis.

3. Dohanerii duo assistant receptioni salis etc.

4. Sal a scribano notandus, quot recipitur et a quo datur et cui.

5. Sale toto dato vel recepto, apothecae illius claves restituantur camerariis.

6. Salis expensae sali non solventur, sed a camerariis.

7. Dohanerii singulis mensibus, in praesentia comitis, faciant rationem salis dati et recepti.

8. Dohanerii, ut laborem sustinere possint, singulis diebus quibus stabunt, ut supra numero tertio, habeant singulos denarios pro quolibet, et pro quolibet ligno salis communi venditi duo modia a venditore.

Caput 48.

1. Orator vel aliter negotiator reipublicae, delinquens contra mandatum ejus omissione vel commissione et respublica ex hoc pateretur, perdat solarium (sic) et de damno passo reipublicae satisfaciat.

2. Contra dictum delinquentem advocatus communis de mandato comitis procedat in consilio rogatorum.

3. Limita in delicto commisso in pecunia, quo casu per dictum advocatum non proceditur.

4. Delato delicto dicti oratoris ad consilium rogatorum, consanguinei expellantur, et proponatur ac votetur, an deliquerit.

5. Firmato decreto in consilio rogatorum oratorem deliquisse, advocati communis contra ipsum procedant in consilio majori.

6. Delato delicto oratoris ad majus consilium expellatur ipse cum suis consanguineis, et proponatur poena, et quae capta fuerit, a comite exequatur.

Caput 49.

1. Venditores et emptores terrarum eas, intra annum a die venditionis, remetiri facere possunt.

2. In remensione dictarum terrarum, si aliquod inveniatur plus vel minus, parti gravatae a gravante satisfiat.

3. Intra annum a die venditionis proclamatae remetiri terras venditas non faciens, ulterius non audiatur.

4. Terrae in futurum metiantur pertica, non autem filo.

Caput 50.

1. Sclavi cum naviculis Rhacusinorum, advehentes Rhacusium merces et annonam molestare consueverunt.

2. Molestiae praefatae civitati Rhacusinae damnosae, et ab ea non ferendae.

3. Barca major trium remorum a Rhacusino nullo titulo Sclavo detur, sub poena etc.

Caput 51.

1. Sclavi navigantes damnificare solent.

2. Faber lignarius neque calofatus Rhacusinus operas suas nullo modo Sclavo locet, aliter damnetur.

Caput 52.

1. Archiepiscopus et capitulum ecclesiae Rhacusinae consentiunt huic capitulo.

2. Statutum disponens Rhacuseos afferentes fruges Rhacusium dare partem archiepiscopo, sacristae, ripariis et pitantario, est onerosum etc., ideo revocatur.

3. Ubi libertas esse debet. servitudo non est imponenda.

4. Riparius quilibet habeat iperperum unum, ultra solarium (sic) decem iperperorum.

5. Pitantarius habeat singulis annis iperpera quinque, ultra ejus solarium (sic).

Caput 53.

1. Vicarius non habeat mozaticum frumenti nec frugum a forensibus, et statutum id disponens in hac parte revocatur.

2. Vicarius habeat a communi annuum solarium (sic) iperperorum 40.

3. Forenses advehentes Rhacusium triticum vel segetes ad vendendum, de quibuslibet centum stariis solvant, ut Rhacusini, milliarenses 9.

4. Officiales fundici dictum vectigal exigere tenentur.

Caput 54.

1. Statutum vectigalis vini erat onerosum, gravabat enim et laicos et clericos et monasteria.

2. Archiepiscopus et canonici dictum vectigal solvere tenebantur.

3. Archiepiscopo et canonicis approbantibus fuit revocatum statutum . . . . (lacuna).

4. Statutum vectigalis vini revocatur.

Caput 55.

1. Nemo follaros falsos Rhacusinum statum advehat, et inobediens plectatur poena etc.

2. Nemo in dicto statu falsos follaros expendat, et inobediens plectatur poena etc.

3. Recipiens falsum follarum accuset dantem, et credatur ei per totam diem, qua datum sibi fuerit, et si de nocte, per diem sequentem.

4. Si tabernaria patrono vini falsos follaros attulerit, dominus tenetur statim eos consummare, et dicta tabernaria tenetur eidem domino bonos follaros assignare.

5. Consiliarii majoris consilii contrafacientes deferant, et etiam omnes officiales, et falsos grossos ubicunque viderint praecidant.

6. Follari enumerantur qui habentur pro falsis.

Caput 56.

1. Reddere unicuique secundum opera sua justum est.

2. Bona facientibus bona retribuantur, male mala.

*

3. Homini Sclavoniae servienti et faventi communi et particularibus personis Rhacusii, praemium detur.
4. Rhacusinam rempublicam vel cives ingratitudo ne capiat.
5. Sclavus offendens rempublicam vel cives Rhacusinos offendatur ita, ut ex eo nemo gloriam consequi possit.
6. Fiat liber meritorum, et in eo nomina personarum Sclavoniae servientium et faventium reipublicae et civibus Rhacusinis, factaque illorum notentur ibidem, et nomina et facta offendentium.
7. Liber meritorum et demeritorum maneat apud camerarios.

Caput 57.

1. Divino judicio nemo potest resistere.
2. Incendium civitatis et burgi Rhacusii anno 1296.
3. Via quatuor passibus lata a domibus communis, in quibus exercetur dohana, usque ad ecclesiam s. Nicolai de Campo.
4. Via quinque passibus lata fiat a parte interioris circuitus civitatis.
5. Via trium passuum latitudinis fiat in costeria burgi, circa ecclesiam s. Nicolai, per solum communis erga ponentem usque ad murum civitatis.
6. In burgo aedificentur domus per viam communis, ab oriente in occidentem, latitudinis trium passuum et longitudinis ejusdem . . . . (lacuna punctis notata).
7. Viae inter dictas domos construantur palmorum 10 usque ad murum civitatis ex parte Bergatti et ex parte Pillarum.
8. Nemo sollarium, scalas vel aliud opus in dicta via aedificare possit.
9. Via ex altera parte burgi, lata palmos 10, fiat per solum communis a domibus Volcassiorum ab oriente ad viam transeuntem inter domum Trifonis Georgii et solum archiepiscopatus.
10. Viae praefatae solum est communis, excepto etc.
11. Habentes praedia, unde praefata via oritur, solvant singulis annis, quod a comite et consilio est demandatum, ut patet in libro affictuum communis etc.
12. Modus aedificandi domos supra dictam viam.
13. Solum monasterii s. Mariae de Melita.
14. Solum nobilium de Gundula.
15. Modus aedificandi domos in aliis locis.
16. Viae plures et omnes permaneant, nec occupentur scalis, testudinis (sic) vel sollariis.
17. Cloaca in dictis domibus burgi sub terra fienda.
18. Patroni solorum pro dictis viis captorum invicem satisfiant, et ita non concordantibus comes et consilium eligat tres viros, qui arbitrio suo determinent.
19. Revocatio statutorum huic contrariorum.
20. Sponsae transeuntes ad domum viri non audeant . . . . . (lacuna punctis notata).

Caput 58.

1. Consuetudo exstitit inter omnes reges et homines Sclavoniae ac regni totius ac omnes ejus comites, et homines Rhacusii, quod si civis Rhacusinus occideret Sclavum vel Sclavus Rhacusinum, solvat pro poena, *vrasda* nuncupata, iperperos 500.

2. Belletus Faletrus, comes Rhacusii, in casu homicidii dictam consuetudinem servare noluit, asserens se ex juramento praestito teneri homicidium jurare (sic pro judicare) juxta cap. primum libri 4. statuti, et dux Venetiarum super hoc consultus ita jussit pro tunc judicare.

3. Andreas Daurus, successor Belleti, misit oratores Venetias ad obtinendum consensum consuetudinem vrasdae Rhacusio servari.

4. Dux mandat Rhacusinis, ut coram rege Rassiae implorarent, et si quis illius subditus occideret virum Rhacusinum et ipse occidatur, cui ipso annuente vel non, sed vrasdae consuetudinem servare nolente (var. volente) idem jus et ipsi dicant.

5. Oratores mittuntur Rassiam pro dicta re, et regi preces exponunt.

6. Rex dictis precibus non assentitur.

7. Privilegia regis Rassiae super consuetudine vrasdae.

8. Rhacusini mandata ducis Venetiarum servantes, consuetudinem poenae vrasdae esse servandam.

Caput 59.

1. Ducis Venetiarum titulus.

2. Ursatius Budaza, Marinus Darsa, Nicola Gundula, oratores Rhacusii ad ducem Venetiarum.

3. Dux enarrat sibi per dictos oratores fuisse exposita contenta in cap. primo, lib. 6° statuti et consuetudinem vrasdae pro parte regis Uroscii servatam.

3. Dux ennarat sibi ab oratoribus supplicatum fuisse, ut eis de speciali gratia concedat ipsos etiam eadem consuetudine uti posse erga Sclavos.

4. Dux ex sua et minoris et majoris consilii sui auctoritate mandat Rhacuseis rogare regem Rassiae, ut sicarium civis Rhacusini interficere faciat.

5. Lex Dei et totius mundi praecipit homicidam mori debere.

6. Dux disponit, quod si rex dictis supplicationibus annueret, ipsi quoque Rhacusini idem jus super Sclavorum homicidis facerent, sin minus, ipsi etiam consuetudinem vrasdae contra illos servent.

7. Derogatio statuti lib. 6°, cap. primo, contra Sclavos.

Caput 60.

1. Incuria hominum circa ignem posset civitati maximum praejudicium afferre.

2. Incensa aliqua domo, omnes homines currant ad ignem extinguendum.

3. Limita in mulieribus, quae non exeant tunc e domibus suis, nec ad locum incendii vadant, aliter damnentur etc.

4. Amplia dictam limitationem etiam in mulieribus nuptis et viduis etc.

5. Sublimita dictam limitationem non procedere in bajulis et aliis famulis, quae tenentur, alioquin plectentur poena etc.

6. Calceolarii . . . . (lacuna punctis notata).

7. Domus diruta apud domum incensam, ne ignis ulterius protendatur, solvatur a communi juxta extimationem trium virorum, a comite et consilio eligendorum.

Caput 61.

1. Dohanae habitationum tertia pars pro pecunia cudenda tribuatur.
2. Comes hoc statutum non infringat, nec possit, nec in aliquo consilio ad revocandum proponat.
3. Nemo potest proponere vel defendere in consilio revocandi vel mutandi praesens statutum, et inobediens damnetur etc.

Caput 62.

1. Dalmatae superiores Rhacusii debita contrahentes respondeant coram comite Rhacusii, si Rhacusio (sic) citati erunt, et sententiae dicti comitis obtemperent.

Caput 63.

1. Nemo in provincia Rhacusina sal onerare vel exonerare possit vendendi causa alibi, quam Rhacusium portandi.
2. Amplia dictam regulam ita, ut nec ex uno ligno exonerari possit onerandi causa aliud lignum.

Caput 64.

1. Navigia aliquem ad locum euntia, a comite et consilio in conservam sub ordinem capitanei posita ita regantur, ut damnum eis a piratis illatum emendetur per omnes res et merces dictorum navigiorum et per ipsa navigia, existimanda tertium minus justo valore.

Caput 65.

1. Sal factum in provincia Rhacusina a quocunque conducatur Rhacusium, communi tantum vendendum, et non aliis.
2. Sal factum in provincia Rhacusina communi non venditum, potest vendi in locis non prohibitis, ut num. 4.
3. Salis Rhacusio onerati, communi non venditi, claves camerarii detineant.
4. Vide supra num. 2.
5. Contraveniens huic statuto puniatur etc.

Caput 66.

1. Publicanus vel fondecarius extra provinciam Rhacusii per 15 dies continuos moram trahens, perdat officium.

Caput 67.

1. Ratio rei stabilis venditori intra terminum a jure vel inter partes statutum non soluta, vendatur ipsa res et aliae emptoris, et ipse interim in castello detineatur, non obstante aliquo statuto.

Caput 68.

1. Venditor rem stabilem vendendam nunciet vicino ejus, et nunciatio scribatur etc.

Caput 69.

1. Debitor in castello a creditore detentus ab alio creditore, etiam anteriori, liberari minime potest.

2. Creditores solvantur de bonis debitoris juxta illorum anterioritatem.
3. Limita supradicta per statutum praesentis viagii, quod sit salvum.

Caput 70.

1. Comes et consilium de pecunia communis expendere possunt, praesentando virum illustrem usque ad iperperos decem.

Caput 71.

1. Judex in causa per ipsum vel contra ipsum mota nec consulat nec judicet.
2. In dicta causa utraque pars potest recusare unum judicem.
3. In ceteris factis antiqua consuetudo remaneat.

Caput 72.

1. Absentes possunt praesentari rei stabili venditae intra biennium a praeconizatione ad consequendum jus suum, tam crediti quam redemptionis. jure propinquitatis, postea vero non.

Caput 73.

1. Civis Rhacusinus non pastinet nec pastinare faciat terras juxta confines Sclavorum, pro pace cum eis conservanda.
2. Limita: nisi de licentia comitis et minoris consilii, a quo est imploranda.
3. Volens pastinare dictas terras nunciet comiti et consilio, et quas et quantas, cum juribus suis.
4. Comes pastinare volenti assignet tres consiliarios, qui videant loca ejus expensis, et referant.
5. Comes et consilium audita relatione procedant eorum arbitrio, et ita fiat.
6. Contrafacientes huic statuto puniantur, ad quos inquirendos comes singulis annis mittat tres consiliarios.
7. Officialis super pastinis non eligatur.

Caput 74.

1. Praesentatus venditioni non discedat a Rhacusio, non dimisso procuratore, intra tres menses a die praeconizationis, aliter elapsis eis praesentatio sit cassa et vana.

Caput 75.

1. Statutum cap. 16, lib 6, est onerosum.
2. Ubi debet esse libertas, servitus non imponatur.
3. Statutum supradictum cassum.
4. Quilibet possit exonerare et tenere salem Rhacusii, denunciando id prius salinariis, sub poena etc.
5. Salinarii super navigio salis ponant hominem fidelem, expensis domini salis, qui notet dominum salis, quantitatem et locum.
6. Dominus salis, eo exonerato, det claves illius dictis salinariis.

7. Dominus salis potest salem extrahere, vendere et navigare quocunque voluerit ultra confinia Rhacusii, nunciando hoc prius comiti et consilio.

8. Comes de quolibet navigio salis exonerato, ut supra, excedenti modia quingenta, habeat tria.

9. Commune dicto sale indigens, illum accipiat aequali parte a dominis, inspecta quantitate, hoc est pro rata.

10. Commune capiat dictum salem precio iperperorum 12 pro 100 modiis.

11. Statutum praefatum in ceteris sit firmum.

Caput 76.

1. Eligantur singulis annis tres nobiles officiales, qui inquirant pondera non justa et non signata, brachia et mensuras injustas, et male ponderantes et metientes et vendentes cariori pretio, quam debent etc.

2. Officiales praefati, justiciarii nuncupati, de condemnationibus praefatarum fraudum habeant medietatem.

Caput 77.

1. Unusquisque volens vendere vel emere merces pondere, pondera sua quolibet anno ex ponderibus communis justa reddere, eaque signo s. Blasii signari curet.

2. Merces pondere justo et signato vendantur, aliter etc.

3. Nemo teneat pondus non signatum, sub poena etc.

4. Habens pondus non justum damnetur, etiam si sit signatum.

5. Aurum, argentum et perlae subtili, aliter leviori pondere ponderentur.

6. Cera, saevum, ciaforanum et omnia aromata graviori pondere ponderentur.

7. Aromatarius vendens ceram vel aliqua aromata, pondus leve seu subtile in apotheca sua sine poena non teneat etc.

8. Justiciarii, saltem semel in mense, per civitatem committentes contra praedicta inquirant et damnent.

9. Candelae cerae vel saevi sine exenio cotoni neque fieri neque vendi sine poena possint.

10. Pondus levius duobus signis s. Blasii, gravius uno signetur.

Caput 78.

1. Navigium quodlibet portatae milliariorum 20 et supra debet habere arma, quantitatis et qualitatis in statuto expressa.

2. Nauta quilibet dictorum navigiorum debet habere scutum, ensem et galeam.

3. Eligantur duo viri, qui perquirant navigia, antequam e portu navigii exeant, an sint armata, ut supra.

4. Idem in redditu illorum faciant.

5. Nullum navigium e Rhacusino portu discedat ante dictam inquisitionem.

6. Dicti duo officiales habeant, ut in textu.

Caput 79.

1. Dominus et nautae navigii a 20 milliariis infra habeant pro quolibet: scutum, ensem et galeam etc.

2. Dominus praefatus teneatur etiam portare alia arma, in statuto expressa etc.

3. Dominus praefatus a portu Rhacusii non nisi ab officialibus de praemissis inquisitus discedere possit.

Caput 80.

1. Nemo vinum forense Rhacusium vel ejus provinciam advehere possit.

2. Limita in comitibus, quibus praesens statutum non detrahit de immunitate antiquis statutis concessa.

3. Vinum Punctae Rhacusium non deferendum, etiam pro usu familiae suae.

Caput 81.

1. Nemo possit coram comite et consilio conqueri se justam partem supra Punctam Stagni non habuisse.

Caput 82.

1. Civis Rhacusinus mittens caseum a Cattaro usque Jadram, solvat communi pro vectigali iperperum unum pro quibuslibet mille libris.

2. Limita in conducente Rhacusium.

Caput 83.

Non summatur, quia breve.

Caput 84.

1. Moneta Rhacusina a nemine cudenda;

2. Amplia: etiamsi esset justa, sicut moneta reipublicae; contrafaciens damnetur poena iperperorum centum.

3. Cudens monetam Rhacusinam ex falso argento comburatur.

4. Acceptanti dictam monetam abscindatur manus dextera.

5. . . . . . . (Lacuna punctis notata in codicibus).

6. Quilibet Rhacusinus tenetur accusare illos, a quibus habuit monetam falsam, et nolens, teneatur sub vinculo juramenti rumpere grossos falsos ad suas manus perventos.

Caput 85.

1. Oratoris, rectoris vel cujuscunque officialis solarium (sic), pro aliquo debito vel alia ex causa nullatenus sequestrari potest.

Caput 86.

Non summatur, quia breve.

Caput 87.

1. Accusatus sive inquisitus de crimine et non inventus criminosus, nullum judicium solvat.

Caput 88.

Summarium est in titulo.

Caput 89.

Non summatur, quia breve.

Caput 90.

1. Instrumenta debiti seu potestatis vel donationis sint firma 30 annis, postea sint nulla.

2. Limita: istam nullitatem non procedere, si intra dictum tempus fuerit registrata in quaterno communis.

3. Instrumenta etiam, ut prope registrata, singulis 30 annis iterum registrentur, alias nihil valerent.

4. Provisio facta pro instrumentis, quae tempore facti statuti erant antiqua a 30 annis.

5. Instrumentum praesentans, ut registretur, non tenetur illud juramento affirmare. Adverte: hic textus dicit contrarium, propter duas negativas, quae vim affirmativae habent. Tamen credo erratum esse in prima negativa dictionis *nolentes*, positae loco *volentes;* errorem elicio ex exceptione illa in textu apposita, videlicet: *nisi debitor* etc., cum regulariter exceptio firmet regulam in contrarium. Et ita codicem reip. factum emendandum esse de jure existimavi.

6. Limita: nisi debitor, de cujus praejudicio agitur, vellet, ut juraret.

7. Supradicta intelligantur de instrumentis numero primo expressis, nec extendantur ad instrumenta dotium, possessionum seu alterius cujuscunque naturae, dicto numero non expressae.

Caput 91.

1. Obligatus per scripturam publicam possit citari ad domum, aliter non.

2. Limita dictam regulam, quatenus prius per judices cognitum fuerit per legitimas probationes, citandum esse in civitate vel districtu Rhacusii occultum, ne citetur, aliter citari ad domum non potest.

3. In citationibus termini et ordines retroacti servandi.

4. Constituta praecedentis et praesentis statuti sint firma, ad beneplacitum civitatis.

Caput 92.

1. Existens vel existere potens de majori consilio macellum non exerceat, nec pecunias carnium assistens recipiat etc.

2. Contrafaciens constitutioni praesentis statuti deleatur perpetuo ex majori consilio, nullum officium vel beneficium habiturus.

Caput 93.

1. Famula faciens de re domini praeter consensum vel mandatum ejus, furti teneatur et damnetur.

Caput 94.

1. Statutum libri 4, cap. 17, est contra leges, bonos mores, liberum arbitrium ac contra honorem patris

2. Pater moriens possit disponere de omnibus bonis suis, sicut ei placuerit, non obstante statuto aliquo.

3. Limita dictam regulam non procedere in decima parte tangenti cuilibet filio ejus de eo, quod juxta dictum statutum lib. 4, cap. 17, ad partem illius pertinebat, quam decimam pro reverentia matrimonii pater teneatur dimittere ei.

4. Relictum a patre uni filio firmum sit, nec ab alio peti potest.

5. Statuto ususfructus mulierum in bonis viri per hoc non derogatur, sed confirmatur, ut num. 8°.

6. Quilibet habens partem in Stagno vel Puncta, in testamento de ea disponere possit, cum suis oneribus.

7. Amplia etiam, quod haberet filios.

8. Vir contra possedium uxoris suae testari non potest, ut supra numero 5°.

Caput 95.

1. Mulier non habens filios, usque ad medietatem dotis suae, pro voluntate ejus testari potest.

2. Altera medietas deveniat ad patrem, qui si mortuus fuerit, deveniat ad matrem ejus.

3. Limita secundam partem proximae regulae successionis matris, ad quam deveniat, si dos exivit de bonis ejus.

4. Medietas praefata, non existentibus patre neque matre, cum dicta limitatione dividatur aequaliter inter fratres illius.

5. Deficientibus etiam fratribus, dicta medietas pertineat ad sorores innuptas.

6. Sororibus innuptis etiam non extantibus, sit nepotum ex fratre. Et nota, nepotes ex fratre excludi a sororibus innuptis.

7. Deficientibus omnibus supra expressis, mulier testetur et disponat de tota dote sua arbitrio ejus.

8. Abrogatio statuti huic statuto contrarii.

Caput 96.

1. Regulis mendicantium possessio stabilis non relinquatur.

2. Regulis praefatis possessio stabilis si relinquatur, a comite et consilio ac tribus procuratoribus a dicto consilio eligendis intra biennium a legato facto vendatur, et pretium dictae regulae tribuatur a dictis procuratoribus approbandis.

3. Pecunia penes dictos procuratores remanens, ultra solutas pro rebus necessariis fratrum et ecclesiae dictae regulae, distribuatur inter pauperes Christi, vel in dotes mulierum orphanarum et pauperculárum, vel in alia opera magis pia arbitrio illorum erogetur.

4. Procuratores praefati invigilent sine mora distribuere omnes pecunias praefati pretii, ut dictum est.

Caput 97.

1. Titulus ducis Venetiarum.

2. Duo procuratores s. Marci venerunt Rhacusium ad providendum conservationi ejus.

3. Rhacusini contristati cum Venetis perditione Jadrae.
4. Rhacusinorum oblatio contra Jadram.
5. Benevolentia Venetorum erga Rhacusinos.
6. Apparatus classis Venetae pro defensione Dalmatiae.
7. Navigandi facultas cum navibus Venetis exteris erat interdicta.
8. Rhacusini civitate Veneta donantur.
9. Incola Rhacusii alienigenus, qui 25 annis non perhabitavit Rhacusii cum oneribus ejus, non gaudeat dicto privilegio.
10. Civitas Rhacusina et omnes cives membrum et pars Venetiarum.
11. Mandatum Venetorum praefecto classis, ut Rhacusium duobus triremibus pro illius tranquillitate visitet.

Caput 98.

1. Civis Rhacusinus ullam gratiam, officium vel regimen alicujus oppidi vel comitatus vel insulae etc., in Rhacusio vel extra, ab aliquo petere vel recipere non possit, sine damnatione vitae suae et confiscatione omnium bonorum suorum. Eodem: Amplia, id nedum per se non possit petere, sed nec per aliam personam.
2. Limita dictam regulam non procedere in officiis dandis per majus et minus consilium, secundum antiquam consuetudinem.
3. Nemo potest literas aliquas favorabiles contra hoc statutum implorare, sine dicta poena.

II. Indices.

a) Tabula rerum omnium quae in sequenti statutorum indice continentur.[1]

[1] In quibusdam codicibus singulis verbis appositae sunt paginae ejusdem codicis; alii codices sola verba exhibent, sine paginarum indicatione.

Finis.

b) Index voluminis statutorum.

2. Eradicator praedictus, succumbens in lite praedictae praetensionis, solvat expensas dictae vineae, et plantationis illius. Lib. 5, cap. 34. num. 1.
3. Praetendens jus in dicto agro, et illum eradicare nolens, possit petere jus suum in judicio intra terminum in textu expressum; postea vero non audiatur. Lib. 5, cap. 34. num. 2, 3.
4. Limitationem et ampliationem dictae regulae vide in verbo: *Praescriptio ex pastinatione*. Cetera ad vineas pertinentia vide in verbo *Vinea*.

AGER AQUAE currenti ex monte cursum concedat ad agrum vicinum. Lib. 5, cap. 33. num. 1.
2. Primo limita dictam regulam non habere locum, si dictus ager haberet alveum torrentis vel carbonarium, in quibus aquam recipere posset. Lib. 5, cap. 33. num. 2.
3. Secundo limita non habere locum, si dicta aqua haberet cursum antiquum, per quem dimittatur. Lib. 5, cap. 33 in fine.

AGRI ARBOR incisus, quomodo solvendus, vide in verbo *Arborem incidens*.
2. Rami arboris pendentes supra agrum alienum, possint incidi a domino dicti agri. Lib. 5, cap. 26.
3. Amplia, ut etiam possint a praedicto domino colligi fructus illarum. Lib. 5, cap. 26.

AGRI PRAESCRIPTIO vide in verbo *Praescriptio ex murali novo opere*, et in verbo *Praescriptio ex pastinatione*, et in verbo *Praescriptio ex remensuratione*.

AGRI PAUPERIES vide in verbo *Animalia damnum*.

AGRI FURTUM vide in verbo *Fur*.

AGRI MENSURA vide in verbo *Venditio*, versiculo 15. cum seq.

AMITA possit castigare nepotes et neptes. Lib. 4, cap. 73.

ANCILLA vide in verbo *Famula*.

ANCILLA BABIZA vide lib. 6, cap. 51, quae non summavi, quia recesserunt ab aula

ANIMALIA DAMNUM facientia in terris vel vineis insularum vel aliorum locorum capi possint a domino agri, et si non caperentur, solvatur ab illorum domino damnum probatum et poena in textu expressa. Lib. 8, cap. 23. num. 1. Nota: tempore constitutionis dicti capituli, respublica ultra Astaream et insulas nihil habebat.
2. Si dominus dictorum animalium ignoratur, solvant operarii et casale proximius. Lib. 8, cap. 23. num. 3 et cap. 24. num. 1 et 2.
3. Limita dictam regulam procedere, si homines dicti casalis non deferrent dominum dictorum animalium. Lib. 8, cap. 24. num. 1.
4. Declarantur nonnulla loca, continentia casalia. Lib. 8, cap. 24. num. 2.
5. Damna praedicta existimentur ab hominibus a curia eligendis. Lib. 8, cap. 23. num. 4 et lib. 8. cap. 24. num. 1.

APOCA intimetur debitori. Vide in verbo *Creditor*.

APOTHECARIUS, etiam in patria potestate constitutus, citatus in judicio sine patre respondeat. Lib. 3, cap. 8. num. 4.

APTAGI vide apostillam ad librum 3, ad cap. 46.

AQUA currat per antiquum ejus cursum. Lib. 5, cap. 33. num. 4.

2. Limita dictam regulam non habere locum in aqua molendinorum, de qua vide in verbo Molendinorum.
3. Aquae fluenti in agrum alicujus, vide in verbo Ager aquae.

ARBITRI eligantur etc. Vide in verbo Praxis judiciaria, titulo Declinatio fori cum sequentibus.
2. Quomodo procedant, vide in dicto verbo Praxis etc., titulo Arbitrorum electio et titulo Arbitrorum judicium.

ARBOREM incidens puniatur poena iperperorum 12, inter fiscum et dominum arboris pro medietate dividenda. Lib. 6, cap. 11. num. 1.
2. Et si delinquens ignoraretur, quid juris, vide lib. 8, cap. 24. num. 3.
3. Primo limita dictam poenam non habere locum in ramis incisis a domino agri vicini, supra quem extendebantur, a quo et ipsi incidi et illorum fructus colligi possint. Lib. 5, cap. 26.
4. Secundo limita dictam medietatem non pertinere ad dictum dominum, qui conquaestus non fuerit, sed ad fiscum. Lib. 6, cap. 11. num. 3.

ARBURACIUM comiti solvatur a navibus, a quibus et unde venientibus et quantum, vide in verbo Naves, versiculo 9. cum sequentibus et in verbo Comes regalia, versiculo 6.

ARCHIEPISCOPUS in die Paschatis decantato evangelio cum diacono et subdiacono deosculetur illud et habeat thus et pacem ab eis, et postea comes Lib. 1, cap. 2. num. 10.
2. A navibus segetes vel sal exonerantibus habeat partem in textu expressam. Lib. 1, cap. 17.
3. Revocatur dictum statutum, cum consensu archiepiscopi et canonicorum. Lib. 8. cap. 52. num. 3 et lib. 8, cap. 54. num. 2.
4. Habeat a piscatoribus, ut dicitur de comite in verbo Comes regalia, vers. 5, et vide lib. 1, cap. 18.
5. In Umbla die Jovis hebdomadae sanctae possit prohibere, ne piscaretur, ut ipse piscari possit. Lib. 1, cap. 18.
6. Limita dictam regulam non procedere, si dicta die esset festum s. Benedicti, quo casu cum abbate s. Benedicti communibus expensis ad medietatem piscari possit. Ibidem.
7. Judicet incolas villarum suarum, quaestionem civilem vel criminalem invicem habentes, citra sanguinem. Lib 1, cap. 20.
8. Propinquus testatoris possit adire archiepiscopum conquaerens de mala executione voluntatis illius, et quid ab eo fiendum, vide in verbo Epitropus, vers. 5.
9. Praedia archiepiscopi advehentis Rhacusium vel Astaream vinum e Stagno vel Puncta nemo Rhacuseus colat, nec aliter ei inserviat, sub poena in textu expressa, sine spe veniae. Lib. 6, cap. 65. num. 1, 2, 4, 6.
10. Archiepiscopus agens in curia reipublicae, si vicerit, aptagos non solvat, si succubuerit. judicium non solvat, ad honorem Dei et sanctae ecclesiae. Lib. 1. cap. 19.
11. Archiepiscopi et canonicorum consensus petitus, quando in damnum illorum statutum fuit. Lib. 8, cap. 52. num. 1.

ARGENTUM vide in verbo Auri, vers. 2. cum sequentibus.

AROMATA quomodo ponderanda, vide in verbo Pondus, vers. 6.

ARMA per urbem deferens puniatur, ut in lib. 6, cap. 24.
2. Et quid de homine externo deferente ea. Lib. 6, cap. 25.

14. Amplia etiam, si iteratam peteret, quo casu leviori poena in textu expressa mulctetur. Lib. 3, cap. 59. num. 2.
15. Limita ampliationem non procedere in creditore non principali. Lib. 3, cap. 59. num. finali.
16. Sublimita limitationem non habere locum, si noluerit jurare super scientia sua solutionis, vel fateretur eam fuisse factam, quibus casibus sit locus regulae. Lib. 3, cap. 59. num. finali.
17. Exigens extra urbem pecunias creditas a debitore non praejudicat juribus ceterorum creditorum ejusdem debitoris. Lib. 3, cap. ultimo, num. 3.
18. Amplia: etiam, si eas exegisset calore judicii. Ibidem.
19. Possit pecunias creditas exigere etiam ex pecuniis dotis uxoris debitoris. Lib. 4, cap. 1. num. 2.
20. Limita, ut in verbo Dos in re mobili, vers. 4, ubi plura.
21. In testamento instrumentum crediti sui delere possit. Lib. 5, cap. 39.
22. Qui fuit praesens venditioni bonorum sibi obligatorum, et in instrumento ejus adhibitus est in testem, nihil ab emptore super eis petat. Lib. 5, cap. 40. num. 1.
23. Limita dictam regulam non habere locum in consulibus, appositis in dictis instrumentis. Ibidem num. 2.
24. Non possit exigere pecunias super pretio rei venditae a debitore pro dotanda filia vel sorore, sed contra alia ejus bona procedat, et quae deficiant, ex dicto pretio habeat. Lib. 5, cap. 38.
25. Creditor, si de credito mercium ad diem venditarum non curabit intra octo dies fieri instrumentum, plectatur poena in textu expressa. Lib. 8, cap. 22.

CRIMINALIA vide in verbo Criminosus, et in verbo Homicida, et in verbo Accusationes, et in verbo Percutiens, et in verbo Fur, et in verbo Poenae, et in verbo Stuprum, cum similibus.
2. In causis criminalibus judices non declinantur. Lib. 3, cap. 2. num. 5.
3. In his causis victor judicium solvat. Lib. 3, cap. 38. num. 2.
4. Abrogatur, ut non inventus culpabilis et sic victor nullum judicium solvat. Lib. 8, cap. 87.
5. In bonis ob crimen condemnati, creditor anterior potiora jura condemnatione habet. Lib. 3, cap. 43.
6. Testis unicus in criminalibus valeat. Lib. 3, cap. 33. num. 1, 3.

CRIMINOSUS et poenae illius videantur in verbo Vulnerans, et in verbo Percutiens, et in verbo Fur, et in verbo Stuprum et in verbo Arborem.
2. Verbum hoc Criminosus hic praeter ordinem posui[1], ideo cetera omitto, quae infra suo loco invenies.

CRIMINOSUS et poenae ejus videantur in verbo Vulnerans et cetera expressa in verbo praecedenti.
2. Impubes puniatur arbitrio curiae, habita ratione aetatis. Lib. 6, cap. 19.
3. Poenae criminosi exigantur etiam super pecuniis dotis uxoris illius. Lib. 4, cap. 1. num. 2.
4. Limita, ut in verbo Dos in re mobili, vers. 4.
5. Gratiae, commutationes aut diminutiones dictarum poenarum quomodo fiant, vide in verbo Gratia.

[1] In originali CRIMINOSUS prima vice positum post v. Calceolarii.

8. Locator expellens conductorem e domo, pensionem sibi debitam perdat. Ibidem num. 4.
9. Limita: nisi dictus locator illam vendiderit, quo casu conductor solvat pensionem pro rata temporis, quo illam inhabitavit. Ibidem num. 3.
10. Secundo limita: nisi dictus locator illam in dotem tradiderit etc., ut versiculo sequenti.
11. Domus locata vel in pignus data, possit a domino vendi et in dotem dari, et conductor solvat pensionem, ut supra, vers. 9. Lib. 5, cap. 31. num. 1, 3.
12. Dominus domus venditae solvat conductori omnia, opera ab eo in dicta domo facta. Ibidem num. 5.
13. Limita dictam regulam non procedere, dummodo dicta opera sint facta a conductore cum consensu dicti domini, alioquin dictus dominus solvere ea minime teneatur. Ibidem.
14. Conductor possit extrahere a dicta domo opera, ab eo sine consensu locatoris facta, et secum portare. Ibidem num. 6.
15. Conductori non exigenti pensionem domus vel praedii quolibet anno non adhibeatur fides, nisi pro pensione unius anni proxime praeteriti. Lib. 8, cap. 88.
16. Amplia etiam: si de dicta pensione haberet instrumentum locationis ad terminum sive in perpetuum. Ibidem.
17. Conductor, etiam laicus, non perdit jus suum ob non praesentationem jurium suorum statuto tempore venditioni rei solventi sibi pensionem. Vide in verbo Venditio rei obligatae, vers. 14.

DOMUS AFFICTUS vide in verbo praecedenti.

DOMUS VENDITIO vide in verbo Venditio.

DOMUM ALIENAM intrans et dominum verberans, vide in verbo Percussor.
2. Et quomodo puniendus ingressus ad famulam, vide in verbo Famulae.
3. Domus paleareae in urbe non fiendae. Lib. 6, cap. 57.

DOS a patre detur mulieri, quae sic dotata in ceteris ejus bonis nullum jus habeat. Lib. 4, cap. 47. num. 1, 2.
2. Amplia dictam regulam, ut, deficientibus bonis paternis, fratres teneantur dotare etiam ex acquisitis ab eis. Lib. 4, cap. 27, num. 2, 3, 4.
3. Dos filii possit a patre capi et quomodo, et pater non capiens illam possit e domo filium expellere, nec teneatur pro dote illius. Vide in verbo Pater conjungere, vers. 1. etc.
4. Dos in omni casu sit salva. Lib. 4, cap. 1. num. 4.
5. Antiquitus sine obligatione viri dabatur et mulieri, quae virgo ei viro nupserat, adhibebatur fides, viro illam negante. Lib. 4, cap. 4. num. 1, 2.
6. Aboletur dicta consuetudo adhibitionis fidei. Lib. 4, cap. 4. num. 3, 4.
7. Dos non nisi per publicum instrumentum probari possit, fiendum a viro uxori, vel ei qui illi dotem assignavit. Lib. 4, cap. 1. num 1. et cap. 4. num. 4.
8. Instrumentum praedictum, intra triginta annos in libro non exemplatum, non evanescit. Lib. 4, cap. 1. num. 4.
9. Instrumentum praedictum praeferatur instrumentis posterioribus debiti viri, non autem anterioribus. Lib. 4, cap. 1. num. 15, 16.

4. Opus a viro in dicta re stabili. factum sine testibus vel publico instrumento, viro mortuo sit uxoris. Lib. 4, cap. 35.
5. Limita dictam regulam non procedere, si vir habens filios impuberes ex prima uxore, fecisset dictum opus in re secundae uxoris, etiam sine testibus et instrumento, quo casu nihil praejudicet partibus. Lib. 4, cap. 26.
6. Amplia dictam limitationem procedere etiam, si vir ex dicta prima uxore feminam tantum suscepisset, cui innuptae non praejudicet. Ibidem num. 2.
7. Filii possunt prohibere patri, ne expendat bona stabilia, cum secunda uxore capta. Lib. 4, cap. 37. num. 1.
8. Amplia dictam regulam habere locum etiam in filiabus primae uxoris, non habentibus fratres. Ibidem num. 2.
9. Limita regulam et ampliationem non procedere, si dicta secunda uxor vellet se obligare privignis, salvum eis fore jus illorum super expensis ab illorum patre fiendis in dicta re stabili. Ibidem num. 3.

DOS BINUBAE MULIERIS pertineat ad filios, cum posteriori viro procreatos. Lib. 4, cap. 28. num. 2, et cap. 42, sed loquitur, quando mulier habet filios cum ultimo tantum.
2. Limita dictam regulam non procedere in bonis ab ea, in contractu secundi matrimonii, retentis ex dote data primo viro, quae sunt illius et ejus filiorum. Lib. 4, cap. 43.
3. Bona dictae mulieris existentia extra dotem, dividantur pro virili inter omnes filios omnium ejus maritorum. Lib. 4, cap. 38. num. finali et cap. 41. num. 3.
4. In divisione supradicta feminae excludantur. Ibidem.
5. Limita praedicta non procedere in quarta parte bonorum dictae mulieris, quam ipsa possit legare pro anima sua. Ibidem num. 2.
6. Vir binubae, ex qua filios non suscepit, post mortem ejus possideat bona illius triginta dies dumtaxat, et postea perveniant ad heredes ejus cum priori viro habitos. Lib. 4, cap. 39. num. 1, 2.
7. Limita dictam regulam non habere locum, si dicta mulier cum primo viro filios non habuerit, quo casu ipse vir possit post mortem dictae uxoris dicta bona possidere. Lib. 4, cap. 40. num. 1.
8. Sublimita dictam limitationem in quarta parte etc. Lib. 4, cap. 39. num. 3 et cap. 4. num. 2.

DOS IN FRATERNAM SOCIETATEM posita quod sit, asserenti incumbit onus probandi. Lib. 4, cap. 52. num. 6.
2. Cetera vide in verbo F r a t r e s d o t e s et in verbo F i l i u s, vers. 16.

DOS SOLUTO MATRIMONIO per mortem mulieris, restituatur a viro, nec antea possit secundas nuptias contrahere. Lib. 4, cap. 24.
2. Viro moriente, non restituta dote ante secundas nuptias, filii dictae mulieris prius dotem matris illorum ex patrimonio capiant, postea alterius uxoris, quibus si quid deficeret, imputent fortunae illorum. Lib. 4, cap. 28.
3. Limita dictam regulam non habere locum, si dictus vir nupsisset filiam cum prima uxore susceptam, quo casu dos ei data computetur in dotem matris ejus. Lib. 4, cap. 29. num. 1.
4. Sublimita, quod si dos data dictae filiae excederet quantitatem dotis

7. Extra domum patris quidquid acquisiverit, sit illius, nec fratribus partem erogare teneatur. Lib. 4, cap. 15. num. 3.
8. Limita: dummodo a patre sit e domo ejectus; nam si sponte discessit, lucrum praedictum sit commune cum patre et fratribus. Lib. 4, cap. 15. num. finali.
9. A patre non habente modum restituendi ei dotem, recipiat de patrimonio ei a patre oblato, pro quantitate dotis. Ibidem num. 5.
10. Filius non conjugatus teneatur a patre domi et ab eo necessaria habeat, non obstante contradictione filiorum conjugatorum. Lib. 4, cap. 15. num. 7 et cap. 44. in fine.
11. Limita: nisi pater, mortua matre dicti filii, aliam duxerit uxorem, quo casu possit illum ejicere, solvendo ei iperpera 12 pro expensis et sex pro ancilla. Lib. 4, cap. 9. num. finali.
12. Amplia idem juris esse in filia. Ibidem.
13. Contrarium videtur concludi in lib. 4, cap. 55, ubi volens dividere bona sua cum filiis primae uxoris, non nisi ipsis volentibus hoc faciat, et quilibet partem suam recipiat. Vide in verbo Uxor, vers. 26.
14. Succurrant parentes in illorum necessitatibus, et e converso. Lib. 4, c. 44.
15. A patre possit petere dotem suam, et illam habeat, si pater alii filio dotem restituit. Lib. 4, cap. 45.
16. Si cum dote sibi a patre restituta emancipatus fuerit, fratribus non refragantibus, et fratres postea ex patrimonio non possent integras dotes colligere, nulla ab eis molestia afficiatur. Lib. 4, cap. 46.
17. Nihil pro dote sua a patre praetendat, qui illam non acceptavit, sed idem filius in fraternam societatem posuit. Lib. 4, cap. 54.
18. Quae emancipatus a patre acquirit, sibi acquirit. Lib. 4, cap. 56. num. 2.
19. A patre impune verberari possit. Lib. 4, cap. 73.
20. Plura in verbo Uxor.
21. Divisio filiorum a patre. Vide supra et in verbo Pater dividere.
22. Filii alantur a patre; vide in verbo Pater alimenta.
23. Filii in patria potestate constituti, quomodo conveniendi; vide in fine Praxis judiciariae.

FILIA suscepta ex prima uxore possit a patre qui secundas nuptias contraxit, e domo ejici, solutis ei iperperis 12 annuis pro expensis et sex pro ancilla. Lib. 4, cap. 9. num. finali.
2. Filiae possint prius a patre matrimonialiter copulari, quam filii. Lib. 4, cap. 13.
3. Filia primae uxoris prius a patre in matrimonium tradatur, postea secundae etc. Lib. 4, cap. 34.
4. Innuptae a patre superstite dotentur et nuptui tradantur. Lib. 4, cap. 47. num. 2.
5. Primo amplia: etiam contradicentibus filiis. Lib. 4, cap. 48. num. 2.
6. Secundo amplia: et etiam filiae transeunti ad secunda vota, possit ultra primam dotem addere, ut libro 4, cap. 48. num. 3, 4.
7. Dotatae et nuptae, in ceteris paternis bonis non ingerantur. Lib. 4, cap. 47. num. 1.
8. Dotatis et nuptis quibusdam, dotentur et nubant et ceterae, et bona paterna et materna superexistentia inter omnes aequaliter dividantur. Lib. 4, cap. 47. num. 2, 3.

*

etc., postea revertatur ad distributionem comitis et consilii. Lib. 4, cap. ult., num 1.

5. Revocatur limitatio distributionis dictae quartae partis pro anima libro 8, cap. 43. Quae revocatio licet sit generalis, nec ad hoc videatur extendi, quia derogatio capitulorum dictae limitationis indiget speciali vel saltem clariori dispositione, tamen ita declaratum fuit per sententiam consulum, notatam in margine dicti capituli 43 in meo codice, et sic videtur usu receptum.
6. Amplia principalem conclusionem, de qua supra versiculo primo, procedere etiam in feminis, quae partes suas cum fratribus per capita habeant. Lib. 4, cap. 25, 26, 27.
7. Limita ampliationem non procedere in successione bonorum maternorum, in quibus filii masculi succedant, et ipsis deficientibus feminae. Lib. 4, cap. 41, num. 3 et finali.
8. Sublimita dictam limitationem non procedere in dote materna, quae pertineat ad filias cum ultimo viro susceptas. Lib. 4, cap. 38. num. 2.
9. Sorores nuptae et innuptae cum praedictis partibus patrimonii illarum recumbant in fratres suos utrinque conjunctos, qui nubant eas. Lib. 4, cap. 27. num. 1 et finali.
10. Contrarium videtur statutum lib. 4, cap. 21, ubi dicitur fratres et sorores posse ad invicem dividere bona paterna, etiam illorum matre contradicente et repugnante, possidente lectum et illa, sed huic repugnant sequentes conclusiones, quas omitto et remitto ad verbum Fratres sororesque, vers. 4 cum quinque sequentibus.
11. Mulier dotata et nupta, in ceteris parentum bonis nullum jus habeat. Lib. 4, cap. 47. num. 1.
12. Mulier carens fratre, succedit loco masculi in patrimonio suo. Lib. 4, cap. 26 et lib. 4, cap. 41. num. finali.
13. Amplia: etiamsi superessent fratres ex aliis matribus nati; ita videtur innuere lib. 4, cap. 26, et praesertim injunctis praecedenti et sequenti lib. 4.
14. Bona intestati puberis, carentis filiis, vadant ad propinquiores successores ejus. Lib. 4, cap. 59. num. 5. Ad quos de jure venire debent per successionem. Lib. 8, cap. 42. num. 17. Et nota lib. 6. cap. primo, super homicidiis, in verbo Homicida. Vide etiam verba statutaria successionis pupilli in verbo Hereditas pupilli, et judica.
15. Notarius cum duobus judicibus describat omnia bona intestati, ubique existentia, in uno libro a thesaurariis detinendo. Lib. 8, cap. 42. num. 1, 2.
16. Intestati uxor juret coram dictis judicibus se manifestaturam omnia praedicta bona. Ibidem num. 3.
17. Descriptis dictis bonis, minus consilium deputet duos tutores heredibus intestati, qua solemnitate et quid ab eis agendum. Ibidem num. 4. cum seq., quos extensos vide in verbo Tutores.
18. Quae supra dicta sunt de successione intestati, locum habent post mortem conjugis superstitis, lectum et bona mortui volentis possidere. Lib. 4, cap. 14 et lib. 4, cap. 30, 31, 32 et lib. 4, cap. 40 et magistraliter lib. 4. cap. 59.

5. Limita homicidium non praejudicare possedio uxoris homicidae. Lib. 6, cap. 1. num. finali.
6. Heredes praedicta bona homicidae, ipso vivente, alienare nequeant. Ibid. num. 5.
7. Limita dictam regulam non procedere in dotandis filiabus et neptibus, pro quibus alienari possint. Ibidem num. 6.
8. Contumax, ut supra, pace facta cum consanguineis occisi possit comparere in curiam, non obstante dicta contumacia. Lib. 6, cap. 29. num. 3, 5.
9. Contra contumacem, ut supra, reversum procedatur juxta dispositionem juris. Lib. 6, cap. 29. num. 3. in fine.
10. Homicida moriatur. Lib. 6, cap. 1. num. 1, 2.
11. Primo limita dictam regulam non procedere in eo, qui occidit hominem pro sui defensione, quae qualitas probanda est. Lib. 6, cap. 1. num. 2.
12. Amplia dictam limitationem procedere etiam, quando homicida esset servus alicujus, quo casu respublica pro illo solvat domino ejus iperpera 12. Lib. 6, cap. 42. num. 2.
13. Secundo limita non procedere in hominibus, de quibus vers. 15 cum sequentibus.
14. Homicidam in urbem vel provinciam advehens, solvat poenam in textu expressam. Lib. 6, cap. 54.
15. Enunciatur antiqua consuetudo, ut Rhacusinus interficiens Sclavum, vel e contra, solvat pro vrasda iperperos 500. Lib. 8, cap. 58. num. 1.
16. Comes Venetus voluit stare dictae consuetudini, motus juramento servandi statuta edita contra homicidas, et consultus dux Venetiarum voluit statuta servari. Lib. 8, cap. 58. num. 2.
17. Oratoribus a republica Rhacusina missis ad ducem Venetiarum pro observatione dictae consuetudinis, responsum fuit, ut respublica transmittat internuncios ad regem Urosciun, ut rogent illum, ut homicida capite plectatur; quod factum, sed non obtentum fuit. Lib. 8, cap. 58. num. 3, 4, 5, 6.
18. Occidens aliquem de Sclavonia vel de toto regno . . . . . (lacuna), solvat vrasdam supra dictam; alioquin perpetuo exilio plectatur. Lib. 8, cap. 58. num. finali, et cap. 59.

JADRENSIS CIVITAS, quaestionem habens cum republica Rhacusina, quomodo quietanda. Lib. 3, cap. 49. num. 2., cum sequentibus.
2. Jadrenses, quomodo conveniendi a civibus Rhacusinis, et e contra. Ibidem num. 1.

IMPUBES, vide in verbo P u p i l l u s.

INCENDIA et incendiarii urbis, vide lib. 8, cap. 35. et lib. 8, cap. 57, et lib. 8, cap. 60.

INJURIAE VERBALES puniantur arbitrio curiae. Lib. 6. cap. 28.
2. Amplia: etiamsi essent prolatae contra judices et consiliarios. Ibidem.
3. Injuriae verbales minori poena, quam facti puniantur. Ibid.
4. Accusatus de injuria cum termino trium dierum ad se justificandum, et comparens postea, non audiatur, sed pro condemnato habeatur. Lib. 6, cap. 29.

3. Miles dictae curiae jurat in forma lib. 8, cap. 1, et sic videtur differre ab eo qui jurat lib. 2, cap. 2.
4. Judices praedicti jurant in forma. Lib. 8, cap. 3.
5. Curia haec habeat jurisdictionem decidendi lites iperperorum 5 citra, juxta statuta illius. Lib. 8, cap. 3.
6. Amplia: et etiam decidendi loca litium vinearum, terrarum etc. valoris iperperorum decem, quae etiam videant. Lib. 8, cap. 4.
7. Judicium illorum supra dictorum firmum esto. Lib. 8, cap. 4. num. 3.
8. Habeant quadragesimum litium. Lib. 8, cap. 2. num. 3 et cap. 4. num. 4.
9. Cum litigatoribus non comedant. Lib. 8, cap. 12.
10. Succumbens in hoc judicio, solvat expensas litis. Lib. 8, cap. 4. num. 5.
11. Limita: nisi aliter partes convenirent. Ibidem numero finali.
12. Duo advocati pro hac curia eligantur. Lib. 8, cap. 5.
13. Merces advocatorum. Lib. 8, cap. 5. num. 2 et cap. 13.
14. Advocati cum litigatoribus non comedant. Lib. 8, cap. 5. num. 2 et cap. 13.
15. Advocent legaliter, nec sustineant aliquem pejerare vel falsos testes producere. Lib. 8, cap. 5. num. 3.
16. Contumax in hac curia pro prima contumacia medium grossum, pro secunda unum grossum, et pro tertia procedatur contra illum etc. Lib. 8, cap. 38. num. 4 et finali.
17. Reus potest recusare unum judicem, actor nullum, sed ceteri duo cum milite in causa procedant. Lib. 8, cap. 6. num. 3, 4.
18. Primo limita dictam regulam non procedere in lite valoris usque ad 5 iperperos. Lib. 8, cap. 11.
19. Secundo limita non procedere in causa, in qua quaestio est cum uno ex judicibus dictae curiae. Lib 8, cap. 21. num. 2.
20. Judices attinentes parti, usque ad quem gradum recusari possunt. Lib. 8, cap. 15.
21. Amovendus est a judicio judex, cum quo lis vertitur. Lib. 8, cap. 21. num. 1.
22. Citatus in hac curia pro uno iperpero citra, nullam dilationem ad respondendum habeat. Lib. 8, cap. 6. num. 1.
23. Citatus ab uno iperpero usque ad duo, habeat terminum trium dierum. Lib. 8, cap. 6. num. 2.
24. Amplia dictam regulam procedere etiam in muliere, citata pro debito ab ea contracto, vel pro fidejussione ab ea facta pro iperperis 5 citra. Lib 8, cap. 7.
25. In lite iperperorum quinque nemo in terram projici possit. Lib. 8, cap. 11.
26. Citatus, incepto itinere, super re ad iter non pertinenti et terminum obtinens, possit ante completum terminum iter prosequi, et reversus respondeat. Lib. 8, cap. 10.
27. Mulier citata pro debito viri, respondere minime teneatur. Lib. 8, cap. 8.
28. Limita: nisi ipsa fidejussisset pro eo. Lib. 8, cap. 8.
29. Vidua citata pro debito duorum iperperorum usque ad quinque, super debito quod ipsa non contraxit nec fidejussit etc. Lib. 8, cap. 9.

etiam ipsa contradicente, post ejus mortem exigendum, salvo jure conjugis dicti filii. Lib. 4, cap. 49.

14. Adverte, an dictus versiculus (var. versus) intelligatur de patrimonio filii juxta dispositionem lib. 4, cap. 19. in fine, et limita, ut ibi; vide in verbo Uxor.
15. Arcam cum rebus suis omnibus filiis et filiabus aequaliter donare potest, et non aliis. Lib. 4, cap. 57. num. 1.
16. Limita dictam regulam non procedere in auro, quod dare nequeat. Lib. 4, cap. 57. num. 2.
17. Possit testari quartam partem dotis et vestimenta. Lib. 4, cap. 57. num. fin., et lib. 4, cap. 47. in fine, et lib. 4, cap. 42. num. finali, et lib. 4, cap. 39. num. 3, et lib. 4, cap. 41. num. 2.
18. Declara dictam quartam partem intelligi: tam de rebus stabilibus, quam de mobilibus ejus. Lib. 4, cap. 40.
19. Amplia idem juris esse in ceteris omnibus bonis ejus, praeter dotem. Lib. 4, cap. 41. num. 2.
20. Omnia ejus bona dividantur pro virili inter filios, cum omnibus viris habitis, exclusis feminis. Lib. 4, cap. 41. num. 3.
21. Primo limita non procedere, si cum aliquo viro feminam tantum habuisset, quae succedat loco masculi. Lib. 4, cap. 41. num. fin. Et licet textus non dicat ita clare, ita tamen intelligendus per textum in lib. 4, cap. 26 et 27.
22. In ceteris tribus partibus dotis ejus succedant filii ultimi mariti tantummodo. Vide in verbo Dos binubae, vers. 1, 2.
23. Et si cum primo tantum prolem habuerit, ipsa succedat. Vide Dos binubae, vers. 6.
24. Sit tutrix filiorum suorum pupillorum cum ceteris tutoribus, mortuo viro ejus ab intestato; vide in verbo Tutores.
25. Secunda uxor, habens filios cum viro habente filios ex prima uxore, quomodo dividat patrimonium dicti viri sui inter eos, et quid ipsa possideat. Vide Uxor secunda vers. 4.
26. Filias dotet et nubat. Lib. 4, cap. 47. num. 2.
27. Primo amplia: etiam filiis contradicentibus. Lib 4, cap. 48. num. 2.
28. Secundo amplia, ut possit etiam filiabus viduis, secundas nuptias contrahere volentibus, aliquid sui addere. Lib. 4, cap. 48. num. 3 et finali.
29. Amplia dictam ampliationem procedere, etiam filiis contradicentibus. Lib. 4, cap. 48. num. finali.
30. Limita dictam regulam procedere in matre superstite post mortem viri illius. Lib. 4, cap. 48. num. 1.
31. Post mortem viri possit filias in monasterium ponere, ut profitendo Deo inserviant. Lib. 4, cap. 61. num. 1.
32. Limita hoc procedere tantummodo in filiabus impuberibus, non autem in puberibus, quarum voluntas attendenda est. Lib. 4, cap. 61. num. 1, 2.
33. Quae supra dicta sunt de potestate matris in filios et filias, intelligantur de matre possidente lectum et bona viri sui, patris illorum. Lib. 4, cap. 20.
34. Possit tam puberibus quam impuberibus professuris promittere, quantum ei placuerit, et promissio valet. Lib. 4, cap. 61. num 1.

5, et in verbo Hereditas intestati, vers. 14, et in verbo Uxor, vers. 32. Notatur ordo propinquitatis.
14. Quomodo filios et filias ex pluribus viris habenti. Vide: Dos binubae, ves. 1.
15. Quomodo possedium habeat vel non in bonis dicti viri. Vide: Hereditas intestati, vers. 18. cum seq., et Uxor, vers. 1. et 8., et Vir conjugatus, vers. 6. cum sequentibus.
16. Quomodo in bonis ulteriorum virorum, vide: Vir secundus, vers. 5. et finali.
17. Quomodo primus vir habeat possedium in bonis ejus, vide: Hereredítas intestati, vers. 18. cum seq., et Uxor, vers. 1., et Vir conjugatus, vers. 10. cum sequentibus.
18. Quomodo secundus et ulteriores, vide: Vir secundus et Uxor secunda.
19. Quomodo dotem exigat, soluto matrimonio. Lib. 4, cap. 33.
20. Quomodo vestimenta, vide: Dos soluto matrimonio, vers. 11. cum sequentibus.
21. Quam potestatem habet in filios et filias, vide: Mater, vers. 1. cum sequentibus.
22. Quid ad eam pertinet, contra virum expellentem eam e domo. Lib. 4, cap. 10. et lib. 8, cap. 41.
23. Quid de pacto, a muliere pupilla cum fratribus inito. Lib. 4, cap. 50.
24. Quid de obligatione illius, nam videtur posse obligari. Lib. 4, cap. 1. num. 6, et lib. 4, cap. 2. num. fin., in quibus videtur, quod potest fide jubere, et sic obligari, et in lib. 4, cap. 78 puberes possunt pacisci, et etiam lib. 4, cap. 62. In contrarium, quod confessio mulieris non obligat, lib. (lacuna), cap. (lacuna) num. (lacuna) et in lib. 8, cap. 32, ubi dicitur: Mulier, dum virum habet, non potest obligari ultra, quam in iperperis quinque.
25. Quid dicendum de ancillis illius, vide lib. 4, cap. 8.
26. Quae vestimenta habeat, vide lib. 4, cap. 3.
27. Quid de dictis vestimentis, vide: Dos soluto matrimonio, vers. 10. cum sequentibus.
28. Quid de dono ei facto a parentibus. Lib. 4, cap. 5.
29. Quid dicendum de muliere stuprata. Vide: Stuprum.
30. Multa in verbis specialibus attinentibus mulieres, passim expressis.

MURUS COMMUNALIS fit murus vicini, cui quis adhaesit domum suam, soluta ei medietate dicti muri juxta existimationem etc. Lib. 5, cap. 8.
2. Nolens adhaerere domum suam, ut supra, secedat a dicto muro per unum pedem, et aedificet. Lib. 5, cap. 8. num. finali.
3. Murus communalis super communi solo communibus expensis construendus. Lib. 5, cap. 16. num. 1.
4. Limita dictam regulam non procedere, existente altera parte paupere. Quo casu altera pars aere suo murum construat, cui altera obligetur se ei restituturam partem suam, cum poterit vel cum ad meliorem fortunam pervenerit. Lib. 5, cap. 16. num. 2.
5. Clausula praedicta: cum poterit, intelligatur arbitrio curiae. Ibidem num. 3.

*

15. Dominus navis, non solvens nautis debitas pecunias in tempore debito, solvat duplices. Lib. 7, cap. 12. num. finali.

NAVIS PARTICIPES, pro majori illorum parte volentes navim vendere, minor pars prohibere nequeat. Lib. 7, cap. 14. num. 7.

2. Expensae necessariae in navi fiant, non obstante contradictione minoris partis participantium in ea. Lib. 7, cap. 17. num. 1.
3. Et an sint necessariae, standum est judicio majoris partis participantium. Lib. 7, cap. 17. num. 1.
4. Minori parte nolente contribuere in expensis, ceteri participantes possint capere pecunias ad interesse, et obligare partes illorum navis. Lib. 7, cap. 17. num. 2.
5. Navicularius navis eligatur a majori parte participantium. Lib. 7, cap. 18.
6. Participes non prohibeant, si aliquis illorum vellet cum navi proficisci. Lib. 7, cap. 17. num. 3.
7. Particeps cum navi pro nauta navigans, non nisi pro parte sua praecipiat, si ceterorum consensus non accederet. Lib. 7, cap. 16.
8. Limita, ut ibidem.
9. Participum servi recipiantur in navim pro conductis. Vide in verbo N a v i s c o n d u c t u s, ubi plura.
10. Particeps in navi cum homine forensi, ponat tot nautas Rhacusinos, quot partes habebit, sub poena iperperorum 500. Lib. 6, cap. 66.
11. Rhacusinus neque dare possit partem navis forensi, neque illam habere cum eo. Lib. 6, cap. 67.

NAVIS NAVICULARIUS egrediens cum navi, non deserat illam, alioquin damnetur, ut in libro 7, cap. 11.

2. Limita: nisi ex justo impedimento. Lib. 7, cap. 11. num. fin.
3. Electus a majori parte participantium in navi, sit firmus. Lib. 7, cap. 18.
4. Nauclerius recipiat servos participantium pro conductis, illosque corrigere possit, ut in textu, nec teneatur si fugerent. Lib. 7, cap. 20.
5. Ipse solus duas partes in navi lucretur, honoris gratia. Lib. 7, cap. 30.
6. Navicularío obediant nautae durante itinere. Lib. 7, cap. 34. num. 1.
7. Navicularius navis oneratae Rhacusii ad entigum, in egressu ejus ostendat participantibus quantitatem oneris. Lib. 7, cap. 46.
8. Navicularius non habens pecunias necessarias pro itinere, possit accipere eas a quocumque, ut in textu. Lib. 7, cap. 57.
9. Quid dabatur a comite naucleriis, et e converso. Lib. 1, cap. 9.
10. Quid a salinariis. Lib. 1, cap. 9. num. 2.
11. Quid a procuratoribus S. Mariae. Lib. 1, cap. 9. num. 3 et cap. 26. num. 8.
12. Quid a sacrista Sanctae Mariae, quomodo et quando. Lib. 1, cap. 22. num. fin.
13. Navicularius non vendat navim, praeter voluntatem domini illius, alioquin solvat ut in textu. Lib. 7, cap. 13.
14. Nauclerius conductus stipendio pro certo termino, si terminus completur non completo itinere, prosequatur illud rata portione stipendii. Lib. 7, cap. 22.

5. Merces ab eo scriptae, pro oneratis in navim oneratae censeantur, et non repertae in ea solvantur a domino et a nautis dictae navis. Lib. 7, cap. 6. num. 3.
6. Limita, ut lib. 7, cap. 6. num. 4.
7. Describat lucra navis, divisa juxta partes factas. Lib. 7, cap. 28. num. 1.
8. Onerentur res in navim, cum scientia dicti scribani. Lib. 7, cap. 29.
9. Mercator qui conduxit navim, pro robore locationis factae, det arrham follari unius coram dicto scribano, quam ipse scribat et pacta inter partes conventa. Lib. 7, cap. 37. num. 1.
10. Notificet reipublicae nautam seductorem. Lib. 7, cap. 34. num. finali.

NAVIS AD MARINARITIAM navigantis, si nauta aegrotaret in urbe, capta marinaritia, hoc est stipendio, non teneatur ire cum ea, sed marinaritiam restituat. Lib. 7, cap. 24. num. 1.
2. Si peregre aegrotaret et navim descenderet, habeat de marinaritia, ac si navi inservivisset. Lib. 7, cap. 24. num. 2. Vide in eodem libro cap. 23. de nauta ad partes.
3. Si dictus aegrotus moreretur, portio praedicta pertineat ad heredes ejus. Lib. 7, cap. 25.
4. Nauta conductus ad marinaritiam pro certo tempore, si dictum tempus elaberet, itinere non completo, nauta prosequatur iter, rata portione marinaritiae. Lib. 7, cap. 22.
5. Nauta ad marinaritiam teneatur complere iter onerando, eundo, redeundo et exonerando, alioquin pecuniam captam duplicem restituat. Lib. 7, cap. 12.
6. Dominus navis non solvens nautis stipendium in tempore debito, solvat duplicem. Lib. 7, cap. 12. num. finali.

NAVIS AD ENTIGUM, vide in apostilla lib. 7, cap. 49.
2. Pecuniae datae ad entigum navigent periculo dantis. Lib. 7, cap. 42.
3. Contrarium videtur statutum lib. 7, cap. 44, ubi omne damnum sit commune, nomine entegarum.
4. Limita: nisi quis transmitteret cum navi merces, ut vendantur et ponantur in entigum, quo casu merces praedictae navigent periculo domini illarum, sed venditae et in entegas positae communi fortunae navigent. Lib. 7, cap. 44.
5. Utilitates ex quibus rebus intelligantur, et quomodo dividendae. Lib. 7, cap. 42.
6. Divisio aliter fiat, si navis entigata extra sinum navigaret. Lib. 7. cap. 43.
7. Entighae (sic), quomodo scribendae, ut scripturae fides habeatur. Lib. 7, cap. 45.
8. Quomodo solvenda navis entigata naufragata. Lib. 7, cap. 47.
9. Onus navis entegatae ostendatur dominis. Lib. 7, cap 46.
10. Nauclerius et nautae obligati navigare per sinum Adriaticum cum entegis, si egrederentur sinum sine consensu dominorum, patiantur omne damnum proveniendum in pecuniis. Lib. 7, cap. 48.
11. Damna entegarum, a quibus et quomodo patienda. Lib 7, cap. 49.
12. Si non investirentur omnes pecuniae entegarum, sed nautae, cum consensu domini, in navi existentis, investiunt pecunias in merces et

16. Pueri mercatorum capsellas in navi non portent. Lib. 7, cap. 10.
17. Conductor terram descensus pro utilitate sui vel aliorum, si capiatur, sit in damnum ejus in primo casu, in secundo sit aliorum. Lib. 7, cap. 31. num. 1 et fin.
18. Navis locata debet a locatore exhiberi conductori, cum qualitatibus expressis. Lib. 7, cap. 1.
19. Aliter disponitur lib. 7, cap. 8, videlicet: ut mercatores conveniant cum domino navis de rebus navi indigentibus, de qua conventione scribanus rogetur.
20. Conventio praedicta in discessu navis ostendatur minori consilio, quod, deficiente aliqua re in navi ex conventis, cogat dominum pacta servare. Lib. 7, cap. 8. num. 2.
21. Dominus navis, exiens e Rhacusio non servatis pactis initis, damnetur, ut ibidem num. 3.
22. Conductores navis in adventu vel reddditu illorum intra octo dies non conquesti minori consilio de pactis non servatis, postea non audiantur. Lib. 7, cap. 8. num. 4.
23. Amplia praedicta procedere, etiamsi dicta conventio facta fuisset extra Rhacusium. Lib. 7, cap. 8. num. fin.

NAVIS DAMNUM, vide in sequenti verbo Navis avarea.

NAVIS AVAREA fiat ob damnum ab ea passum in arboribus, antennis, velis, anchoris, barcha et quolibet coredo, quod satisfiat per contributionem omnium mercium navis, et ipsius navis, existimandae tertia parte minus justo pretio. Lib. 7, cap. 7. num. 1.
2. Aliter disponitur lib. 7, cap. 28, dum dicitur: lucrum navis notetur a scribano, juxtaque satisfiat ei de damno passo et non ultra. Concorda.
3. Limita regulam supradictam, de qua versiculo primo, non habere locum, si res devastata posset congruenter resarciri; quo casu restituatur quod fuerit judicatum ipsam minus valere. Lib. 7, cap. 7. num. 2.
4. Damna a piratis facta satisfiant, ut in versiculis praecedentibus istius verbi.
5. Merces in navi devastatae etc., quomodo satisfiant. Vide: Merces, vers. 4
6. Nauta a navi terram descensus ex mandato domini navis, si damnum pateretur, satisfiat per avaream ex communitate navis. Lib. 7, cap. 31. num. 2. Plura in verbo Navis nauta.
7. Homines a navi terram descendentes, si caperentur ob repressaliam indictam Rhacuseis, satisfiat illorum damnum per avaream ex communitate navis. Lib. 7, cap. 32.
8. Ponens rem prohibitam in navim, ipse satisfaciat omne damnum ex hoc proveniendum. Lib 7, cap. 54.
9. Navigia a minori consilio in conservam posita et sub ordine capitenei, si quae damna a piratis paterentur, satisfiant per avaream ex omnibus bonis omnium navigiorum, et ex existimatione ipsorum navigiorum fienda, ut in textu lib. 8, cap. 64.
10. Si navis, consentiente majori parte intervenientium in ea, dederit aliquid pro salute totius corporis illorum, solvatur per avaream ex omnibus bonis in ea existimandis. Lib. 7, cap. 56.

4. Cetera in verbis Filia et Monialis.

PATER DIVIDERE possit filios in bonis suis. Lib. 4, cap. 16.

2. Primo amplia: etiam filiis nolentibus. Ibidem.
3. Secundo amplia, ut etiam possit dare eis partes, vel illas penes se servare. Ibidem.
4. Limita dictam regulam: et ampliationes non procedere in patre volente dividere bona sua inter filios ex pluribus uxoribus susceptos, quo casu possit facere divisionem, concurrente illorum consensu. Lib. 4, cap. 55. num. 1, 2.
5. Divisio praedicta, quomodo fienda. Lib. 4, cap. 55. num. 3, 4.
6. Possit retinere in vita sua omnes partes. Lib. 4, cap. 16.
7. Pars in dicta divisione pertinet ad ventrem uxoris eorum patris gravidae. Lib. 4, cap. 55. num. fin.

PATER DONARE nihil possit, praeter voluntatem filiorum. Lib. 4, cap. 58.

2. Primo limita regulam non procedere, ut non possit donare filio majori unum vasum argenti unius librae. Lib. 4, cap. 18.
3. Secundo limita non procedere in filia regularem vitam professura, cui possit promittere pro libitu suo. Lib. 4, cap 61. num. 1, 3.
4. Tertio limita non procedere in filio monasterium ingressuro, cui pater possit dare, quidquid ei placuerit. Lib. 4, cap 66.
5. Sublimita dictam tertiam limitationem: dummodo donatio praedicta sit minor parte patrimonii, ad ipsum pertinente. Lib. 4, cap. 66.
6. Quarto limita non procedere in filio clerico, cui parentes in oblatione ejus archiepiscopo possint donare usque ad iperperos 50, juxta posse illorum. Lib. 4, cap. 68.
7. Amplia limitationem intelligi: ultra partem ad eum pertinentem. Lib. 4, cap. 68. num. 2.
8. Donum promissum filio, non nisi post mortem donantis habeat. Ibidem num. finali.
9. Quinto limita non procedere in filio non uxorato, cui pater possit dare licentiam testandi quantitatem bonorum, quam voluerit. Lib. 4, cap. 19. num. 4.
10. Sexto limita, ut pro anima filii non conjugati nec emancipati possit disponere arbitrio suo. Lib. 4, cap. 19. num. 5.

PATER TESTARI possit quartam partem bonorum suorum. Lib. 4, cap. 17.

2. Primo limita: dummodo disponat eam pro anima sua, et non aliter. Ibidem.
3. Amplia dictam regulam, ut etiam servos possit manumittere. Ibidem.
4. Limita ampliationem procedere, quatenus illos emerit aere suo. Ibidem.
5. Possit etiam donare nonnulla, de quibus in limitationibus regulae et verbi Pater donare.
6. Abrogatur regulae supradictae et disponitur patrem posse testari omnia bona sua, cui et quomodo ei placuerit. Lib. 8, cap. 94. num. 1, 2.
7. Limita: praeter decimam partem, ut in textu. Lib. 8, cap. 94. num. 3, 4.

PATER EXHEREDARE filio nequeat, praeterquam in quarta parte bonorum suorum. Lib. 4, cap. 17. et cap. 23.

2. Limita dictam regulam pluribus modis, ut in praecedenti verbo.
3. Limita etiam regulam ex quatuor causis, ex quibus pater filium exheredare possit. Lib. 4, cap. 23.

Praxis judiciaria.

Tit. 1. De citatione vel praecepto.

Acturus adeat judicem et mandato ejus faciat citare adversarium, ut pro certa die et hora in judicium compareat, lib. 3, cap. 1. num. 1. Petens praetensionem, si ex una re satisfactus fuerit, iterato non petat, lib. 3, cap. 12. num. 7. in fine. Et si dictus reus fuerit obligatus per instrumentum Renunciando, possit citari domi, facta probatione ab actore reum esse in urbe vel districtu, et abscondi, lib. 8, cap. 91.

Tit. 2. De reo contumaci.

Reus non comparens in prima citatione, solvat communi grossos duos, pro secunda grossos quatuor, lib. 8, cap. 38. Tertio citatus, si fuerit contumax, actor ponatur in possessionem rei stabilis petitae, sed si petitae fuerint pecuniae, ponatur in possessionem rerum contumacis pro rata quantitate pecuniae petitae; quod fiat a vicario, recepto ab eo uno iperpero. Quae contumax possit rumpere comparens, et rem ab actore possessam recuperare, restitutis actori iperpero et ceteris expensis ab eo factis, lib. 3, cap. 11. Quae restitutio procedat juxta formam constitutam in libro 3, cap. 12.

Tit. 3. De reo comparente.

Reo comparenti in judicium antiquitas ridiculum privilegium et satis indignum concesserat. Nam ipse reus (et praesertim republica contra ipsum civiliter agente) poterat respondere coram curia in platea, et si no-

luisset, sed voluntatis suae esset curiam et judices trahere ad aliquem locum secretum urbis, judices tenebantur ire et etiam extra urbem usque ad Lacromam (si reus ita voluisset), et ibi litem terminare. Quod etiam inter fratres servabatur, non autem inter patrem et filios. Poterat etiam reus trahere actorem ad litigandum extra urbem, lib. 3. cap. 5. et in pluribus aliis capitulis. Qua re pro infami habita, prohibita fuit, lib. 8, cap. 25. Erant etiam quaedam nationes, quae habentes litem cum nostris vel nostri cum eis, non tenebantur respondere coram suis judicibus, sed in parlamentis vel conciliis quae s t a n i c i vocabantur; de quibus per totum librum tertium. Haec omnia recesserunt ab aula et unusquisque tenetur respondere coram judicibus, pro tribunali in palatio residentibus. Lib. 8, cap. 25.

Tit. 4. Termini ad respondendum.

Reus comparens de jure antiquo, antequam rejiciebat judices, poterat petere et obtinere terminum octo dierum ad respondendum. Et eis elapsis iterum poterat in advocatum quaerere quem volebat, etiam hominem absentem, et obtinebat etiam cum termino convenienti reditui ejus. Nam eo tempore, ultra advocatos a republica electos, unusquisque advocare poterat, ut patet in libro 8, cap 44. Quo advocato reverso intra terminum, novus etiam reo terminus octo dierum ad respondendum concedebatur, lib. 3. cap. 1. num. 2, 4. Haec enim erat lata via lites nunquam definiendi; ideo termini restricti fuerunt ad arbitrium majoris partis judicum, lib 3, cap. 1. num. 9. Excipiuntur multi casus a dicta regula. Nam mulier, cujus vir erat absens ab urbe, habebat terminum ad respondendum usque ad reditum ejus, et si ipsa, aut praesente aut absente viro suo, litem gessisset sine consensu ejus, omnia erant nulla, lib. 3, cap. 7. Quod videtur revocatum, quia statutum est mulierem conjugatam non posse obligari ultra quam in iperperis quinque, lib. 8, cap. 32. Et sancitum est, partes in litibus 10 iperperorum dilationes non habere, lib. 3. cap. 1. num. 9., et in muliere pro debito iperperorum quinque, lib. 8, cap. 7.

Excipiebatur filius in patria potestate constitutus, qui citatus, absente patre, habebat terminum ad respondendum usque ad patris reditum, lib. 3, cap. 8. Idem dicendum est filio volente peregre proficisci et relinquente procuratorem, qui cum patre respondeat, lib. 3, cap. 8. Ampliabatur haec exceptio: ut etsi pater dicti citati non erat civis Rhacusinus, sicut ipse, nihilominus filius habebat terminum usque ad adventum patris, lib. 3. cap. 8. num. 3. Sublimitabatur dicta exceptio et ampliatio in filio apothecario, videlicet venditore mercium in apotheca, qui respondere tenebatur, ut in regula lib. 3, cap. 8. num. 4.

Tertio: excipiebatur vidua, quae petens in advocatum personas in textu expressas absentes, concedebatur ei terminus adventus ejus, lib. 3, cap. 9.

Quarto: excipiebatur pater, si filium absentem petiisset in advocatum, frater, si fratrem, socer, si generum, et e converso, lib. 3, cap. 10.

Quinto: excipiebantur citati in itinere existentes, etiamsi citati erant super societate, entigis vel re credita, quibus dabatur terminus, donec redierint, lib. 3, cap. 13.

Tit. 5. Termini causarum privilegiatarum.

Excipitur a regula praecedentis tituli etiam reus peregre profecturus, cui datur terminus octo dierum, lib. 3, cap. 15. num. 1. Quid si iter arripuerat, lib. 8, cap. 15. et lib. 8, cap. 10. Contrarium videtur statutum in libro 3, cap. 13, ubi dicitur: quod existens supra viaggium habeat terminum ad respondendum et redeundum, et si non rediret, actor ponatur in possessionem etc. juxta formam in textu allegatam, lib. 3, cap. 13. num. 2, 3. Limita exceptionem non procedere in reo citato a viro forensi, qui habeat terminum trium dierum, lib. 3, cap. 17. num. 1. Quam limitationem amplia locum habere etiam, si dictus reus esset in navi vel in via ad iter capiendum, lib. 3, cap. 17. num. 2, 3. Vide etiam ibidem num. finali.

Secundo: excipitur in citato supra testamento, cui datur terminus octo dierum, lib. 8, cap. 33.

Tertio: excipitur in citato super societate, cui datur terminus trium dierum, lib. 8, cap. 39, quam exceptionem limita in praecedenti titulo, exceptione 5.

Quarto: excipitur in citato super mercato facto sine termino, cui nullus terminus detur, lib. 8, cap. 40, quamquam hoc prius sancitum erat in mercato iperperorum 5 absolute, lib. 3, cap. 44.

Quinto: excipitur in citato super expulsione a domo uxoris, filiae vel sororis, cui detur terminus octo dierum. Lib. 8, cap. 41.

Sexto: excipitur in citato a viro forensi, ut in limitatione praedictae exceptionis praesentis tituli.

Septimo: excipitur in forensi citato, cui detur terminus trium dierum. Lib. 3, cap. 21.

Octavo: excipitur in citato super deposito, cui nullus terminus detur. Lib. 3, cap. 18.

Nono: excipitur in citato super pertinentibus praesenti itineri, cui non detur terminus. Lib. 3, cap. 16.

Decimo: excipitur in citato pro uno iperpero vel inferius, cui non datur terminus, lib. 3, cap. 44.; quam exceptionem amplia locum habere usque ad decem iperperos, lib. 3, cap. 1. num. 9.

Undecimo: excipitur citatus, reversus a primo itinere, qui habeat terminum trium dierum, lib. (lacuna) cap. (lacuna). Terminis ingressis ferias augusti, reus non teneatur respondere usque ad s. Michaelem, postea vero teneatur, lib. 3, cap. 14. Qui termini si ingrederentur ad sequentes judices, firmi sint nec reiterentur, nisi actor intra mensem a die lapsi termini litem non prosequeretur; quo casu iterum faciat citare reum et reus iterum termino gaudeat, non obstante termino ab eo prius habito. Lib. 3, cap. 45.

Tit. 6. Declinatio fori.

Reus, completo termino sibi praefixo ad respondendum, poterat declinare forum curiae et recurrere ad electionem arbitrorum, lib. 3, cap. 1. num. 4, 5. Quod locum habebat in litibus majoribus iperperorum 10, et non aliter, lib. 3, cap. 1. num. 9.

Tit. 7. Arbitrorum electio.

Declinato foro a reo, ipse nominabat arbitros, quos si altera pars recusabat, ipsa alios nominabat ab altera parte approbandos, et sic vicissim, donec concordabantur intra terminum eis a comite praefixum; coram quibus concordatis causam agebant, nec pars poterat in terram jactari, nec judicium extra urbem trahere, neque longiorem terminum octo dierum habere. Lib. 3, cap. 1. num. 5 et libro 3. cap. 4.

Tit. 8. Arbitrorum judicium.

Ipsi vero arbitri debebant partes audire et judicare juxta ritum curiae; secundum illorum conscientiam et urbis statuta, lib. 3, cap. 3. num. 1 et eodem libro cap. 4. Neque ab ulla parte declinari poterant, et tandem sententiam dicebant. Et si quis illorum aut omnes nolebant, cogebantur a curia, quae sententia lata intra triginta dies in publica documenta redigebatur et sic firma erat, alioquin minime, lib. 3, cap. 3.

Tit. 9. Partes ad curiam redeuntes.

Si vero partes non poterant concordare de arbitris, intra terminum a dicto comite praefixum, lis revertebatur ad curiam, lib. 3, cap. 1. num. 5.

Tit. 10. Declinatio judicum curiae.

Reversa lite ad curiam, actor poterat declinare duos judices, reus vero tres, lib. 3, cap. 2. num. 1, 2. Amovere poterant etiam partes patrem, filium, socerum, cognatum et omnes consanguineos adversae partis, usque ad secundum gradum inclusive, lib. 8, cap. 15.[1]

Sed quando hic casus aderat, ut inter judices esset de consanguineis alicujus partis, ipsa pars illos computare tenebatur inter judices ab ea declinandos; quod si neminem declinabat, computabantur inter declinandos ab adversa parte, lib. 3, cap. 2. num. finali. Quae sunt notanda, quia in viridi observantia. Et haec declinatio fiebat, quando lis erat cum republica, lib. 3, cap. 2. num. 4. Ab hoc excipiebantur duo: alterum, declinationem istam non posse fieri in litibus vectigalium, lib. 3, cap. 2. num. 3. alterum in foro criminali, lib. 3, cap. 2. num. 5. Quod forum ab eisdem judicibus gerebatur, conjicio, quia de aliis nullibi in hoc codice loqui reperio, et in dicto lib. 3, cap. 2. num. 5 video exceptionem percutere differentiam actionis, non autem judicum.

Excipiebatur etiam quod quandocumque aliquis ex judicibus litem habebat cum aliquo, sive uti actor, sive uti reus, in ea causa a neutra partium plus uno judice declinari poterat. Lib. 8, cap. 71.

Excipiebatur etiam, in responsione facta a reo prius in terram jactato, ut in lib. 3, cap 12. num. 6, quae jactatio in terram recessit ab aula.

Tit. 11. Judices judicaturi.

Declinatis judicibus, si comes remanebat cum uno vel nullo, poterant partes iterum arbitros eligere, vel in judices declinatos consentire, lib. 3. cap. 2. num. 2. Qui si de arbitris non concordabant, non invenio, quid juris erat. Sed hoc omne ab aula recessit. Nunc enim fit supplementum ex provisoribus et aliis magistratibus, ut in aliis legum voluminibus legitur.

[1] In margine: Limitationes vide in indice Libri Viridis, verbo: Consules recusantur.

*

Judicibus tandem firmatis, antiquitas horum statutorum concesserat reo aut in terram jactari aut respondere, lib. 3, cap. 12. num. 1. Ideo primo tractabimus de hoc ridiculo jactu, non satis cognito.

Tit. 12. Reus jactatus in terram.

Reo in terram jactato, comes et curia praecipiebat vicario suo, ut recepto ab actore uno iperpero, qui ad ipsum vicarium pertinebat, ipsum actorem induceret in possessionem bonorum rei jactati, si super bonis stabilibus agebatur. Si vero super mobilibus, idem vicarius inducebat eundem actorem in possessionem bonorum dicti rei, pro duplici valore quantitatis ab actore petitae, et deficientibus bonis rei, persona ejus dabatur creditori, lib. 3, cap. 12. num. 2 et fin. Sed quando reus volebat talia bona in primo anno recuperare, illa statim habere poterat, restituto actori iperpero et expensis necessariis factis in re possessione detenta, si restitutio fiebat ante vindemias, ut latius in libro 3, cap. 12. num. 4. Et fructus dicti primi anni computabantur in sortem principalem, lib. 3, cap. 46. num. 11.

Tit. 13. Reus respondit.

Reus, recuperatis bonis praedictis, respondebat in termino octo dierum. Lib. 3, cap. 12. num. 6.

Tit. 14. Instructio causae.

Facta responsione a reo, actor solebat causam suam instruere et res petitas probare scripturis publicis seu privatis, aut testibus, prout de publicis et de testibus loquitur, lib. 3, cap. 28.

Tit. 15. Probatio per instrumenta.

Instrumenti virtus et alia ad ipsum pertinentia describuntur in verbo Instrumentum. Quae instrumenta exequebantur cum poena in eis apposita, lib. 3, cap. 23, et eodem libro, cap. 24. Sed notandum est quod, si instrumentum non erat cum dicta poena contenta in supra dictis cap. 23. et 24., evanescebat, si in articulo mortis debitoris debitum non erat petitum a creditore, lib. 3, cap. 25. num. 1. Quod tamen recessit ab aula, et id servatur tantummodo in scripturis privatis, ut dicetur in sequenti.

Tit. 16. Probatio per privatas scripturas.

Si ex scriptura privata probatio oriebatur, ipsius debitum, si in articulo mortis debitoris a creditore petitum non erat, evanescebat scriptura cum ipso debito, lib. 3, cap. 25. Limitabantur praedicta, primo: si creditor eo tempore non fuerit in urbe. Secundo: si debitor repentina morte moreretur. Tertio: si extra urbem idem debitor extremum diem clauderet, lib. 3, cap. 25. num. 2, 3, 4. Adverte tamen textum loqui de charta, quae cum in statutis nominatur, semper significat instrumentum publicum, prout et hic dicens de charta sine usura et poena de quinque in sex, quae aliter dicitur instrumentum factum Renunciando; et tamen scripturae omnes publicae, licet non sint factae Renunciando, non indigent dicta petitione. Et hoc est in viridi observantia, prout etiam est, quod dicta solemnitas per-

tinet ad scripturas privatas, ut apparet in annotationibus meis sententiarum, licet in ipsis dictus textus allegetur.

Tit. 17. Probatio per testes.

Solebant enim assignari testes in rebus mobilibus, hoc est rogari, et coram judicibus produci, qui non rogati rejiciebantur, lib. 3, cap. 29. Et si testes dicebant se non reminisci fuisse rogatos, fides illorum revocabatur in dubium, et remittebatur arbitrio judicantium, lib. 3, cap. 34.

Repellebatur a testimonio pater, filius, socer, gener, cognatus et omnes attinentes usque ad secundum gradum inclusive. Statutum enim lib. 3, cap. 30, repellit attinentes in illo gradu, contra quem advocati attinentes advocare nequeunt, qui sunt supra dicti, ut constat in libro 2, cap. 6. num. 2.

Datis nominibus testium comiti, ipse illos vocare jubebat sub certa poena, quos jurare faciebat de veritate perhibenda, et postea examinabat semotim et singulatim, interrogando illos praesertim de loco, de tempore, de quibus, licet deponebant non reminisci, valebat testimonium illorum, lib. 3, cap. 34. Sed si in eis non concordabant, minime valebat, lib. 3, cap. 34.

Tit. 18. Testium publicatio et reprobatio.

Testes examinati publicabantur, et si adversa pars illorum reprobare volebat, utique poterat, lib. 3, cap. 35, et fides illorum erat judicibus arbitraria, lib. 3, cap. 36.

Plura ad testes attinentia videbis in verbo Testes.

Tit. 19. De sententia.

Causae probationibus factis, judices in scriptis sententiam ferebant. Lib. 3, cap. 37.

Tit. 20. De caractis et expensis litis.

Succumbens in judicio solvebat judicium, hoc est sportulas et expensas factas in lite. Lib. 3, cap. 38.

Tit. 21. De aptagi.

Plura scribuntur de solutione aptagi, sed varie et obscure, ita ut nunquam potuerim satis percipere certitudinem, quid fuerint aptagi. Vide lib. 3. cap. 46. num. 4 et 16. Et nota, caractos solvi a victo, aptagos a victore, lib. 3, cap. 46. et lib. 1, cap. 19. Ab utraque solutione archiepiscopus solutus erat, lib. 1, cap. 19.

PRAXIS PARVAE CURIAE videatur in verbo Judices minoris curiae, vers. 10. usque ad finem.

PRAECEPTUM, vide: Praxis judiciaria, tit. 1, ubi agitur de citatione.

PRAECONIZATIO, vide: Venditio rei stabilis, vers. 2.

PRAESCRIPTIO EX MURALI OPERE acquiritur octo diebus. Lib. 5, cap. 13. et lib. 8, cap. 37.

2. Octo dies praedicti intelliguntur labere a die habitae notitiae novi operis a patiente praejudicium ex eo, intra quos possit uti jure suo,

14. Venditor damnatus ad jurandum super evictione, si jurare recusaret asserens non posse recta conscientia, juret, ut in textu. Lib. 5, cap. 37. num. 4.
15. Venditore jurante, emptor recipiat ab eo pretium solutum. Lib. 5, cap. 37. num. fin.
16. Res vendita possit remensurari intra annum a die praeconizationis supputandum et non postea, et si invenietur plus vel minus, alteri ab altero satisfiat. Lib. 8, cap. 49. numero 1, 3.
17. Remensuratio praedicta fiat cum pertica reipublicae, non tugnis. Lib. 8, cap. 49. num. fin.
18. Emptor solvat in termino pretium venditionis; alioquin vendatur de praediis ejus ab officialibus, a curia deputandis. Lib. 8, cap. 31. num. 1, 2.
19. Bonis emptoris non sufficientibus pro dicta solutione, persona illius in castellum ponatur et detineatur. Lib. 8, cap. 31. num. 3 et fin.
20. Amplia, ut contra dictum emptorem procedatur ad venditionem bonorum ejus, verum etiam et ipsius rei ei venditae, et etiam ut detineatur in castello, derogando statutis aliter disponentibus. Lib. 8, cap. 67.
21. Res praedicta vendita posset ab aliquo praetendi esse ei obligata vel esse illius. Ideo super utroque capite tractabimus in duobus sequentibus verbis.

VENDITIONI REI OBLIGATAE intra tres menses a die praeconizationis se praesentans doceat de obligatione, solvatur de pretio deposito; postea vero non audiatur. Lib. 5, cap. 35.
2. Primo limita dictam regulam non habere locum in venditione facta pro dotandis filiabus vel sororibus, quo casu creditor procedat contra alia bona debitoris, et quod deficiet, satisfiat ei de dicto pretio, et non aliter. Lib. 5, cap. 38.
3. Secundo limita non habere locum in venditione, facta praesente creditore et in testem in instrumento dato, qui super ea ab emptore nihil petat. Lib. 5, cap. 40. num. 1.
4. Sublimita dictam limitationem non habere locum in consulibus, pro judicibus instrumentariis positis. Lib. 5, cap. 40. num. fin.
5. Nemine intra tres menses comparente, pretium venditori detur, nec postea contra emptorem aliquis audiatur. Lib. 5, cap. 35. num. 3.
6. Limita dictam regulam non procedere, si praetendens rem venditam sibi esse obligatam tempore venditionis esset absens ab urbe, quo casu, quandocunque redierit intra annum, possit uti jure suo. Lib. 5, cap. 35. num. 4, 5.
7. Corrigitur dictus terminus et datur biennium, intra quem non se praesentans, ulterius non audiatur. Lib. 8, cap. 72.
8. Sublimita dictam limitationem non procedere contra domos oneratas pensione solvenda reipublicae vel ecclesiis, quae minime in dicto termino praesentatae, jus illarum non amittunt. Lib. 5, cap. 35. num. 9 et fin.
9. Amplia dictam sublimitationem extendi etiam ad speciales personas, quibus solvitur affictus. Ibidem.

*

16. Vinum in insulis colligendum possit in eis vendi. Vide in verbis nominis earum.
17. Vinum e Stagno vel Puncta Rhacusium advehens, perdat partem Stagni vel Punctae. Vide in verbo Stagni.
18. Primo limita non habere locum in unoquoque, qui possit vehi ab omni navicula illinc discessura, pro usu intervenientium in ea. Lib. 6, cap. 65. num. 2.
19 Secundo limita non habere locum in ecclesiasticis personis, quae non incidant in dictam poenam, sed ut laici eorum praedia non colant, neque eis inserviant, alioquin ipsi in dictam poenam incidant. Lib. 6, cap. 65. num. 4.
20. Tertio limita dictam regulam non praejudicare privilegiis, comitibus ab antiquitate concessis. Lib. 8, cap. 80. num. fin.
21. Quarto limita non procedere in mercatoribus peregre venientibus, qui possint advehere vinum, ut in statutis officialium vini. Lib. 6, cap. 65. num. 7.
22. Navicula advehens supradictum vinum comburatur, et nautae plectantur poena consueta. Lib. 6, cap. 65. num. 5.
23. Gratia poenarum contentarum in dicto cap. 65 fieri nequeat, et arrengans vel nominans eam damnetur, ut in textu dicto. Ibidem num. 6.
24. Poenae contentae in dicto cap. 65. minuuntur in lib. 8, cap. 80. num. 2, nulla facta derogatione vel mentione dicti cap. 65. Quamobrem crederem dictum cap. 65 posterius esse cap. 80, lib. 8.
25. Vectigal vini solvebant clerici, monasteria et laici. Lib. 8, cap. 54.
26. Vectigal praedictum sublatum et irritum. Lib. 8, cap. 54. num. fin.

VIR CONJUGATUS possit testari omnia bona sua. Lib. 4, cap. 59.
2. Limita dictam regulam non procedere in viro relinquente filios, qui nequeat legare ultra quartam partem bonorum, et illam pro anima. Lib. 4, cap. 17.
3. Sublimita limitationem non habere locum in casibus expressis in lib. 4, cap. 23.
4. Abrogatur dicto statuto cap. 17 et cap. 23 libri 4, ut pater absolute et sine ulla causa possit testare omnia bona sua, cui voluerit. Lib. 8, cap. 94.
5. Limita: pater decimam partem bonorum etc.; ex qua illos exheredare nequeat. Lib. 8, cap. 94. num. 3.
6. Bonorum testatoris tres partes ab uxore fruantur, de quarta pro anima legata exequatur voluntas illius. Lib. 4, cap. 6 et 7, et eodem libro, cap. 59.
7. Amplia, ut in verbo Uxor, vers. 4.
8. Limita dictam regulam possessionis uxoris habere locum, ipsa possidente lectum dicti viri; alioquin sit contenta dote sua et legato, si quod ei factum fuerit. Lib. 4, cap. 7. num. 3.
9. Viri intestati hereditas, ad quos et quomodo pertineat. Vide: Hereditas intestati.
10. Uxor sit subjecta viro. Lib. 3, cap. 7. num. finali.
11. Vir possideat omnia bona uxoris praemortuae. Lib. 4, cap. 7. num. finali.

pertinentium ad ejus filium, qui illam legavit, cujus legati executio statim fiat, etiam vivente matre. Lib. 4, cap. 19 num. fin.

7. Adverte statutum praedictum cap. 19. in fine loqui de patrimonio filii, ut in dicta tertia ampliatione, sed lib. 4, cap. 49. videtur nedum dispositum, ut non distrahatur dicta quarta pars a possessione matris, sed etiam universaliter videtur intelligi. Mater possideat omnia bona filii, qui textus intelligendus est per dictum cap. 19.

8. Secundo limita primam conclusionem, de qua vers. 1, non procedere, nolente dicta muliere possidere lectum dicti viri, sed volente extrahere dotem suam, quam habeat et dimittat domum et bona viri, habitis expensis ex eis, quousque ei restituta fuerit dos. Lib. 4, cap. 32. num. 1 et eodem libro 4, cap. 33. num. 1.

9. Primo sublimita dictam secundam limitationem non procedere, si dicta mulier haberet filios cum dicto viro, quo casu ab eis separari nequeat, non contractis secundis nuptiis. Lib. 4, cap. 32. num. 2, 3 et eodem lib. 4, cap. 33. num. fin.

10. Secundo sublimita limitationem non procedere, volente dicta muliere vidua permanere, quo casu dotem ex bonis viri non possit extrahere. Lib. 4, cap. 32. num. fin.

11. Tertio limita dictam primam conclusionem non procedere in muliere volente contrahere secundas nuptias, quae sit contenta dote sua et re ei legata a viro. Lib. 4, cap. 7. num. 3.

12. Amplia dictam limitationem, ut dicta mulier ejiciatur a domo viri, si quaesivisset novum conjugem. Lib. 4, cap. 7. num. 4.

13. Quarto amplia dictam primam conclusionem, ut intelligatur de omnibus bonis stabilibus pro vita illius sustinenda, non autem de mobilibus, quae possint a dicto viro legari etc. Lib. 8, cap. 43. num. 1 et fin.

14. Sublimita dictam limitationem, ut si stabilia non sufficerent dictam mulierem alere, vel nulla essent, addatur ei de dictis bonis mobilibus, secundum concordiam inter partes ineundam, quam si inire non possent, declaratur a minori consilio. Lib. 8, cap. 43. num. 3, 4.

15. Mulier praedicta bona, ut praefertur, possidenda neque alienare, neque obligare possit. Lib. 8, cap. 43. num. 2.

16. Limita dictam regulam non procedere, si ultra stabilia alia bona non fuerint et ipsa stabilia adeo modica, ut judicio minoris consilii dicta mulier non possit illorum fructibus ali, quo casu possit vendere nonnulla ex eis, juxta mandatum minoris consilii. Lib. 8, cap. 43. num. 5.

17. Mulier praedicta recte vineas gubernare faciat, secundum consuetudinem Rhacusii. Lib. 8, cap. 43. num. 6.

18. Habeat alimenta et alia necessaria ex bonis viri, donec dos ei restituatur. Lib. 4, cap. 33. num. 5.

19. Dos praedicta, quomodo exigenda. Lib. 4, cap. 33.

20. Et quomodo, quando a viro posita est in fraternam societatem. Vide in verbo Fratres dotes, vers. 4.

21. Et quando ponenda est, vel non, vide: Fratres dotes, vers. finali.

22. Prius nubat pater filias primae uxoris, postea secundae. Lib. 4, cap. 34.

23. Filiis primae uxoris volentibus a patre dividi, ipse restituat dotes

matris et uxorum eorum, si a patre receptae fuerint, quod indiget probatione. Lib. 4, cap. 56. num. 1.

24. Filii praedicti, ut praefertur, a patre divisi, eis ipsis acquirant. Lib. 4, cap. 56. num. 2.
25. Pater volens separare a se filios primae uxoris, quomodo procedat. Vide in verbo Pater dividere, vers. 4 cum sequentibus.
26. Filii praedicti partes patrimonii post mortem patris habeant. Lib. 4, cap. 56. num. fin.
27. Contrarium disponitur lib. 4, cap. 55, videlicet: quod in divisione bonorum suorum cum filiis primae uxoris procedatur pro virili, ita ut singuli filii et pater singulas partes habeant. Sed possunt conciliari praedicti textus, ut pater dividat bona sua juxta dictum cap. 55 et omnes partes detineant, ut in verbo Pater dividere, vers. 3.
28. Possit testari bona sua et illorum quartam partem pro anima statim persolvendam, non obstante possedio viri. Lib. 4, cap. 59 et lib. 8, cap. 95.
29. Primo limita dictam regulam non procedere in muliere habente filios, quae testari possit tantummodo quartam partem dotis et vestimenta. Lib. 4, cap. 57 in fine, et lib. 4, cap. 42, et lib. 4, cap. 47 in fine.
30. Amplia dictam quartam partem procedere tam in stabili, quam in mobili ejus. Lib. 4, cap. 39 et eodem lib. 4, cap. 40.
31. Primo limita non procedere, si haberet patrem, matrem, ex cujus bonis dotem habuit, fratres, sorores vel nepotes ex fratribus, quo casu mulier non habens filios, possit testari medietatem dotis; altera vero ad propinquiorem praefatorum pertineat. Lib. 8, cap. 95.
32. Mulieris intestatae bona sint filiorum ejus. Lib. 4, cap. 41 et cap. 42.
33. Limita: praeter quartam partem, quam vir ejus statim pro ejus anima distribuat. Lib. 4, cap. 59. num. 7.
34. Quoad hanc hereditatem mulieris intestatae, vide multa in verbo Hereditas intestati.
35. De pacto viri et uxoris schepatorum, vide: Vir conjugatus, versiculo finali.
36. Mulier non possit contrahere debitum majus iperperorum quinque, etiam cum consensu viri sui, et si contraheret, non praejudicet doti et bonis suis. Lib. 8, cap. 32.
37. Viri mortui sine testamento bona ostendat judicibus jurejurando, ut describantur etc. Vide in verbo Hereditas intestati, vers. 16.

UXOR SECUNDA non possit a viro capi, non restituta prius dote prioris uxoris. Lib. 4. cap. 24.

2. Si caperetur etc. Vide pertinentia ad dotem in verbo Dos.
3. Bona dicti viri bigami 30 diebus et non ultra possideat, et postea capta dote sua domum viri exeat, cum solemnitate in textu expressa. Lib. 4, cap. 30. num. 1 et fin.
4. Limita dictam regulam non procedere, si dicta secunda uxor haberet filios cum eo, quo casu intra dictum tempus dividat bona inter filios suos et privignos, et possideat lectum et partes filiorum suorum. Lib. 4, cap. 31.
5. Sublimita limitationem habere locum, quatenus ipsa vellet possidere lectum viri, alioquin neque partes filiorum habeat, neque praedictum

Finis indicis statutorum.

III. Apostillae.

A) Adnotationes marginales cum observationibus ad leges illustrandas.[1]

*L. I cap 3 *insertum contextui:* Ista rubrica in veteri codice cum ejus capitulo contenta in novo est deleta, nec aliud illius in eo reperitur, nisi tantum dicta rubrica in indice hujus primi libri: textus vero illius correctio talis est *(sequitur textus sicut in C).*

L. I cap. 21 num. 12. In vetusto codice vidi scriptum, abbatem[2] debere eligere et praesentare d. comiti duos procuratores et unum advocatum ad illos confirmandos, quibus procuratoribus et advocato d. comes debebat dare juramentum de fidelitate exercenda (var. de fideliter exercendo), sed hoc in Justiniana constitutione; textus autem non est Danduli[3], et sic correctio illius.

L. I cap. 23 num. 9. Haec correctio[4] pertinet ad capitulum subsequens.

L. I cap. 23 num. 10. In Consilio Rogatorum die 10 aprilis 1473 data fuit quarta pars rei inventae in mari inventori, reservato jure in ipsa quarta parte ecclesiae, de qua in textu.

L. I cap. 24 num. 1. Correctionem vide (var. videbis) supra immediate.

L. I cap. 31. Abrogatum in fine cap. 52 num. 1 libri 8.

L. II cap. 4 num. 2. Derogatum huic clausulae in Viridi cap. 419.

L. II cap. 5 num. 1. Derogatum huic parti in Viridi cap. 419.

L. II cap. 6 num. 2. In Viridi cap. 357 dist. 19 in fine.

L. III cap. 5. Revocatum lib. 8 cap. 25.

L. III cap. 18. Vide in Croceo, charta 153, ubi ait, quod idem ordo servandus sit in litigiis de recomanditiis cum ricordo.

*L. III cap. 22. Nota quod in margine codicis Reipublicae scripta sunt haec verba, videlicet: Revocatus est iste ordo in Libro Viridi fol. 21.[5] Hoc est cap. 75. Quod minime verum est, nam in illo capitulo tractantur protestus facti a Republica Racusina Catarenis, in quibus tantummodo loquitur de cartis registrandis, secundum ordinem factum per Filipum Be-

---

[1] Adnotationes marginales Francisci de Gondola, quas ipse apostillas vocat, codicum magna pars imperfectas praebet. Praestantissimus hujus recensionis codex Zagrabiensis major (Academiae Slavorum meridionalium) post libri quinti exordium nullas exhibet notas marginales, et quas in l. I–IV praebet, non sunt omnes. Idem occurit in aliis exemplaribus, ubi praeterea margo ipse interdum a bibliopegis plus debito est abscissus, verbis adnotationum laesis et praecisis. Nos in hisce adnotationibus edendis maxime secuti sumus Zagrabiensem minorem, scriptum 1725 per Matthaeum de Ghetaldis (ejusdem Academiae Slavorum meridionalium), et codicem gentis Saraca, chart., saec. XVII–XVIII (nunc apud V. Bogišić), cum textu ex D., cum notis vero et indice ex E. Quae in cod. Sar. desunt, asterisco notavimus. In editione nostra adnotationes cum observationibus ad leges illustrandas seorsum posuimus ab illis, quibus verba obsoleta interpretantur, quas secundo loco collectas exhibemus.

[2] Videlicet abbatem monasterii Lacromonensis.

[3] Scilicet Marci Danduli, comitis Ragusii, ib. cap. 21 num. 12, p. 15.

[4] Additio capituli 23, facta a 1308, p. 17.

[5] Vide supra notas marginales codicis C. p. 250 editionis nostrae.

lignum, comitem Racusii, anno 1341, indictione 9, die 25 januarii, quod vide in libro 8 statut., cap. 90.[1]

L. III cap. 23. Sublata est haec poena et constituta 10 pro 100, in Viridi cap. 420 et in Croceo sub titulo de poena, chart. 2.

L. III cap. 24. Vide annotationem in praecedenti capitulo.

L. III cap. 25. Computato in articulo mortis non denunciato non statuitur, Sententia Consulum 1523 fol. 94, Ser Nicolaus etc. Testes contra debitorem defunctum non valent, si in morte ejus hoc debitum ab eo non fuit petitum, quod procedit etiam in creditore forensi. Sententia Consulum 1464, 19 maij fol. 160, Tufredus Segna etc.

L. III cap. 29. Statutum hoc olim maxime fuit observatum, ut in Sententiis Cancellariae 1440 in 42, 27 julii (var. 7bris) f. 51, 1461 in 62 f. 132 et 170, 1481 27 octobris f. 368 et infinitae. Forma assignationis erat: „Estote testes assignati, de verbis quae intellexistis“, ut in Sententiis 1444 in 46, 29 martii f. 1. Haec assignatio nunc discessit (var. recessit) ab aula, et indistincte admittuntur testes.

L. III cap. 29. Super rebus mobilibus non valent testes non assignati saltem ab una parte, et ideo mediatores et accordatores negotii non probant. Sent. Canc. 1467, 15 maji, f. 160.

L. III cap. 33. In causa in qua infligenda est poena sanguinis, unicus testis non probat, sed requiruntur duo. In aliis causis criminalibus sufficit unicus, quod est recessum ab aula, nisi in casibus in jure expressis; in aliis vero causis quas civiles esse intelligo, unicus testis non valet.

L. III cap. 34. Ita in Sententiis Cancellariae 1481 f. 268, 1461 in 62 f. 132 et 170, et 1444 in 46 29 martii f. 1. Assignatio ista recessit ab aula. Vide, quae notavi in margine supra cap. 29.

L. III cap. 35. Oppositio reprobationis fiat publicata intentione, vel saltem ante petitionem libellorum, alioquin sunt idonei testes et contra eos nemo audiatur. Et reus fuit absolutus ob testium adversarii reprobationem. Sent. Cancellariae 1434 in 36 17 9bris f. 65, 1460 29 Xbris f. 67, 1476 26 junii f. 94.

L. III cap. 38. In maleficiis reus non inventus culpabilis, judicium non solvat, lib. 8, cap. 87.

L. III cap. 41. Potest aboleri testamentum, etiamsi scriptum fuerit in librum publicum notariae, si est factum contra formam statutorum, ut apparet in Testamentis Notariae 1539 f. 30 et in Lib. Rogat. Consilii 1565.

L. III cap. 44. Idem, de citato super mercato, generaliter disponitur lib. 8 cap. 40.

L. IV cap. 1 num. 5. Limita in casu, de quo in cap. 52 num. 6 infra eodem libro.

L. IV cap. 1 num. 15. Carta dotis posterior praeceditur in exactione ab instrumentis anterioribus. Sententia Cancellariae 1440 in 42, 21 junii, fol. 62.

L. IV cap. 2. Restringitur haec obligatio usque ad ippos 5: lib. 8, cap. 32.

L. IV cap. 4. Dos non potest assignari sine carta, et assignatio aliter facta non probat. Sententia Consulum 1443, 21 januarij, f. 7.

L. IV cap. 6. Latius infra cap. 59, eodem libro.

L. IV cap. 7. Maritus non potest per testamentum suum contrafacere possedio uxoris, nec alium partitum (?) ab ordinibus non requisitum

[1] Haec nota legitur solummodo in codice summi c. r. tribunalis Vindobonensis.

imponere. Haec regula fallit in legato pro anima sive pro conscientia ejus etiam facto fratri, in quo potest disponere usque ad quartam partem bonorum suorum, sed non ultra. Sententiae Cancellariae 1469, 24 maij, fol. 44.

L. IV cap. 8. Annuli, quos vir tenetur dare uxori aestimantur ypp.(?) 15. Sententiae Cancellariae 1536 f. 233 die 29 Xbris, Nicola etc., 1556 fol. 35, 1532 f. 274.

L. IV cap. 16. Vide infra eodem libro, cap. 55.

L. IV cap. 17. Pater potest testari omnia bona sua, cui et quomodo ei placuerit: lib. 8, cap. 94.

L. IV cap. 19 num. 6. Vide infra eodem libro, cap. 49.

L. IV cap. 20 num. 3. De divisione idem in capitulo sequenti, de testimonio idem in lib. 3 cap. 30.

L. IV cap. 21. Die 21 Xbris 1489 fol. 272 judicatum fuit a Consulibus: partitionem inter fratres factam sine consensu matris et libertate Minoris Consilii non valere.

L. IV cap. 23. Pater potest exheredare filios sine aliqua causa, in textu expressa vel alia, lib. 8, cap. 94. Causae exheredationis in textu expressae sunt sumptae ex §. Aliud, versiculo Causas, in Authentico: ut cum de appellationibus cognoscitur, et Auth. Non licet, Codicis, De liberis praeteritis vel exheredatis.

Lib. IV cap. 24. Verba testatricis: „Lasso le mie terre a Titio dopo la morte del mio marito“, cum praesumatur mulierem scivisse hoc statutum 24, quod loquitur de transeuntibus ad 2a vota, et testatrix ei non derogavit, censeatur legatum reliquisse in dispositionem dicti hujus statuti, videlicet ut dictas terras restituat heredi suo, transiens ad 2a vota. Sententia Cancellariae de 1499, 10 junii, 103 apposita.

L. IV cap. 27. Homicida potest quasvis obligationes facere pro dote danda filiae vel sorori, non obstante statuto l. 6, cap. 2. Sententiae Cancellariae 1499 31 martii f. 190, ubi citatur hoc statutum.

L. IV cap. 29. Dos data filiae, extantibus masculis, non computatur in dotem maternam. Sent. Cons. 1482, die 8 martii fol. 19 etc. Deficientibus vero filiis masculis, filiae primae uxoris debent dotari de dote materna. Sent. Consulum 1487 f. 241.

Pater debet dotare filias de bonis suis, et non de dote materna. Et hoc statutum intelligitur id loqui de viro habente filias cum pluribus uxoribus, et non cum unica, propter aequalitatem inter eas servandam. Sent. Cancellariae 1469, 27 maij f. 32 apposita.

L. IV cap. 30. Vide apostillam fol. 139 [cap. 4], quae citat hoc cap. 30.

L. IV cap. 31. Vide infra eodem libro cap. 40 de secundo viro.

L. IV cap. 32. Et ideo judicatum fuit anno 1519, 8 junii, f. 167, mulierem quae exegit dotem in bonis viri, expellendam esse a possessione bonorum illius.

L. IV cap. 33 num. 1. Vide eodem libro cap. 52.

L. IV cap. 33 num. 6. Sicut alimenta debentur mulieri ex bonis viri, ita debentur et cessionario ejus, quia repraesentat personam dictae mulieris. Sententiae Consulum 1446, 18 februarii, ubi acceptatur (citatur, cod. Sar.) semper ita fuisse executum, juxta hunc ordinem.

L. IV. cap. 35. Laborerium factum super bonis dotalibus non servetur, requisita forma juris, et sine testibus idoneis et libertate minoris consilii amittitur. Sententia Cancellariae 1502, 19 Xbris fol. 324, Lucas

etc.; 1514 19 9bris fol. 282, Ser Andreas etc.; 1545, 20 aprilis, Ser Andreas etc.

L. IV cap. 38. Eodem libro cap. 42 disponitur hoc, muliere non habente filios ex prioribus.

*L. IV cap. 39. Vide apostillam fol. 139 (cap. 4), ubi citatum invenies hoc caput 39. — Idem, supra cap. 30 libro eodem, de uxore secunda.

L. IV cap. 40. Vide supra cap. 30 et 31, eodem libro, de secunda uxore.

L. IV cap. 41. Mulier habens filios non potest de bonis ei ab alio legatis vel alio modo deventis, nisi 4am partem, et etiam pro anima testari. Sent. Cancellariae 1470 f. 30, 1471 f. 67, 1453 fol. 63, 1434 f. 249, 1492 f. 62, 1494 f. 43, 1544 f. 89, 1567 f. 88 Ser Jacobus etc.

L. IV cap. 42. Hoc procedit etiam, si cum prioribus filios habuerit, ut supra cap. 38 num. 2.

*L. IV cap. 45 num. 1. Observa limitationem in subsequenti capitulo.

*L. IV cap. 46. Nota hoc capitulum esse limitationem numeri finalis praecedentis capituli.

L. IV cap. 47. Statutum hoc exclusivum restringitur tantummodo ad bona parentum dotantium, et non aliorum consanguineorum. Baldus in lib. I Codicis de legitimis heredibus, quem refert et sequitur Corneus(?) const. 97 n. 8 lib. I.

Filia possit (var. potest) cogere patrem officio judicis, ut eam maritet et dotet: lex Qui liberos Digestorum de ritu nuptiarum. — Et cap. 37 eod. libro.

*L. IV cap. 49. Statutum super his eodem libro c. 19 num. 7, quod statutum hoc judicio meo significat.

*L. IV cap. 50. Latius eodem libro cap. 28. — Idem eodem libro in fine cap. 63.

*L. IV cap. 52. Et sic, dos in omni casu non est salva, ut supra eodem libro cap. 1 num. 4.

*L. IV cap. 55. Vide supra, eodem libro cap. 16.

*L. IV cap. 58. Enuntiatum et confirmatum in Viridi cap. 437.

*L. IV cap. 59 num. 1 (ad verba „inter ipsos tale jus"). Hic dicit etiam „filios", sed cum superfluum existimassem, resecavi verbum inutile et obscurum.

Ib. num. 7. Limitatum hoc in fine l. 8 c. 95 num. 8. Commutatum in auxilium fabricae S. Blasii, capitulo finali eodem libro 4, et postea revocatum libro 8, cap. 43, et nota ibi apostillam.

*L. IV cap. 63. Idem supra eodem libro cap. 50 num. 5.

*L. IV cap. 76. Limita hanc regulam, ut in capitulo sequenti. — Abrogatum huic statuto lib. 8 cap. 42 numero 23.

*L. IV cap 77. Hoc statutum limitat regulam positam in praecedenti num. 2. Abrogatum libro 8, cap. 42 num. 23.

L. IV cap. 80. Pars ista patet supra eodem libro, cap. 59, quae abrogata fuit libro 8, cap. 43, et ibi nota apostillam.

L. V cap. 8. Non potest fieri solare ex opposito solari vicini, neque fenestra fenestrae. Sententia Cancellariae 1494, 13 8bris, f. 161. M. An(ton)ius(?) etc.

L. V cap. 13. Re locata Titio diruta et a Cajo fabricata, sine praesentatione Titii, Titius postea minime audiendus est. Sent. Consulum 1498

in 9, 21 8bris, fol. 297, appellatum et citatum hoc statutum. — Idem ad verbum statuitur lib. 8, cap. 37.

L. V cap. 23. Apostilla haec super c. 23: Quilibet debet habere viam ad suum praedium, secundum antiquam consuetudinem, et viae antiquae debent permanere; ideo via occupata a patrono dicti praedii, nova a vicino non est ei permittenda. Sententia Cancellariae 1498 in 9, 20 Xbris, fol. 69.

Per viam quam domini praediorum ob suam commoditatem fecerunt, non possunt ire vicini ad sua praedia, et maxime cum sit via communis, per quam commode ire possunt; nam statutum istud hoc concedit non habentibus viam. Sententia Cancellariae 1494, 24 9bris, fol. 227. Anuhla etc.

L. V cap. 35 num. 7. Dictio ista possessionum comprehendit domos. ut cap. eodem num. 9 in fine. — Sententia Cancellariae 1497, 13 martii, fol. 45, Ser Stephanus etc.

— num 10. Creditor qui pro credito suo se venditioni proprietatis non praesentavit, sed postea tenutam in pretium illius ingressus est, ipsum pretium habeat, non obstante quod se non praesentaverit. Sent. Cancellariae 1501. 2 Aprilis, fol. 51.

Venditio facta sine expressione angaridii debiti thesaurariis tenet, nec rescindi debet, sed thesaurariorum affictus solvendus omnino est. Sent. Cancellariae 1477, 10 martii, fol. 33.

Item angaridium debitum procuratoribus S. Mariae debetur eis, licet in venditione facta rei venditae non sit expressum, nec a procuratoribus praesentatum. Sent. Cancellariae 1493, 4 9bris f. 4.

L. V cap. 36. Nota quod intra mensem debet quis praesentari, sed nota quod disponitur Libro Viridi, cap. 487. num. 43, quod praesentatus, ut supra, possit intra alium mensem sequentem declarare praesentationem suam.

In Libro Viridi dicto capitulo 487, num. 46, detrahitur unus mensis, et praefigitur absenti biennium. Et infra l. 8 cap. 72.

L. V cap. 39. Declarationem factam per publicam scripturam judicatum fuit non posse infrangi per testes, cartarum enim evacuatio (ex hoc statuto) per testes probari non potest. Sent. Canc. 1545, 23 Xbris, fol. 205, Pasqualis etc. Cons. 1506 fol. 155.

L. VI cap. 4. Hoc statutum procedit in furto non excedenti ippos (var. ippa) 100, sed in ascendenti et excedenti, laqueo suspendatur. Et etiam idem juris sit in furto commisso in apothecis et domibus non habitatis, apertis postibus vel ruptis. excedenti ipp. 30. Croceus, carta 22.

*L. VI cap. 11. Vide lib. 8 c. 24 cum ceteris in margine notatis.

*L. VI cap. 16. Revocatus in f. cap. 75 lib. 8.

*L. VI cap. 17 num. 2. Amplia, ut non possit vendi a Spaleto usque ad Dirachium. Croceus. carta 21 num. 1 cum sequentibus.

*L. VI. cap. 78. Non possit majori (supple: consilio) proponi, nisi prius approbata fuerit in Consilio Rogatorum per duo tertia. Croceus. cart. 67.

Et per quot, in casu cap. 497 Libri Viridis, declaratum fuit in Cons. Rogat. 1487, 30 januarii, car. 141.

L. VII cap. 7. Idem juris sit de navi naufragium passa, ut declaratur in sententia lata in Libro Sententiarum 1440 in 1442, die 19 juli, fol 67, approbata in appellatione, et in 1492, 2 augusti, fol. 159. Idem in

damno a pyratis passo, Sententia Consulum 1495, 10 aprilis, fol. 83 a tergo, 1442, 2 maij, fol. 49. Statutum hoc extenditur ad omnes casus damnorum, tam terra quam mari factorum, ut declaratur in sententia lata 1497, die 7 junii, fol. 134.

L. VII cap. 11. Adduntur huic capitulo et aliae graviores poenae in Croceo, cart. 151, in meo[1] fol. (lacuna).

L. VII cap. 14. Declarationem istius capituli vide in Croceo.

*L. VII cap. 22. Augetur poena in Croceo, carta 151, et statuitur, ut procedat etiam contra nautas ad partem.

L. VII cap. 23. Nautis qui propter infirmitatem in terra remanserunt, solvendum omne lucrum, quod navigando percepissent. Sent. Cancellariae 1473, 24 maij, fol. 80, Radoicus etc.

L. VII cap. 26. Additur huic capitulo in Croceo, carta 151.

L. VIII cap. 7. Vide notam in margine et hoc eodem 8. libro, cap. 32.

L. VIII cap. 24. Vide supra lib. 6, cap. 11. Vide Reformationum cap. 6 et Librum Virid. cap. 328 in fine.

L. VIII cap. 25. Vide supra lib. 3 cap. 5 et per totum librum 3.

L. VIII cap. 29. Filio mortuo, patre illius non superstite, mater est propinquior ei omnibus aliis personis, et ideo ei ipsa intestato succedat, excluso illius fratre patruele. Et ad hoc statutum respondet: illud non procedere in adultis et testabilibus. Sententia Cancellariae 1498, 5 9bris f. 270, 1498 in 9, 12 Xbris, f. 21. a tergo.

— ib. num. 4. Mandante testatore, ut bona sua vadant ad proximiores, intelliguntur testatoris ex illa linea, unde dicta bona exierunt. Sententiae Cancellariae 1467, 4 aprilis, f. 145 approbata.

— ib. num. 5. Interpretationem clausulae hujus et in quolibet alio casu, vide in Sent. Cancellariae 1509 f. 263 et 313, 1540 f. 47 et 48, 1597[2], 12 februarii, f. 206.

L. VIII cap. 30. Et in domo et in ecclesia capiatur, Liber Viridis cap. 94. Postea erectum fuit tribunal Consulum, Liber Viridis cap. 164 cum sequentibus.

Quomodo in castello ponatur in quibusdam casibus, vide Librum Viridem cap. 167.

In Consilio Rogatorum decretum fuit die 24 augusti 1503 f. 157, quod debitores positi et in futurum ponendi in castellum, ad instantiam creditorum, debent comedere et dormire in palatio, et contrafacientes non intelligantur amplius positi, si creditores intra diem non gravarentur de rupto castello. Sed antequam ponantur in castellum, creditores jurent sese ipsos non ponere ex calumnia, sed recta intentione exigendi suum creditum.

L. VIII. cap. 32. Venditio rei dotalis a muliere facta, habente maritum, non valet etiam concurrente consensu mariti, nisi interveniat libertas minoris consilii, cum mulier maritata non possit obligari ultra ippos 5, ut apparet in hoc lib. 8, cap. 7 et hoc cap. 32, et etiam in Libro Viridi cap. 479, et quia dicta venditio est in praejudicium ejus filiorum, etiam postea natorum et nasciturorum. Sententiae Cancellariae 1493, 29 8bris, f. 157, Ser Franciscus etc.

L. VIII cap. 35. Vide notata supra cap. 24, libro eodem.

[1] In cod. Sar. desunt verba: in meo fol.

[2] Sic in codice Ghetaldi p. 268. Item in cod. Sar. (nota rescripta).

L. VIII cap. 37. Idem statuitur ad verbum supra libro 5, cap. 13.

L. VIII cap. 38. Quam formam, lege in libro 3, cap. 11.

L. VIII cap. 42 num 1. Confirmatur hoc statutum in Libro Viridi, cap. 237 n. 4 fol. 221, meo autem, folio . . . . . (lacuna, cod. Sar. jam post: 237).

— num. 2. Tutores adhuc vivi tenentur dare rationem de rebus pupillorum, per eos administratis. Jure enim divino et humano unusquisque ad hoc tenetur, quod idem facere debent heredes tutorum mortuorum per eorum sacramentum. Sententia Cancellariae 1497, 14 julii, f. 156. Ser Jacobus etc.

Debeant dare computum pupillo administrationis bonorum ejus, cum effectuali restitutione pecuniae remanentis. Sententia Consulum 1494, 10 9bris, fol. 203 a tergo.

— num. 20. Existentes sub tutela non possunt obligare bona sua, sine interventu tutorum et libertate minoris consilii. Sententia Cancellariae 1497, 20 februarii, f. 20.

L. VIII cap. 43. Consanguineus istius mulieris, super quibus bonis mariti ejus defuncti potest judicare, vide in Croceo.

— num. 3. Derogatum libro 4 cap. 59 et capituli fine, in quibus 4a pars bonorum alienabatur. Et licet textus posset intelligi de alienatione a jure non expressa, tamen pro dicta derogatione judicandum fuit in Sententiis Cancellariae 1504, die 17 maij fol. 104, quae sententia fuit approbata in appellatione, et ita fuit per hanc sententiam declaratum, et ita usu receptum est.

L. VIII cap. 49. Variae et contrariae invicem latae fuerunt sententiae super hoc statuto et verbo illo ejus *repassari*, ut in meis[1] annotationibus sententiarum. Tamen quodcumque (var. quomodocunque) sit, ista regula habet exceptionem, si quando in venditione appositum est pactum, ut fundus metiatur, quandocumque, etiam post annum metiendus est, non obstante hoc statuto qui per pacta recedi potest. Sententia Cancellariae 1532, 22 aprilis, f. 64, approbata in appellatione 1543, 6 augusti, f. 120.

Terrae venditae et non mensae possunt quandocumque post annum etiam 30. metiri; et hoc statutum videtur id loqui, quod terrae venditae, simul mensae, si intra annum non repassentur, hoc est iterum metiantur, amplius remetiri non possunt; et sic statuit diem non mensioni, sed remensioni, quod nota bene. Sententia Cancellariae 1496, 21 9bris, f. 243.

L. VIII cap. 62. Statutum derogatum est supra libro 3, cap. 55.

L. VIII cap. 72. Expedita venditione a praesentatis infra tres menses, si quis praesentatus vult sibi satisfieri ab emptore, ante elapsum biennium, debet ei cavere de indemnitate. Sententia Cancellariae 1491, 13 junii, f. 112. — *Contrarium vero vide in Sententiis Cancellariae 1491, 14 martii, f. 31—32.

Ampliatur Libro Viridi c. 487, ut procedat etiam contra praetendentes aliquod jus in re vendita.

L. VIII cap. 75. Statutum enunciatum est supra libro 6, cap. 16.

L. VIII cap. 90. Instrumentum cessionis seu potestatis instrumenti debiti, non registratum intra 30 annos, est nullius valoris et fidei. Sententia Cancellariae 1491, 30 Xbris, f. 272.

L. VIII cap. 94 num. 2. Statutum enunciatum est libro 4, cap. 17 et etiam libro 4, cap. 23. Vide in Sententiis Cancellariae 1511 f. 215.

[1] Meis: in solo codice summi c. r. tribunalis Vindobonensis.

ubi etiam declaratur in hujusmodi causis non dari terminum, nec refutum, et 1523 f. 152, 1537 f. 160. Ad filiam etiam dotatam a patre pertinet ista particula; ita judicatum est in Sententiis Cancellariae 1399 die 11 julii, f. 19.

— num. 5. Prius non poterat de eis disponere, habens filios, Reform. pag. 26 cap. 8.

L. VIII cap. 95. Nepotes ex fratribus concurrant cum patruis, repraesentantes omnes insimul personam paternam (cod. Sar. patris); ita declaratur hoc statutum Croceo carta 64 sub rubrica: Declaratio successionis, in Croceo meo (cod. Sar. omisit: meo) fol. . . . (lacuna).

— num. 8. Statutum enunciatum est supra lib. 4, cap. 59 num. 6.

*L. VIII cap. 98. Hoc statutum exemplatum est in Viridi cap. 3 et eodem libro renovatum c. 35, ubi tollitur exceptio, de qua in hoc numero 2o, et praesens statutum ibi deletum. In Viridi meo fol. . . . (lacuna).

B) Verborum obsoletorum interpretationes, adscriptae margini codicum.[1]

Ad l. I cap. 3: *Major curia*, de qua in multis locis hujus voluminis, antiquitus constabat ex quinque judicibus et comite, qui judices etiam minus consilium ingrediebantur, ita ut dictum consilium ex 12 viris constaret, annumeratis (var. enumeratis, connumeratis) sex consiliariis illius. Postea vero aucta Republica, cum negotiis ejus, necesse fuit et magistratus augere et jurisdictiones distinguere, quam ob rem erectum fuit tribunal consulum pro causis civilibus judicandis, ut in Viridi cap. 164, et judices praedicti minus consilium ingredientes consiliarii appellati fuerunt, unde 11 consiliarii postea minus consilium ingressi sunt. Sed quia praedicti judices etiam criminalia judicabant, erectum etiam fuit tribunal sex judicum criminalium, ut latius videbis (var. videbitur) congestum in indice Libri Viridis in verbo: Judicum criminalium tribunal, et in verbo: Consulum tribunal, ubi latissime.

[1] Auctorem nostrum adnotationes sive apostillas suas cum obsoletorum verborum interpretatione scripsisse in margine codicis, probat index ejus s. v. Aptagi, Navis ad Entigum, Vacca margarisii. In quibusdam codicibus saeculi XVIII (Vindobonensi supremi c. r. tribunalis, Jadertino c. r. tribunalis appellationum, scripto a. 1774 etc.) haec interpretationes non sunt adscriptae margini, sed collectae ad finem codicis ordine alphabetico in lexici forma, sub titulo: „Index dictionum seu verborum ignotorum, in hoc volumine contentorum," aut: „Interpretatio quarumdam vocum paulo obscuriorum, in his statutorum libris occurentium". Ignoti auctoris laborem imperfectum remansisse probant multa verba hujus indicis, quae sola sunt posita, sine ulla interpretatione: Afflatura, Angosiolae, Carariae viae, Cutellum, Gaifus, Galettae, Genta, Mezaticum, Milliarenses, Paraspodia, Pitantarius, Repustura, Romanatum, Scalumniatum, Schepati, Serpo, Sostaticum, Strossa. In opere Gondolae interpretionem eorum non inveniens, auctor alibi eam invenire conatus est, sed frustra. Sub verbo Compendium laudat Plinium (17, 22, 5) et Quintilianum (4, 1), sed addit: „textus autem noster dictam dictionem in cap. 43 libri 5 pro nulla dictarum significationum intelligit, sed . . . ." (lacuna punctis notata). Praeterea notat Calafodi esse insulam, „quam hodie Calamotam nuncupamus", Dalafodi Insulam Mediam, „quam nostrates corrupto vocabulo Lopud vocant"; Margarisium „vocabatur a nostratibus censum (sic), quem Respublica annuatim solvebat regi Bosnae"; Patacum „est dictio illirica, significans alveum torrentis".

Ad l. I cap. 16. *Vacca de margarisio.* Sciendum est Rempublicam Racusanam antiquitus solvisse censum regi Bossinae, qui *margarisium* vocabatur, in receptione cujus regii ministri tribuebant Reipublicae unam vaccam, ut legitur in decreto consilii rogatorum, edito die 23 novembris anni 1435 in hac substantia: „Prima pars est de acceptando nuncio Georgii Nicolich ad sibi dandum margarisium hujus presentis anni nomine regis Tvardki, quod regi debemus, dando nobis litteras opportunas et vaccam crassam, secundum usum". Et in alio decreto ab eodem Consilio edito die 3. maij anni 1436 declaratur dictum regem esse regem Bossinae. Et haec est vacca de margarisio, contenta in hoc cap. 16 et in pluribus aliis capitulis.

Ad l. I cap. 19. *Aptagi.* Vide infra apostillam lib. 3 cap. 46 num. 2, ubi expresse reperies citatum hoc capitulum.

Ad l. I cap. 28. *Carobae.* Significatio verbi istius est a me admodum aliena et licet dici potest (var. posset) quoddam genus monetae, ut in hoc capitulo apparet, nihilominus absolute non satisfacit. Vide inf. eodem libro cap. 33 num. 3.

Ad l. I cap. 29. *Angararii.* Verbum hoc apud Latinos non reperitur. Cognoscitur enim ex lectura hujus capituli eo nomine nonnullos homines appellatos fuisse, cujus exercitii vel officii, ex textu satis non percipitur. Ideo haec ponderanda sunt.

Angaria dictio idem est quod servitus. Suidas indicat vocem esse persicam, quod apud eos regii nuncii *agarii* dicerentur, unde et qui litteras invicem tradunt perferendas et certis itinerum spatiis mutabantur, ita dicuntur, ut latius in Thesauro linguae latinae in verbo *angaria.* Quae significatio posset convenire subjectae materiae, cum ex textu satis constat illos homines fuisse ministros publicos. Et sic dicendum esset verbum *angararii* esse corruptum et significare *agarii.*

Ad l. I cap. 30. *Aptagi*, vid. apostillam lib. 3 cap. 46.

Arboratico dicitur pensio a dominis navigiorum fienda ex dispositione legis, et dicitur ab arbore navis; denominatio ab antiquis nostris ita constituta, ut *casaticum* pro pensione domus, captum a casa.

Ad l. I cap. 32. *Contradictas.* verbum hoc accipitur pro re prohibita.

Ad l. I cap. 33. *Crux* significat supplicium, ut notum est. Tamen nostrates in terris extra Astaream cruce terminos signant, et ita censeo intelligendum fore in isto capitulo. *Carubis*, vide apostillam cap. 28 hoc eodem libro.

Ad l. I cap. 34. *Follarus* erat quaedam infima species monetae, quae nunc non reperitur. Est enim, ut ajunt, moneta aegyptiaca, quorum sex pro maidino in Aegypto expenduntur.

*Ad l. III cap. 13 num. 3. *Credentia.* Liber Viridis passim hoc verbo utitur, dum loquitur de accusatoribus pro accusatione (var. pro occultatione) videlicet, quod accusatores occultabantur: sed in hoc capite sumitur pro re credita, certa die solvenda; verum in cap. 39 et in cap. 40 lib. 3 sumitur pro fide.

Ad l. III cap. 19. *Stanicum*, quod verbum passim invenies in hoc libro 3o, significat dietam vel congregationem.

Ad l. III cap. 39. *Credentia* hic sumitur pro fide.

Ad l. III cap. 46. *Aptagi*, ignotissimum verbum est; in foro enim

nostro duplicis generis reperitur. Est enim aptagi titulus obligationis cujusdam, quae fit in cancellaria palatii et idiomatis illyrii cancellarii, quorum tales libri hoc speciali nomine insigniti sunt. Obligationes istae non indigent liquidatione per sententiam, sed paratam executionem habent, quod est in viridi observantia, licet aliquando liquidatae fuerint cum condemnatione expensarum, ut legitur in Sententiis Cancellariae anni 1481 sub die [lacuna] fol. 207. *Aptagi* vocabatur quaedam solutio unius pro 100m quantitatum litium, quae fiebat ab actore in ingressu judicii, ut in hoc capitulo, et differebat a caratis sive sportulis, ut lib. 1 cap. 19. Sed pro aptagis solvebantur etiam 10 pro 100, ut lib. 3 inferius hoc eodem capitulo, n. 16. Solutio enim ista erat arbitraria creditori, qui pro libitu eam facere poterat vel non, motus misericordia debitoris. Hoc eodem cap. n. 18 cum sequentibus. Unde inolevit consuetudo dictam obligationem celebrari sub hac forma: Titius dedit aptagi de misericordia Sejo etc., ut in dictis libris, ita ut ista duo genera videantur invicem habere quandam affinitatem.

*Ib. n. 16. *Aptagi.* Vide apostillam supra eodem capitulo nro 2, ubi citatum invenies hunc numerum 16.

*Ib. n. 18. *Aptagi.* Vide apostillam supra eodem libro, cap. 46, n. 2., ubi citavi numerum hunc 18.

Ad l. III cap. 56. *Messitatio* (var. missitatio). Missitare est frequenter mittere, quae significatio non convenit subjectae materiae, ut in hoc capitulo.

*Ad l. IV c. 1. *Perchivium* (var. Parchivium), de quo passim in hoc 4. libro, est dictio illyrica, significans dotem.

Ad l. IV cap. 4 num. 3. *Corona*, vide apostillam folio sequenti de hoc eodem verbo.

Ad l. IV cap. 4 num. 6. *Corona* est dictio omnibus nota, et apud Romanos in magno pretio erant: triumphalis, obsidialis, civica, muralis, vallaris, navalis, ovalis, de quibus suis locis abunde Gellius lib. 5 cap. 6 et Plinius lib. 21 cap. 2 et 3. In textu autem nostro in hoc cap. 4o, numero 2 et 3, folio praecedenti, sumitur pro virginitate mulieris, eo quia in hac urbe, cum virgo domum viri pro matrimonii consumatione traducebatur, corollam floream in capite (quod adhuc est in viridi observantia) gestabat, a qua viduae abstinebant et adhuc abstinent. Corona enim ista, hoc est nuptiae virginis, magna privilegia in statutis habent, et inter cetera, ut omnibus bonis defuncti viri usufruatur, ut late in indice in verbo *Uxor.* Et antiquitus adhibebatur ei fides de dote viro praestita, ut in hoc eodem 4. cap., num. 1 et 2, limitate tamen, quando nubebat viro non conjugato prius, ut hoc eodem libro 4, cap. 30 et cap. 39, et in hoc eodem cap. 4 n. 2. Et erat prima uxor ad instar sacrorum canonum, qui in odium bigamorum multa contra eos constituerunt,[1] ut toto titulo de bigamis et distincte 33 per totum; et bigamum appellant nedum virum qui duas vel plures uxores duxit, verum etiam qui et solam viduam aut aliter corruptam, ut in cap. supra eo in verbo in bigamis de bigamis. Sed an mulier, quae non vidua, sed corrupta nupsit, gaudeat dictis privilegiis statutorum, nunquam vidi in palatio nostro agitatum.

---

[1] Verba „ut — agitatum“ desunt in cod. Sar.

Ad l. IV cap. 70. *Filiandum.* Verbum hoc latino idiomati est penitus ignotum effectusque illius recessit ab aula, ideo nec facile conjici potest, tamen sententiam meam pandens existimo generum, quem praesens capitulum dicit ad filiandum, esse illum, quem socer duxit domum suam habitatu copulavitque cum eo filiam. Vide indicem materiarum in verbo *Adoptatus.*

Ad l. V cap. 1. *Amblitus* apud Latinos nihil significat, sed cum textus hic utatur hoc verbo, dicam (licet posset dici) ipse verbum corruptum ab ambitu, addita littera *l,* cum ambitus proprie dicatur circuitus aedificiorum, patens in latitudinem pedes duos et semissum, et in longitudinem idem, quod aedificium; ita Festus, Cicero in Topic. etc. Quoniam P. Scaevola id solum esse ambitum aedium dixit, quantum parietis communis tegendi causa tectum projiceret. Sed haec nihil ad rem

Ad l. V cap. 2. *Amblitum* vide supra apostillam eodem libro, cap. 1.

Ad l. V cap. 10. *Arcus voltus.* Arcus dicitur ab arcendo, arcere enim est continere; unde arcus in aedificiis dictus, quia se ipse continet; ita Festus. *Voltus* est dictio superflua, continens in dictione arcus.

Ad l. V cap. 15. *Assidus.* Nihil de hoc quod satisfaciat dicere possum; videtur enim juxta materiam hujus capituli significare parietem non ex muro constructum, sed ex certa materia, quae facile comburi posset.

Ad l. V cap. 22. *Avedaticum,* ignotissima dictio, sumitur hic pro mutuo oneroso Reipublicae fiendo, quod conjicitur ex sequenti verbo, videlicet „vel imprestitum".

Imprestitum capitur pro mutuo, et est dictio italica corrupta.

Ad l. V cap. 23. *Meja* est dictio illyrica, significans maceriam.

Ad l. V cap. 30. *Spampanare* est dictio latina corrupta, posita pro verbo spampinare, quod est pampinos decerpere; pampini enim sunt sarmenta vitium.

Ad l. V cap. 31. *Casaticum* sumitur pro locatione.

Ad l. V cap. 33. *Patacum,* illyrice potok.

Carbonaria: verbum hoc Latinis ignotum est; vidi enim eo uti Italos Umbriae illorum idiomate pro fovea aquaria.

Ad l. V cap. 34. *Calumniatur:* dictio ista apud Latinos est satis nota. Cicero ait in Sallustium: Sed est quaedam calumnia, quam unus quisque nostrum testante animo suo fert de eo qui falsum crimen bonis objectat. Et calumniator dicitur qui per fraudem et frustrationem aliquem vexat litibus. Titulus enim hujus capitis dictione ista contrario sensu utitur. Loquitur enim de terra, quae ab aliquo juste praetenditur et petitur.

Ad l. V cap. 37. *Defensor* accipitur pro venditore, ut colligitur ex textu.

Ad l. VI cap. 2. *Compagnia.* Existimo dictionem istam in cap. praesenti esse corruptam et significare compages, quod hic optime convenit; significat enim conjurationem sive compositionem, ut notissimum est, de quibus textus iste loquitur.

Ad l. VI cap. 7. *Herbaria.* Verbum hoc latine sumitur pro adjectivo, ut ars herbaria, qua cognoscitur vis et natura herbarum; sumitur etiam pro substantivo herbarius pro eo qui herbarum peritus eas colligit, vendit et ex eis medicamenta conficit. Praesens capitulum sumit herbariam pro maleficio venefico et malis artibus confecto.

Ad l. VI cap. 37. *Justiciarii* appellantur officiales illi, quos nunc vocamus officiales super contrabanno vini.

Ad l. VI cap. 40. *Molza* est dictio corrupta, scripta pro verbo *mulsum,* quod est potio ex vino melleque confecta, Plinius lib. 22 cap. 24: „semper mulsum ex vetere vino utilissimum, facillimeque cum melle concorporatur, quod in dulci nunquam evenit". *Stampanare* sumitur pro profundere.

Ad l. VI cap. 62. *Dalamota* illyrice Lopud.

Ad l. VI cap. 65. *Districtus* plures habet significationes, de quibus in Thesauro linguae latinae, pro nulla tamen illarum capitur in praesenti capitulo, sed pro ea parte provinciae nostrae, quam Astaream nuncupamus.

Ad l. VII cap. 7. *Varia* seu *avarea* sumitur pro ea contributione quae fit a dominis mercium vel rerum, simul existentium, praesertim in itinere, pro valore alicujus mercis vel rei eis raptae vel devastatae, rata portione.

Ad l. VII cap. 20. *Conductus navis* non satis intelligitur quid sit: conductus enim proprie dicitur ille qui pro certo stipendio locavit operas suas, cujus speciei sunt nautae quos statuta „ad marinaritiam" vocant, ut infra etc., et sic conductus alia species nautarum est.

Ad l. VII cap. 21. *Conductus* vide apostillam cap. praecedentis.

Ad l. VII cap. 22. *Marinarius ad marinaritiam* est nauta conductus stipendio pro certo tempore.

Ad l. VII cap. 23. *Marinarii ad partem* sunt nautae partiarii, quos his temporibus videmus navigare, nam ipsi medietatem lucri navis capiunt, et alteram dominus ipsius navis.

Ad l. VII cap. 27. *Conductus* vide supra apostillam cap. 20.

Ad l. VII cap. 32. *Communitas navis* in hoc capitulo sumitur pro universitate bonorum et mercium existentium in navi, cum quibus non videtur ipsam navim concurrere, quia dixisset ut in hoc eodem libro cap. 7, quod monere volui, excitandi causa studiosum lectorem ad solutionem istius dubii.

Ad l. VII cap. 49. *Entigum* dicitur societas inita a mercatore cum domino navigii, posita certa quantitate conventa pecuniarum pro mercibus emendis et in dicto navigio onerandis, ad alias partes a navigio advehendis et vendendis, quorum lucrum in tres partes dividebatur: una pars quarum erat domini pecuniarum, 2a domini navigii, 3a nautarum, vel alias, juxta pacta inter partes conventa; ita etiam et damna illarum partiebantur, ut in hoc capitulo. Modus iste cum dicto nomine adhuc servatur in Apulia maritima et in locis circumvicinis.

Ad l. VII cap. 50. *Colligantia* capitur pro colligatione vel societate.

Ad l. VII cap. 51. *Collegantia,* vide apostillam in cap. praecedenti.

